


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 F
21


IOANNIS PAPONIS CROZETII FORENSIS PROVINCIAE IVDICIS,

IN BVRBONIAS CONSVETVDINES COMMENTARIA.









LVGDVNI,
APVD IOAN. TORNAESIVM.
M. D. XXXXX.

Cum priuilegio Regis ad sexennium.



GENEROSISSIMO VIRO, ET INTER MILITES TORQVATOS CLARISSIMO IACOBO

Dalbonio à S. ANDREA, *celerum Galliæ Tribuno & prouinciarum Lugdun. Foren. Aluer. & Burbo. Legato & moderatori, Ioan. Papon Crozetius Foren. prouinciæ Iudex*

SAL.



XPENDERVNT plures curiosius, Tribune clarissime, quem essent maximè omnium suæ clientelæ delecturi: in eaq; disquisitione non idē omnium animus, neque idem iudicium fuit, sed vt solet hominum ingenium varium in diuersum trahi, patronorum secundis rebus alij præsentiq; fortuna moti sunt: alij fauoris monumento: alij item insigni pietate aut amiciore animo. Me verò inter hæc nullo modo fluctuantem eiusmodi controuersia nihil detinuit, de tuo præsenti patrocinio iampridem certissimum, nihilq; dubitando consecuturum, cùm alienam clientelam neque optare neque mihi deligere liberum sit. Qua in conditione cæteris eò superior sum, vt cùm illi alij, præterquam quòd secum solent contendere atque etiam hærere sæpius, singuli singulas tantum causas habeant, quas sequantur: ego vnus omnes in te vno simul complector: mihiq; videris vnus omnes partes absoluere, quæ in his solent & possunt considerari. Fortunam etenim istam in dies increscentem & laudo & celebro: virtuti autem coniunctam veneror supplex. Nam cùm ad omnem virtutem natus sis, nihil est quod fortunæ concedamus: quandoquidem illa nondum mihi visa est omni ex parte egregijs tuis dotibus respondisse. Deum ego cum cæteris tuis comprecor, vt res tuæ tam secundæ sint, quàm promereantur virtutes tuæ. Superest tui erga me fauoris & animi beneuoli commendatio: cuius ego dudum, si meæ conditionis alius, gratissimos fructus partim excepi, partim in spem retuli: prorsus excepturus, si importunum agere decuisset. Scis etenim quàm non assueuerim esse flagitator aut petax, quamq; non soleam ambitione mea te conturbare. Sed id si tibi proprium dedit & Fortuna & Virtus, vt & tu facilè posis & æquo animo velis omnibus benefacere: vicissim naturalis ista pietas præcipua illud omnium ferè commune fecit, vt tui fauoris spem certam nemo non habeat, etiam planè extraneus. Noui ego sexcentos tuo beneficio prouectos, qui de facie vix tibi noti sunt. Inter quos non defuerunt qui quandam ignauiam meam proferant, quòd spem mihi in hoc nouum & fœlix seculum tua via prospectam, si non deposuerim, at certè reses non experiar: Fortunamq; gratam ingratus velim conficere: quæ non tam mihi, quàm ego ipse mihi, defuisse hactenus visa est. Et tu forsan, si tuæ memoriæ inter tot præclaras occupationes ego vllum locum possum aliquando nancisci, id satis existimas. Quòd si prorsus nihil existimas, id certè non ignoras, treis ab hinc, plus minus, annos in tuis negotijs mihi abs te nihil præ-

scriptũ aut iussum esse:quæ sicut ex eo tempore maiora multò facta sunt,ita & plures se tibi exhibuerunt,qui studia omnia & conatus suos attentiores istis negotijs vouerunt vltro.ad quos cùm illa detuleris rogatus,ego nihil rogãs præter missus sum:qui antea his adesse solebam tuo iussu,nec equidem infœliciter: Deesse autem,neque vllo tempore neque vllo loco contigit, etiam his quæ nonnihil acerba & interdum grauiora videbantur,& tempore,vt scis, non omnino luculento. Et quamuis tu animo infracto magnoq; spiritu spem ab omnibus præuisam præsentibus amicis, confirmares, eorum tamen, qui nouo hoc seculo se proferunt, plures ego eo tempore noui subductos,quàm palàm tibi paratos. Sed id semper tulit rerum vicißitudo,vt prout fortuna volet adsint aut desint, qui iuuare consilio aut obsequio possunt:Et vt scripsit Euripid.in Hæcuba sua:

Siquidem in malis, qui sunt potißimum boni
Patent amici. læta, amicos paßim habent.

Quòd si ego parum obsequio aut opera iuui, consilio tamẽ nunquàm defui:quod tu aliquando inter arma dedignatus non es:& in cæteris cognito euentu palàm probasti. Inter hæc non dißimulabo me plerunq; in te ipso pernouisse incentiuũ quoddam,quo homines,etiam aliud agens,ad tibi enixius obsequendum cõmoueres.quod & ego vehementius,vt quispiam alius,sentij: cùm non distulerim stipendia,quæ mihi aliunde pendebantur,meo non contemnendo dispendio renuntiare,fidemq́; tuam sequi. Neq; mihi imputari velim inertiæ, si fœlicißimo & multò beatius agenti ego me nihil obtulerim istis diebus secundis, qui caliginosis neq; vitæ, neq; fortunis pepercerim:cùm,si quid possum inter tot viros,quos ego video in te vnum oculos iampridem conijcere, expedireq; quicquid habent viriũ aut facultatis, bono iure videar expectasse,vt ipse tuo iure,vt solebas,imperes ei, cuius fides dudum satis explorata & præsens animus in manu tua sunt.Ne,quæso,existimes me aut otio retentum,aut fœlicitate quadam elatum tandiu obmutuisse:cùm illud,etiam si portum nactus sim,angustißimum tamen,soleam diffugere labori omnino deuotus.Hanc verò neq; hactenus excepi,neq; sperare sine te possum. Macedonũ Rex Antigonus in exercitu militem quendam alioqui strenuum & ad pericula promptum grauiter affecto corpore conspicatus,interrogauit, quid ita palleret : illo valetudinem latentem confesso iussit rex curationes adhiberi. At miles, vbi conualuit, cœpit detractare pugnam, seq; periculis subducere cautius. Regi mutati propositi causas sciscitanti, Tu ipse, inquit miles, in causa es. Cùm antea ægrè viuerem, non magnopere metuebam tali vitæ: Nunc, cùm tua opera illa mihi facta est carior, magis caueo ne pereat. Res nulla gratior mihi futura est, quàm si aliquando audire posßim te meum receptum Antigoni exemplo semel improbasse: vt qui ea re suspicionis offendiculo releuer, non tam depositæ memoriæ,quàm abiecti mei obsequij. Scio enim satis,id quotidie contingere,vt per nouißimos primi deturbentur. Item &, quod magis angebat, me repudiatum subnotare licuit post cæteros qui se obiecerunt cognitos, & rebus his fœlicioribus exercitos, rerumq́; & temporis varietate, aut vsus institutione subornata, aut fato meo,aut reipsa,idq́; est quod ego magis ratus sum, probatiores inuentos, me autem infirmiorem iccireo relictum:iuxta id Terentianum in Adelph.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, & vsus semper quid apportet noui:
Vt quæ tibi putaris prima in experiundo repudies.

Ego

Ego verò militis propositum sequi, neque possum, vt neutiquam fœlicior factus: neque,si possem,velim. Quis enim sibi non videatur fœlix,cui possit contingere, vel longo ambitu in tam laudati & fortunati viri patrocinium recipi? Quis vicissim non infœlix,qui aut fato,aut culpa sua ab eo dimissus est?Me nunquam deficier animus, etiam si fauore in totum deserar. Nolimq; me eum totum diem esse superstitem, quo animum hunc eijciam & ab hac opinione digrediar, etiam si ad id otium constringar. Nec enim, si id præter spem accidat inuito, fortunam criminabor meam, sed æquo animo feram : Huicq; benedicam clementius cum Euripidis versu in Iphigenia sua:

Fœlices quibus obtigit
Sors nec summa, nec infima:
Sed sanè modica.

Cum Seneca item,fortunæ,bona gratia, modum facturus ex frugalitate profluentiam,ex penuria vbertatem constituam. Ille enim solebat ambitionem ambigere, & seipsum retinere hoc versu:

Stet, quicunque volet, potens
Aulæ culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies.
Obscuro positus loco
Leni perfruar otio.
Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic cùm transierint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat
Qui notus nimis omnibus.
Ignotus moritur sibi.

Prospexit dominus quid cuique expediat. Sorte mea contentus tranquilla temporis traductione vitam exigam lubens : hocq; otio mactus ero,& ex sententia amicis familiaribusq; meis incusationem suam contraham,si possum:potero enim quandiu me superesse huic corpusculo Deo complacitum erit. Objiciunt illi,me quotidie re familiari comminui,& ob impensam grandiorem huius vitæ à me delectæ redire ad paupertatem euangelicam : à qua licet mediocri semper interuallo abfuerim, adeo vt acrius queri non debeam : id tamen iure querar antea potuisse commodius censum,aut parsimonia,aut labore meo augere : quod hic neque decet, neq; possum. eoq; meo magno detrimento ventum est, vt cùm eiusmodi vitæ mutato genere rebus meis nihil accedat,decedat autem magis necessario impendio,agnosco me prorsus depauperatum, gratia superis. Sed,scio,omnia mihi in melius cessura erant,si tot dispendijs me fortuna non macerasset. Hæc tandem missa facio. Ad ea progredior quibus instituti mei rationem accipias. Totum,opinor,quadriennium aut eo minus aliquid effluxit, quo tu Crozeti bibliothecam meam ingressus inter literulas meas aduersaria quæ congesseram in Burbonias consuetudines cùm deprehendisses,cumq; adhuc trunca essent, & mutila, vt forte etiam nunc sunt, nec iustum volumen referrent,post auditas à me causas,quibus ea ordiri cœperam,& quibus item cœpta prorsus ab

sus abieceram, tu rogando imperasti, vt illa resumerem absoluereḿq; ad summam manum. Non excuso occupationes, quæ me huius quadriennij primo anno tenuerunt, quas vtcunque sollicitus tantum abest vt querar aut incusem, vt magis amplectar memoriam: quæ sanè totiens iuuat, quotiens meminisse vacat, has tuo iussu & in rem tuam æquo euentu me contulisse. Defleo autem maximè posterum biennium, quod mihi prorsus sterile fuit: cùm per violentam valetudinem neque scribere, neq; legere, neque legentem audire, neque colloqui licuit. Totas verò noctes cum magno perpetuoq; cruciatu, & interdum etiam cum aliquo vitæ tædio peruigilare coactus sum. In summa, menses duodecim cum morte mihi lucta fuit: totum verò biennium res fuit cum medicis & chirurgis, vt peritissimis, sic certè immanissimis. Hi enim, etiam si consilio viri post inductam medendi artem consummatissimi Ludo. Burgensis regiorum medicorum primarij (cuius affinitate sum nepos) suauius mecum esset agendum, pertinaci quadam sæuitia corpusculum hoc reddiderunt imbecillius, tempore tamen & iuuentæ beneficio pristinas vires aliquando recepturum. Horum omnium tu aliquando certior factus, inualescente morbo planè languidum per vicarium inuisisti, & literis humanissimè solatus es. Præsens igitur hic annus mihi superfuit, quo à forensibus negotijs horas aliquot suffuratus effeci, vt ex aduersarijs commentaria breuiuscula nunc in lucem exeant. Exitura autem fuerunt multò gratiora, si ea iusto temporis spatio decoxissem. Sed id eloqui vereor ne mihi nouo actori in theatrum nouum tumultuario apparatu prosilienti inuidiam magis præmuniat, quàm nominis existimationem, exemplo pictoris parum periti celeritatem gloriosè iactantis, quòd tabulam eadem hora pinxisset. Cur Apelles, Id, inquit, etiam si tacuisses tabula tua satis loquebatur nihil elaborata. Sed absurdum fortasse non videbitur, si causam prædixero, qua commotus sim properum egisse. Constitueram enim, vt iam audijsti, quicquid harum lucubrationum in manus hominum venturum erat tibi deuouere prouinciarum de quibus maximè egi Legato & Proconsuli, & quem, inter eos quos ego colere soleo, præcipuo semper honore habui: Cumq; tu, posteaquam hæ prouinciæ tibi decretæ sunt, illustrissimo decessore & patre tuo Ioann. Dalbonio milite torquato sine exemplo generosissimo iam funerato & publicè lucto, aduentum tuum significaueris: ad hunc se apparant prouinciales diligentissimè & cum omni plausu: expediuntq; & publicè & priuatim, quicquid habent & possunt, vt quàm officiosissimè te excipiant. Mihi autem, etiam si publico animo occurram, meq; cum cæteris vnus in hos apparatus totum producam, & priuato aliquo honesto iure vti visum est: alioquin officium desero. Nimirum igitur, si hæc mea, qualia qualia sint, non maturauerim tantum, sed præceps corripuerim: vt tibi prouinciæ fines ingredienti exhibeam, cùm nihil in manu sit aliud, quod offerre possim.

Hæc igitur Tribune clarissime, æquo animo accipe, tuoq; beneuolo more boni
consule, exemplo Artaxerxis regis, cui cùm inter plurium varia dona
à rustico vtraq; caua manu hausta aqua oblata esset,
lætus excepit, iussitq; rustico dari phialam
auream, illumq; mille Da-
ricis remunera-
tus est.

*

4

REVERENDO ABBATI ESVRON. DO. IACOBO VITRAEO DE LARIERE STEPHANVS ET LVDOVICVS PAPONES AVTHORIS FILII SAL.

HAEC commentaria, Abbas Reuerende, dum parturiret author, nobis filiolis suis concesẜit, vt si quid per nosipsos possemus, horum limine proferretur. Quam licentiam licet verecundum fuit admittere, ætasq́; dehortaretur, tamen vbi tu nostra communi memoria exceptus es, pertinacisẜimè, & audacius certè, quàm consultius paternam libertatem secuti, hoc epistolio tibi gratias conscribere singulares tot meritorum, quibus iampridem tibi obstricti sumus, visum est: quandoquidem non alia res hanc ætatem perinde dedecorat, atque qualiscunque beneficij accepti ingrata obliuio. Nec veriti sumus, ne hæc puerilia nostra abs te viro omni ex parte dignitatis grauisẜimo contemnantur, vt qui superbas aures non habeas: sed omnia soleas æquo animo accipere, etiam si infantiam redoleant: CHRISTI exemplo, qui à se pueros arceri noluit: sed quasi signo sublato ad res seriosas vocauit: Item & Socratis, quem nihil puduit natu grandem cum paruulis equitare in arundine longa. Tu igitur, Abbas obseruantisẜime, qui, & familia inter cæteras Burbonias pernobili & celeberrima de Lariere, & ritu viuendi Religiosisẜimo, præcipuo honore dignus es, patrem mores istos tuæ gentis interpretantem, & hos filiolos tibi quicquid sperant facultatis deuouentes excipe, ama, & eo quo soles fauore prosequere. Vicisẜim Deum Opt. Max. comprecamur, vt tibi ad vitam æternam ista vita commeanti, progressu fœlici & continuo adesse pergat. Ex Parisior. Lutecia Prid. Idus Iul. Anno à CHRISTO nato quinquagesimo post sesquimilesimum.

IOANNIS GIRINETI IN CVRIA Parisiensi Aduocati, ad clarisẜ. virum Annam à Chappis in eadem curia aduocatum disertisẜimum Carmen.

Græcus in Ausonios Iurisconsultus honores
Ausus in exiguo lumine ferre facem.
Italia accensa hac lucet: grandiq́, superba
Vertice, Romanum nomen ad astra tulit.
Pòst vbi collapsa est, parua restante fauilla,
Galli sollicita composuere manu.
Hic his, ille alijs tali resplenduit igne.
Quid non, virtutis quos tenet ardor, agant?
Sic Picto Rattum, sua sic Aurelia Pyrrhum
Insignem, tua te sic habet ora Baro.
Restabant Boij: quos inter sanguine claro es,
Sed maiore, animi nobilitate, loco.
Ecce illos opere in magno nunc magnus adiuit,
Magnus in hac iuris relligione Papon.

TOY

ΤΟΥ͂ ἈΥΤΟΥ͂ ΠΡῸΣ ΤῸΝ ἈΥΤΌΝ.

Ἑλλὰν Αὐσονίοις νομοῖσιν λαμπάδα τιμαῖς,
Καίπερ ἔχων φωτὸς μικρὸν, ἔφηνε φέρων.
Ἰταλίῃ τῇδ' ἐκλάμπετα μεγάλῃσι λαμπήνην,
Ἄρα ῥωμαίων τοὔνομα πρὸς νεφέλας.
Ἀλλ' ἐπεὶ ὀξύτατον, μικρὰν λάμπουσα μαρίλην,
Κέλτης παντοδαπῶ λαμμ' ἐνόμισσε χερί.
Τοῖς μὲν ἔδ' ἔσταλψεν, τοῖς δ' ἂν ἔσταλψεν ἐκεῖνος.
Ἀλλὰ τί οὐκ ἀρετῆς ὀξέα κέντρα ποιεῖ;
Ὡς πίκτων ῥεέθου, ὅπως λυχνία πύρσε,
Οὕτω σοῦ κρατέει ἡ τεὰ χεῖρα βάρον.
Λάμψασαν Βοιῖ, φανὸν ἦν σὺ ἅμα μιστυγός.
Μείζονα τὴν ἰδεῖν δ' εἵνεκα θῶκον ἔχεις.
Νυνὶ δὲ πρὸς κεῖνος ὁ μέγας μεγάλῳ ἰδὲ ἔργῳ,
Ἐνσέβειαν νομικὴν ἔξοχος ἄλλη πάντων.

EIVSDEM AD DN. CLEMENTEM
Dupuy in eadem curia Aduocatum
celeberrimum.

Burgundis patrias suasq; leges
Suus dedit Chassaneus:
Expressas faciliq; dictione
Iustisq; commentarijs.
Et te nobilior vetustiori
Et nomine & potentia,
O te, inquam, Biturix adiuit ille
Ter maximus Boerius:
Qui sic exprimeret tuosq; mores,
Tuasq; consuetudines,
Illum vt posteritas haberet inter
Sanctissimos interpretes.
Et qui Pictonicæ statuta gentis,
Exuberantis copiæ,
Magnorumq; operum programma magnum,
Cum laude magna erexerat:
Nunc summo Tyraquellus in senatu,
Summus senator, Galliæ
In luce atque oculis gradum prehendit,
Quo iam olim erat dignissimus.
Omnes hi, fateor, fuere summi:
Magnaq; gloria viri.
Sed qui si socium sibi Paponem
Aegrè ferant adiungier,
(Qui nunc cùm Boijs suæ pararet
Fœtum vouere industriæ,
Aeternitati monumenta honoris, ipse
Aeterni consecrat:)
An rectè faciant secus'ue, id omne
Diiudicabunt posteri.

COVSTVMES GENERALES DV DVCHE DE BOVRBONNOIS.

TITVLVS PRIMVS.

DE IVRISDICTION ET IVSTICE.

IVRISDICTION, Ressort dicelle,& fief,nont rien commun:Et peult estre Iurisdiction & ressort à vn,& le fief,à vn autre.



ATVRAE & legum omnium autor & moderator DEVS, cùm leges ex scripto alijs, alijs ex non scripto daret, quibus necessaria hominum generi mutua congregatio se tueretur ipsa & gubernaret, sic eas attemperauit, vt decursione ista & volubilitate rerum humanarum in immensam propemodum multitudinem excrescerent, & pro varietate temporum & negotiorum, mutationem essent habituræ. Quam rem cum alij multi,tum verò prudentes, atque Imperatores Romani sic senserunt, vt planè faterentur & confirmarent,leges,quocunque tandem nomine censerentur,sic ferri non posse,vt illis casus omnes,qui quandocunque euenirent,comprehenderentur. Vnde factum est,vt recepto apud nos,quoniam æquißimum visum est, iure Romano,tam multæ multorum principum constitutiones, tam multæ leges municipales, tam varia ac multiplicia statuta suborta sint, tam multa tacito populi consensu recepta & multo tempore confirmata, quæ legum autoritate & potentia niterentur. Viderunt enim homines sapientißimi scopum se & finem verè gubernandi rationi propositum aliter tenere non posse, nisi & moribus hominum, quibus cum illis res erat, & negotiorum humanorum subinde variantibus circunstantijs leges accommodarenr. Sic verò Gallia incerto iure antea vtebatur, vt quod olim in Græcia factum legimus, eorum quæ pro legibus obseruarentur, pleraque memoriæ mandaret, pleraque rursùm scripto comprehensa custodiret. Sed cum ea res maximè simplicioribus, vt multis captionibus insidijsq; exposita,videretur nimium periculosa & dispendijs magis apta : bona ratione principes,vt in literas diuturni illi mores, vtentium consensu tam longum tempus approbati, referrentur, constituerunt. Cum autem Burboniorum prouincia,quæ cœli benignitate bonitateq; soli est,& excellentißimorum ingeniorum prouentu nobilis, iure sic incerto bona ex parte vsa esset, tandem autoritate principum nostrorum,consentientibus, atque eam rem ratam habentibus prouinciæ ordinibus,ad quos ea res delata erat,factum est,vt quæ longa consuetudine apud eos fuerant comprobata,ac per annos plurimos obseruata, scriptis legibus comprehensa, statutorum nomine & autoritate censerentur. Quorum quoniam interpretatio visa est magnum Boijs prouincialibus adiumentum allatura, ac fortè etiam multis in locis necessaria:sic egi,vt quæ essent aliunde petita,demonstrarem,& quę erant obscura aut ambigua, quoad eius fieri potuit, dilucidè & apertè declararem : ea re toto in

Prooemium.

Burboniorũ laus.

opere obseruata, vt quæ recepit huius prouinciæ regniq; vsus, veteribus iureconsultis, atque etiam plerisque ex ijs qui ante quadringentos annos in iure ciuili sub alio cœlo scripserunt, incognita, ea tractarem copiosius. Cæterùm præfabor me satis scire non deesse qui mirentur, item & qui non probent, cur cum tot summi viri eius prouinciæ, quibus neque ætate, neque ingenio, neque autoritate aliqua ex parte sim conferendus, simplici textu consuetudines has satis absolui hactenus bene putarint: ego nec quidem ex his vnus, sed magis exteris & homo (quæ mea est prouincia) planè forensis, qui Burbonios mores neque consulendo, neque iudicando satis noui, tanquam in messem alienam falcem immiserim. Quod non tam excusabo, quàm defendam. Nolim autem eos existimare, qui sunt in ea prouincia doctissimi, sic de me sensisse, vt suarum consuetudinum, magis quàm ipsi essent, gnarus, eas interpretari vnus possim. Nihil sollicitè conieci, quæ causa hactenus auocauerit ab hoc negotio eos, vt certè sunt plurimi, qui id poterant accuratius exequi, & penitius infodere, in quo versantur quotidie aut colluctando, aut iudicando. Eos enim forsan vel magni operis & impediti multus labor deterruit, vel rerum melius gerendarum occasio aliò promouit, vel quæ res cunque alia, quominus id aggrederentur, impediuit. Me verò *Papon*ẽ *qua mouerunt.* nec grandi aliqua eruditione fidentem, nec laudis, quam cæteris præreptam nolim, nimium ambientem aut cupidum, cum alia quædam, tum illud mouit maximè, quòd viderem nihil esse in toto iure reliquum, quod alijs super alios commentarijs ferme non obrueretur: sic plerunque, vt legum vera vis verusq; sensus aliò traduceretur. Consuetudines verò & statuta isthæc municipalia, esse eiusmodi, vt & multa ex iure ciuili interpretarentur ac declararent, & pleraque alia inueherent quæ veteribus Romanis penitus incognita, nulla apud nos sua lege extarent. Quo nomine cogitabam futurum, vt non illis solùm, quorum erant hæ consuetudines, sed etiam forensibus nostris, qui legis scriptæ vsum habent, alijsq; finitimis nostra hæc commentaria probarentur.

HVIVS ERGO parag. materia sex casibus absolui commodè potest: quorum tractatus fiet dilucidior, si pauca prius de verborum interpretatione dixerimus: quod ipsum, vt cætera pro instituto omnia, paucis, quantum rei magnitudo patietur, facturi sumus. *Iurisdictionis uerbum.* Iurisdictio itaque hic propriè assumenda est, siue in genere, siue in specie tantum. In genere diffinita fuit per Accur. in l.j. in verb. potest. ff. de iurisd. om. iudic. In specie verò est, quando pars inferior sui generis est: & de hac loquuntur statuentes infra §.iiij.& Vlpianus in l.imperium. in fi. ff. illo tit. Hic notandum erit, Quòd vsu communi loquendi bona ratione introducto, dictio hæc, Iurisdictio, nunquam ferè profertur sine adiuncto, quo genus à specie, aut econtra discernatur: cùm enim genus intelligi volumus, iurisdictionem omnimodam, ordinariam, totam, aut plenissimam dicimus. l. si in aliquam. §. cùm plenissimam. ff. de offic. Proconsul. Quòd si speciem, humilem, aut inferiorem iurisdictionem dicimus. Aliàs, si simpliciter, ordinariam intelligi oportet. arg. c. pen. de senten. excom. & c. si pater. de testa. lib. vj. Securius autem fiet, si adiunctum non omittatur: eo enim significantius fiet quod sentire voles, iuxta id quod plerique contra communem opinionem asseruerunt ex l.j. §. qui mandatam iurisdictionem. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. quòd simpliciter concessa iurisdictione, mixtum imperium, cum huic insit iurisdictio, conceditur: non autem merum imperium tanquam quid maius & dignum quod specialiter exprimatur. Ea enim quæ speciali nota digna sunt, si non specialiter notentur, præterita

terita ac quodammodo neglecta esse videntur.l.item apud Labeonem.§.ait Prætor. ff.de iniur.

RESSORTVS, præeminentia iurisdictionis siue ius primarum appellationum est. Guid.Pap.quæstio.cccccxviij.in princ.asserit huius dictionis mentionem in iure non reperiri.Ioan.And.in additio.ad Spec.tit.de iurisd.om.iud.§.j.vers.quæ autem. in add.magna,ante fi. Ressortum dicit esse præeminentiam & superioritatem iurisdictionis. Ias.cons.ibi.nume.1.in tertio fundamento. vol.ij.dicit esse potestariam cognitionem: & ibidem dicit quòd altum dominium est ius secundarum appellationum,in fi.d.consil.Idem Guid.Pap.quæst.ccccclj.vocat maius dominium. Hodie id dicimus Balliuiatum,aut Senescalliam. *Ressortum uerbo quid intelligatur.*

FEVDVM hîc duobus modis sumitur:primo,vt directum dominium: quod ius est incorporale,idq; statuentes infra §.xxxj.vocant droit de fief:& dicitur simpliciter feudum respectu concedentis siue domini directi,& prout ab eo proficiscitur, vt dicit Bal.in prælud.feudo.§.tractatus.nume.8.& 24. Altero modo, vt castrum sit, siue prædium, & sic corpus respectu accipientis & vtilis domini, qui dicitur Feudatarius siue Vasallus: sitq; id quod olim ante feudales constitutiones vocabatur stipendiarium prædium,quod militi ob emerita stipendia dari solebat.l.Lucius. ibi,possessiones veteranis in præmia assignatas. ff.de euictio. & magis expressè in l.in agris.ff.de acquir.re.do. facit l.item si verberatum.§.item si forte. ff.de rei vend. & §.per traditionem. Inst.de rer.diuis.Id autem postea vsque ad hæc tempora feudum dictum est à fide seu fidelitate.§.nulla.per quos fiat inuestit.ibi,cum à fidelitate feudum dicatur vel à fide.Cæterorum quæ ad hanc rem pertinent certior fies per Zas. in suo feudor. tractatu in prima parte.& in l.legato generaliter.ff.de lega.j.& per notata in l.fundi. ff.de rer.& verb.significat. Itaque venio ad casus nostros. *Feudi uerbum duobus modis.*

PRIMVS est, Quòd Iurisdictio siue, ordinaria, siue specialis feudi ius implicitè nihil arguit. idq; est quod voluit Bal.in l.à procuratore. ff. mand. Nihil est, inquit, commune proprietati fundorum cum proprietate iurisdictionis. & id allegat Ias. consil.146.in v.funda.ij.partis. vol.ij.dicit enim feudum vnius esse solere, & alterius iurisdictionem. Exemplum ille profert castrorum sitorum in comitatu domini, aut ciuitatis: horum enim possessores iurisdictionem non habent, sed illa comitum, aut ciuitatum est. Declarat Barto.consil.89. incip. primò quæritur an iurisdictio. Bal.in c.vno delegatorum.in pen.col.de offic. delega. Apertius exprimitur Aluerno statuto.tit.Des Iuges, & leurs iurisd.§.v.sub his verbis: Le Seigneur iusticier nest fondé à cause de sa iustice de soy dire Seigneur feodal des choses situees en icelle. infrà dicturi sumus loco proprio,§.cccxcij. in glos.ij.vide Bened.in repe.sua.verb.& vxo.no. ad.num.310.in fi. *Iurisdictio sine feudo.*

SECVNDVS est, quòd contrario casu feudi ius & directum dominium iurisdictionem nihil infert. tibi enim fides potest deberi pro agro & castro, vt tamen huius iurisdictio ad alterum pertineat: aut si mauis, ratione feudi dominus in vasallum iurisdictionem non habet,licet quandam ob fidei debitum habeat præeminentiam. Ager Cercæus iurisdictioni domini S. And. subditur, fidei authoramentum abbati Benedictionis dei præstari debet. Id exprimit apertius Guid. Pap. quæstio. cccccxviij.ibi,patet quia dominus non habet iurisdictionem in vassallum. Et ad casum præsentem & superiorem faciunt quæ notat Bal.in c.primo.§.ad hæc.per illum tex.de pac. iura.firma.quòd aliud est habere dominium,& aliud habere iurisdictio- *Feudum sine iurisdictione.*

ncm : allegat c.primum. & ibi not. de cap.qui cur.vend. Præterea dicit idem Bald. in d.c. ad hæc. num.7. quòd princeps simpliciter concedendo castrum, iurisdictionem non videtur concessisse: debet enim expreßè concedi, tanquam diuersum quid à feudo, idq́; per eum qui potest concedere, vt dicit idem Bal. in d.c.primo.de cap. qui cur. vend. Dicit idem in c.primo.de feud. March.num.2.quòd separatim iurisdictio vendi potest tanquam hæreditarium pecus & ouile: item & diuidi potest à feudo,& vni iurisdictio,alteri feudum , habita ratione bonitatis & quantitatis, adiudicari.vt dicit Boër.in decis.xlvj. num.2.in prima parte.& magis expreßè in casum hunc,in decis.ccxxxvij.num.12.in secunda parte.

Feudum & ressortus apud diuersos. *Castrimorandi baronia.*

TERTIVS est,quòd ressortus,siue,vt Ias.terminis vtar,potestaria cognitio vnius sit , & feudi dominium directum sit alterius. Exemplum datum est ab eodem Pap. quæst. ccccclj. ciuitas Vapamen. ab episcopo ipsius tenetur in feudum à rege Siciliæ:de eius ressortu tamen non est,sed do. Delph. Viennen. Castrimorandi baronia partim in comitatu Forensi , & partim in ducatu Burbonio distenditur : castrum ad pomerium de feudo & dominio directo baronis Belli loci est:de ressortu autem cum agri maiori parte,Comitis Forensis.Castrum & ager de Chengi sita sunt in Lugdunensi prouincia , & cum sua ordinaria iurisdictione sunt de senescallia & ressortu Lugdunensi , sed fidei debitum siue directum dominium ad ducem Burbonium spectat , occasione castri de Bilhy in eo ducatu. Aliud statutum Aluernum legitur, casum hunc clarius exprimens,sub eo.tit.§.iiij. Le ressort peult estre à lun, & le fief à vn autre,car par la coustume fief & ressort nont rien commun.

Castrum sine iurisdictione.

QVARTVS est, quòd castrum & ager vnius esse possunt, & alterius iurisdictio tanquam superficies. de quo latè scripsit Ias.in consil.146.vol.ij.

Iurisdictio sine territorio.

QVINTVS est, quòd iurisdictionem sine territorio haberi posse non est incongruum , cùm illi hoc nihil cohæreat necessario , etiam si aliquando vnum per alterum inferatur. Hæc tria enim,castrum,territorium,& iurisdictio diuersa sunt, vt dicit Boër. decis. ccxxxvij. num.16.in fi.in ij.par. Nam territorium id est quod districtum dicimus,vt nominatim interpretatur idem Boër.ead.decis.num.13.Ibi,de territorio seu districtu.Iurisconf. in l.pupillus. §.territorium. ff.de ver.& verb. signific.id definit,agrorum vniuersitate intra quam terrendi ius alicui competit. Longouallius ad l.imperium.in iiij.parte.vers.sequitur tertium.ff.de iurisd.om.iud.huius casus dedit exemplum in iurisdictione personali tantum quam habent iudices pontificij in suæ diœcesis clericos, siue alias personas spiritualiter in certis casibus. nam illi territorium non habent : ideoq́; fit, vt relegare , aut citare per edicta non poßint. l.relegatorum.§.in insulam.ibi,sic tamen,vt insulam sub se habeant. & §.interdicere.ff.de interd. & releg.& ita arresto curię Parisien.sæpius approbatum refert idem Boër.ad stat.Bitur.eo titul. §.xv.in glo.pro hac.ibi, & in curijs spiritualibus. Præter hos Militares Præfecti , quos Præfectos Mareschallorum dicimus, in militiæ desertores, & quoscunque errones ius solent dicere sine vllo territorio , vt retulit Aufrer. eiusdem curię arresto declaratum, arresto xlvj. Horum etenim potestas Reip. maximè commoda est,atque etiam necessaria, & ad salutem vniuersorum attinet. Nam licet eorum munus à disciplina militari exierit,tamen in quoscunque vagabundos, validos mendicos,aut vitæ incognitæ homines,bono iure ampliatur in Francia ex Principis & Senatus concesione. Et olim hæc cognitio Quæstorum fuit. Nam cùm plures peregrini Bizantium, quæ nunc Constantinopolis est, confluerent, ibiq́; vagarentur

Territorium dictio. *Præfecti militares.* *Quæstores.*

ociosi,

ociosi, Imperator August. huic curæ præfecit magistratum, quem Quæstorem nominauit in authen. de Quæst. collat. vj. Et forsitan rectius hos militares præfectos Quæstores, quasi quæsitores dixerimus, ad instar Romanæ formulæ, quæ vrna tabellas continente expediebatur, cùm criminis quæstio erat constituta, iuxta illud Virgilianum,

Quæsitor Minos vrnam mouet.

Eorum enim, quos præfectos dicimus, iudicia ex officio fiunt per viam inquisitionis, & dicuntut inquisitionalia, vt quæ nullo requirente aut prosequente fiant, & celerrimè atque cum festinatione, vt dicit tex. in d.auth. §.primo.ibi, iudices vrgere cum festinatione. Item & nulla audita aut recepta appellatione præueniendi periculi causa: & ad hæc omnia elegans est tex. in l.siquis filio exhæredato. § hi autem omnes. in fi. ff.de iniust.rup.irritoq; fact.testa. Quòd si eorum cognitionem & formulam cum verbis d.auth. conferamus, eadem prope est. Nam olim in huiusmodi inertes homines inquisitio Romæ Censorum fuit. Balduinus in id auth.ex veterum monumentis commemorat, quam olim seuerè in mendicantes validos & ociosos homines fuerit animaduersum. plurimum etenim Reip. interest prohibere ignauum otium, cùm homines nihil agendo discant malè agere: & ea ratione apud Aegyptios reddenda erat cuilibet vitæ suæ ratio.facit l.vna.C.de mendic.valid.

POSTREMVS & sextus casus est, quòd ciuitas siue castrum sine territorio concedi potest: nec est territorium de castri substantialibus. l.ij.in princ. & l.pupillus.§. vrbs.& l.Bona ciuitatis.cum l.seq.ff.de ret.& verbo.signific. *Castrũ sine territorio.*

§. II.

CELVY qui ha haulte iustice, ha congnoissance des cas à mort, incision de membres, & autres peines corporelles: comme de fustiger, pilorizer, escheller, marquer, bannir hors de sa terre, & autres semblables.

HOC §. NOVVM ius inductum non est, sed magis vetus declaratum, quod erat edictum in l.imperium. in princ.ff.de iuris.om.iud.cuius exempla hic expressa sunt, quatenus mero imperio & potestate vita aut ciuitas adimuntur, aut corpus affligitur. & his exemplis ius commune neque extenditur neque restringitur. arg.l.damni infecti stipulatio.ij.ff.de damn.infect. Præterea plura sunt alia capitula huius potestatis, quæ partim vasallis siue magistratibus concessa sunt, partim verò Principi reseruata & senatui. Illis enim iure imperij licet bona publicare, in maiores summas mulctam indicere, pecuniaria pœna maleficia coërcere, pœnam à lege statutam augere aut diminuere pro personarum qualitate.l.eos qui ordinario.C.de mod.mulcta.& l.fi.in fi. C.de sport. Item mulctas fisco quæsitas proferre, aut operibus publicis & alijs causis necessarijs deputare. l.mulctarum. C.de mod.mulcta. Alius est casus in l.iudices.de dignitatib. lib.xij. C.cùm scilicet dignitas aut officium deponitur, interdicitur, aut suspenditur.l.siquis aliquid.§.iudices.ff.de poen. *Meri imperij maiores casus.*

PRINCIPI aut senatui, qui eius vicem obtinet, ampliora, iure potestatis, in arbitrio sunt. Cuiusmodi est legem condere. l.j.ff.de constit.prin. & l.non ambigitur. ff. *Parlamentũ an legẽ possit condere.*

 de legib.

de legib.& ita tenet Io.Fab.nuncupatim de parlamento in l.fi.C.de legib.Longoual. tamen, cùm id esset ex Bart. & sequacium sententia, apertè negat verum esse, in d.l. imperium. vers. tertiò contra.ibi, non desunt. nec alia ratione contestatur opinionem horum esse commentitiam, quàm quòd autoritate iuris non comprobatur.

Criminis gratiã Princeps potest facere.

SECVNDO crimen remittere: idq; duobus modis.primò, iure absolutę potestatis. Nam cùm homicida mori debeat, c.omnis autem lex.iiij.distinct.idq; maximè, cùm dolo peccatum est, ideo à principe crimen huiusmodi remittendum non est.l. nemo deinceps. C.de epis.audien. etiam si homicida sit minor annis. l.j.C.si aduers. delic. tamen princeps sua potestate absoluta id potest condonare:vt amplissimè scripsit Millæus praxi sua, fol.mihi.lxxvj.alleg. Zas.in repetit.l.ij.ff.de orig.iur.in verb. ratum esset, Secundò, cùm iure ordinario princeps cædem remittit. Nam licet iure communi, homicida, si dolus absit, morte non puniatur, l.lex. Cornelia.ff.ad leg. Corn.de sica. neq; etiam aliquo alio modo, si necessario & legis permissu, factum sit: l.vt vim.ff.de iusti.& iur.& l.Gracchus.ff.ad leg.Iul.de adult.tamen usu Francię, occiditur qui occidit, iuxta illud Exod. XXI. cap. etiam si dolus aut impetus absint:nisi princeps rescribat. eo enim casu innocens ille est quantum ad gratiam: tamen legis reus est, & legis Aquiliæ actione hæredibus defuncti subditur.l.dominum. C.de iniur.& l.sed etsi.ff.ad legem Aquil.

Notarij creatio cuius est.

TERTIO principaliter, Notarium aut Tabellionem creare. nam id principi reseruatum est, prout dicit Ias.consil.ccviij.circa fi.vol.ij. & huius extat regia constitutio, quæ præsidibus prouinciarum id uetat. tamen id uerum puto, in regis territorio, aut etiam ubique in regno, quando de generali notario creando agitur, quales plures in Francia supernumerarios uidemus, prout ibidem nominatim dicit Ias.allegat Innoc.& Scrib.in c.cùm P.tabellio.de fide instru. nam his duobus casibus id expedire regium est. Alias nemo dubitat, quin Baro aut alius dominus ordinarius in territorio suo notarium possit instituere, quemadmodum & alios magistratus sibi proprios. Id tamen quidam restringunt, vt oporteat huic domino tale ius cum feudaria iurisdictione concessum esse cum iure sigilli; ita notat Iacob. Rebuff.in l.duos.de suscepto. & arca.lib.x.C.& Boë.decis.ccxlij.parte ij.

QVARTO, iure illo imperij maximo princeps sua authoritate & contra iuris communis dispositionem, quæ bona scripta est in auth.damnatorum.C.de bo.dam. potest bona delinquentis confiscare. De qua re infra.§.ccxlix.

Concilium generale qui possint conuocare.

QVINTO, additum est ius concilij generalis conuocandi, quod quidem ius maximę est autoritatis, & soli Pontifici maximo competit. c.j.in fi.xvj.distinct. c.regula. §.porro.iij.dist.alius autem id exequi non potest.Nam cùm solus pontif.vniuersalem iurisdictionem habeat. ij. quæst.vj.c.qui se scit.& glo.in c.ad nostram de hæret. Nil mirum, si id sibi supremæ signum quoddam potestatis nominatim retinuit, in quo tam ardua, & ea, quibus ecclesiæ status continetur & consistit, tractari solent, eiusq; iudicio & conclusione resolui.c.de his.xij.distinct.& c.multis.in fi.xvij.dist. Imperator autem potest tantum sollicitare conuocationem huius concilij.c.concilia.§.hinc etiã. xvij. distinct. & c. principes. xxiij. quæst.v. Nam Imperator ecclesiæ defensor est & aduocatus. c. venerabilem. de electio. Ipsa verò concilij conuocatio, illi nunquam competit, nisi pontifice ipso, totoq; etiam Cardinalium collegio nimium morante. Est enim id collegium cum alijs de causis, tum uerò in eam rem institutum, ut in ea re summi pontificis, si forte nimium negligens fuerit, uices suppleat, vt per glo. in c.

fi.lxv.

fi.lxv.distinct. Quarto autem loco succedit prælatorum clerus, licentia prius à Pontifice necessariò petita, nec refert an denegata sit, vt per Feli.in c.super literis. de rescript. idq; maximè cùm de Pontificis præuaricatione agitur, vt diffusè scripsit Ias. consi.1.vol.iiij.

HAVLTE IVSTICE.

ID MERVM imperium est:quod aliàs potestas dicitur.l.potestatis.in princ.ff.de re.& verb.sig. Merum enim imperium est, gladij potestas ad animaduertendum in facinorosos, prout dicit Vlpianus in l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud.quæ diffinitio satis perfecta est, cùm ex ea imperij substantialia clarè resultent, & maximè mera coërtio,& summa potestas:his enim magis consistit imperium.l.iij.ff.de offic.Pręsid. & l.fi.ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict. Longouall.in noua sua declaratione d.l. imperium. hac diffinitione contentus cæterorum commentationes refellit bonis rationibus. *Imperium merũ quid.*

CONGNOISSANCE DES CAS A MORT.

HAEC EST gladij potestas,quam ciuiles magistratus iure imperij in facinorosos habent.l.illicitas.§.qui vniuersas. & l.congruit.in princ.ff.de offic.Præsid. Pontificij autem non ita.c.inter.xxxiij.quæst.ij.& illa consistit infinitis ferè pœnis,quę animaduersione gladij infliguntur.l.si quis forte.cum tribus legib.seq. ff.de pœnis. Hic autem statuentes nostri vltimum supplicium intellexerunt, quod sola morte naturali constat.l.vltimum supplicium.ff.illo tit. Cætera autem supplicia,etiam si corpus cædatur,ad capitis periculum nihil attinent.l.capitalium.in prin.illo titu.vbi Callistratus Iureconsf.eius summi supplicij tres species enumerat, furcam scilicet, concremationem,& capitis amputationem:cæteræ,si quæ sint,quæ aut rota,aut aqua,aut bestijs expediuntur,non ita frequenter receptæ sunt à iudicantibus. *Gladij potestas in facinorosos.*

CONCREMANTVR autem viui hæretici, qui, post diuinam verbi cognitam veritatem eis inculcatam, obstinatè contra nituntur. taleq; supplicium his inditum est lege diuina,Ioan. x v. Si quis in me non manserit, mittetur foras,sicut palmes, & arescet,& colligent eum,& in ignem mittent.Notatur in c.ad abolendam. de hæret. & tex.est in c.quoniam vult deus.xxiiij.quæst.iiij. Lege autem humana,summo supplicio digni sunt.l.Arriani.§.Manichæis.C.de hæret.& Manich.& l.vna.C.vt nemini lice.sign.saluato.contra eos qui in odium DEI, & sanctorum eius, vsum imaginum detestantur,& in harum opprobrium figuram ignominiosam depingunt. Item & is qui in Christianum attentauit nocens,in despectum fidei, lapidis iactu, aut alio furoris genere,cum suis consortibus est concremandus. l.ij.C.de Iud.& cœlico.in fi. *Concremãdi qui sint.* *Hæretici.*

SODOMITAE aut cinædi, qui contra naturam luxuriati sunt, hodie exuruntur nostra consuetudine, quæ legem Cornelianı de sicarijs & Imperatorum constitutiones interpretula est,secundum l.si de interpretatione.ff.de legib. Nam his sanctionibus, qui sic offenderunt, mori debent.auth.vt non luxur. homi.cont.nat.§.præcipimus.l.fœdissimam.& l.cùm vir nubit in fœminam.C.de adulte.l.eiusdem.§.qui hominem libidinis causa castrauit.ff.ad l.Cornel.de sicar.iuncta l.prima. C.de eunuch. quæ loca ineptissimè ab Accurs.& eius sequacibus intellecta sunt sine aliquo sensu apto & conuenienti. stolidum enim fuit dicere, iuuenem castrari ob libidinem eius coërcendam: cùm tale quid auditum non fuerit, aut certè capitale non sit. & tales *Sodomitæ.* *Accurs. lapsus.*

nugas hactenus Accurſ.ſemiperitis obiecit. nam Marcellus in d.§.qui hominem. & Aurelius Imper. in d.l.prima, conſtituerunt delictum capitale in eo qui ſpadonem fecerit libidinis cauſa: hancq; dictionem,libidinis, retulerunt ad caſtrantem non ad caſtratum, vt ſit libido cauſa caſtrandi: & ideo de cinædis & nefandæ Veneris hominibus intellexerunt,qui imberbibus & mollibus delectantur, quibus præpoſteram Venerem exerceant: & ea cauſa ſpadones ad mollitiem effœminabant. l.lege Cornelia.§.conſtitutum.vſque ad fi.ff.illo tit.vbi etiam capitaliter puniendum legas eum qui ſe caſtrandum præbuit, tanquam execrandi facinoris conſcium ex propoſito. Iuxta id plura ſcripſit Iuuenalis, quæ vt nimium impudica reticeo: ea adijciam tantum,quibus ſuperiora probentur. Nam cùm Nero Sporo quodam impudicè vteretur, ipſum non puduit tantum eo Sporo adoleſcente pulcherrimo abſciſis teſtibus vti, ſed eum etiam in formam muliebrem ementito ſexu figurare auſus eſt. De quo idem Iuuenal.prima Satyra:

-Puer Automedon, nam lora tenebat,
Ipſe lacernatæ cùm ſe iactaret amicæ.

Sacrilegi. SACRILEGVS maiori ſacrilegio, vt qui ſacrum ex ſacro ſuſtulit, comburitur viuus.l.ſacrilegij pœnam.in prin.ibi, Viuos exuſiſſe.ff.ad l.Iul.pecul. & de ſacrileg. Eum tamen hodie aliter puniri ſcripſit Boër. quæſt.ccliiij. in ij.part. vbi plura ad vſum quotidianum quod ad hanc rem pertinet.

Sortilegi. SORTILEGI ſiue Harioli,& qui damnatis veneficijs ſe exercent,concremantur, l.nullus haruſpex. ibi, Concremando haruſpices. C.de malefic. & mathemat. xxvj. quæſt.prima & ſecunda.hi verò qui ad hos accedunt conſulturi, capite plecti debent.l.nemo.& l.ſi excepta.C.illo titul.

Incendiarij ex propoſito. INCENDIARII, qui ob inimicitias, vindictam, aut prædæ cauſa, aut aliàs ex propoſito intra oppidum ignem immiſerunt, viui exuruntur, d.l.capitalium. §.incendiarij. & l.qui ædes. & l.fi. ff.de incend.rui.& nauf. Barto.in l.prima. ff.de offic. Præf. Vigil.Cinus, Bal.& Salic.in l.data opera.C.qui accuſ. non poſſ. ijdem Bald.& Salicet.in l.pignus.& in l.ſi creditor.C.de pigno.actio.& Iaſ.conſil.136.vol.primo.id enixè tenent. Quod ſi ſine dolo contigit, ceſſat pœna capitalis, tamen ciuiliter in id quod intereſt pro culpa admiſſum plectitur: competitq; Aquiliæ legis actio ex tertio capite, ſi quis vſſerit, fregerit, ruperit. idq; etiam contra dominum pro familiæ culpa.l.ſi ſeruus ſeruum.§.tertio.& §.ſi fornacarius. ff.ad l.Aquil.& diffusè per Ang. in tract.maleficior.ad notam propriam.

Moneta falſarij aut expoſitores. MONETAM falſam, ſiue auream, ſiue argenteam, aut aliam fabricans, flammis exuritur,contra Accurſij ſententiam,qui ſua diſtinctione argenteam & aliam omnem præterquam auream ſemouit ab hoc ſupplicio,in l.ſi quis nummos.C.de falſ.monet. Expoſitores autem,ſi falſam ſciuerint,& maleficij participes probentur,eadem pœna digni ſunt.l.maiorem.C.ad l.Cornel.de falſ.aliàs autem,ſi conſortes non ſint, ſi item eum exhibeant à quo decepti ſunt, aut ſi exhibere non poſſunt, & bonæ famæ auxilio iuuentur, ſitq; modica ſumma ea quam tenuerunt, iureiurando ſuo liberantur. Contra eſt, ſi grandem pecuniam habeant, aut fama prægrauentur, aut non poſsint aut velint exhibere, aut nominare eum qui numerauit: quia eo caſu, etiam ſi dolus expoſitorum circa fabricationem aut ſocietatem non probetur, extra ordinem plectendi ſunt. d.l.maiorem. & diffusè per Hip.de Marſ. in repetitione l.qui falſam. num. 104.& ſeq. C.de falſ. Quòd ſi inſtrumenta, quibus illa cuditur, ſecum ferant,

licet id

licet id satis non sit ad condemnandum,tamen ad quæstionem indubium est, vt dicit idem de Mars.nume.115. 123.& sequentibus. Imò & solent torqueri qui sine instrumentis grandem summam ferre deprehensi sunt,neque fama aut autore protecti.

DOMINVM qui prodidit, & insidias inimicorum iuuit in necem domini, est concremandus. d.l.capitalium. §.igni concremantur serui qui saluti dominorum suorum insidiati sunt,& nonnunquam liberi. Et ita iudicio curiæ Paris.vidi concremari famulum, cuius consensu & insidijs dominus fuerat occisus à tribus fratribus, quibus eodem iudicio capita amputata sunt mense Iulio, anno supra sesquimillesimum XXV. *Seruus qui dominũ prodidit.*

SERVVS, si se libidinis causa dominæ coniunxerit, hæc pœna est, vt ille vratur, dominæ verò caput amputetur.l.vna.C.de mulie.quæ prop.ser.se iunxer. Non ita si dominus ancillam complexus sit: id enim tam veteri iure, quàm hodierno vsu impunitum est.imò ex legis Aeliæ Sentiæ præcepto,manumittitur ancilla,& fit libera.§. eadem lege.Instit.quib.ex cau.manu.non lic.idq; etiam si per dominum manumissa non sit. facit l.si quis sine. Ibi, ipsi etenim domino, dum superest, damus licentiam quomodo voluerit vti ancilla sua.C.commu.de manumissio. & l.quod ius. C.de natur.lib. videto tamen ne hac libertate in ancillas abutare qui vxorem habes, tibi enim interdictum est.d.l.si quis sine vxore.imò verò non tibi tantum,sed & ex æquo omnibus,idq; notioribus, quàm quæ citari debeant, testimonijs, atque ijs autoritatis dominicæ & nullius alterius opinione abrogandis aut etiam eleuandis. Item nec vi ancilla comprimenda est.l.vna.§.& si quidem ancillæ.C.de rapt.virg. *Serui et dominæ cõplexus pœna.* *Domini cũ ancilla complexus.*

TRANSFVGA, & ad hostium notum suos deferens, illiq; suorum consilia renuncians, flammis aut furca, prout iudici videbitur, dignus est.l.si quis aliquis ex metallo.§.j.& l.aut damnum.§.j.ff.de pœn.& l.omne.§.exploratores. & l.proditores. ff.de re milit. *Transfuga.*

SERVVS rapiens fœminam siue virginem,siue desponsatam,siue viduam, comburendus est.l.vna.§.fin.C.de rapt.virg. Ang.ibidem extendit ad meretricem virum rapientem:idq; tex.innuit satis,ibi,citra sexus discretionem. refert item ille se vidisse Florentiæ meretricem flammis inijci,quæ conuicta erat rapuisse iuuenem.repetijt id Boër.decis.cccxvij.num.11.par.ij. *Serui raptus in fœminam.*

PROCVRATOR Cæsaris aut alius publicus, & actor pro deprædatione seu contumelijs in subditos Cæsaris commissis, viuus publicè vri debet.l.vniuersi. ibi, edicimus,vt qui hanc audaciam fuerit ausus,publicè viuus concremetur. C.vbi caus. fiscal. *Procuratoris publici depradatio.*

ADDE præterea alium casum ex l.si quis à barbaris. de re milit. lib.xij.C. nam cùm officij ratione quis irrumpentes hostes quacunque vi & ope debeat defendere & prohibere, durum est & atrocius si vltro permittat accedere: si item scelerata factione corruptus prodat eum à quo commissus est custos:huius enim pœna,ignis est. d.l.si quis à barbaris. *Hostes admittẽs ultro.*

CAETERA mortis genera quæ aut furcæ, aut capitis amputationum nuncupatim à lege sunt destinata, hodie pro iudicantium arbitrio expediuntur, prout tulerit reorum qualitas & circunstantiarum, quæ quotidie variant. Arbiter enim iudex est circa mortis genus decernendum:vt quos vita defungi æquum esse viderit, alios remissius, alios verò grauius plectat: adeò, vt si non vitæ,at certè leuioris mortis gratiam possit ipse facere,iuxta delinquentium dignitatem,ætatem,merita,famam prio- *Iudex arbiter circa genus mortis.*

ris vitę,& alia quæ occurrent,vt dicit tex.in l.aut facta.ff.de poe.& Bal.in l.data opera.C.qui accus.non poss.Cùm enim hominis dignitas faciat delictum aliud alio grauius, c.homo Christianus.xl.distinct. solent tamen iudices seuerioribus supplicijs viles personas punire, quàm nobiles, idq; lege permittente atque etiam iubente. l.iij.§.pe.ff.ad leg.Cornel. de sica.l.capitalium.§.fi. & l.in seruorum. de poen.l.seruos.C.ad leg.Iul.de vi publi.& l.Pedius.ff.de incend.rui.& nauf.Nobiles enim & Barones,vel in dignitate constituti,vbi ex delicto mori debent, ad furcas nunquam, aut certè rarò damnantur: sed quod demeriti sunt capitis amputatione luere solent. l.desertorem.§.is qui. ibi,vel in furcam damnabitur, quamuis milites nihil eorum patiantur. ff.de re milita.l.moris est.§.sed enim. ibi,nec furcæ subijci. ff.de poen.id not.Bald.in d.l.data opera. vbi allegat d.l.capitalium. §.nonnunquam. qui mihi videtur nihil omnino ad rem facere.Longum esset hic annectere criminum species, quæ morte & vltimo supplicio vindicantur.Iure diuino XX. casibus,mors fuit reis indicta, Leuit cap. XX. XXI. & XXIIII. Bal.in d.l.data opera.nume.14.quadraginta septem enumerat.Millæus ad calcem praxis suæ vnum & quinquaginta. Ad supplicia redeo.

Nobiles capitis amputatione dánari solent.

Paricida pœna.

PARICIDIA nouo genere supplicij vindicantur ex l.Cornelia de paricidijs, quæ à lege Pompeia aucta est: vt cum gallo gallinaceo, simia, & vipera in culeum viuus paricida insuatur, & in flumen proijciatur. l.prima. & l.pœna paricidij. ff.ad leg.Pomp.de paricid. & l.vna. C.de his qui par.occid. vbi Accursius se solicitè distorsit sine causa, his verbis attonitus, quæ à Marcel.scripta sunt in d.l.prima.ibi, vt ea pœna teneatur, quæ est legis Cornel.de sicar. Miratur ille pœnam sicarijs constitutam ad paricidam aptari,cui & noua pœna & grauior multò fuerat indicta per d. l.Pompeiam. Sed illò lapsus est. Nam L.Cor.Sylla tres leges siue quæstiones publicas constituit, de paricid. de sicar. & de falsis, vt infert Caius in l.ij. §.deinde Cor. Sylla.ff.de orig.iur.duas posteriores iureconsulti pluribus capitibus interpretati sunt, tot.tit.ad leg. Cor.de sica. & alio de fal. Priorem verò, quia C.Pompeius iuuit, sub Pompeij nomine adscripserunt: & ideo nil mirum si Marcel.pro paricidæ pœna legem Cornel. adduxerit. veruntamen in textu corruptè legitur, de sicarijs, vbi legendum erat de paricid. aut si mauis, expungenda erunt ex textu ea verba, de sicarijs, simpliciterq; legendum,vt pœna teneatur, quæ est legis Cornel. & ita Venuleius locutus est in l.diuus Adrianus. ff.de poen. Hæc ex Cicerone clariora fient, si legatur defensio quam ille dixit pro T.Rosc. Amer.cùm enim in eum paricidij quæstio esset cõstituta sub L.Cor.Sylla qui accusationem iuuabat,nemo præter Ciceronem ausus est defensionem illius suscipere. Inseram quæ ex eius oratione ad rem faciunt. Paricidas, inquit, maiores nostri insui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deijci: hominemq; hunc videntur ex rerum natura sustulisse, cui repentè cœlum, solem,lunam,& terram ademerunt,vt qui eum necasset,vnde ipse natus esset, careret his omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijci, ne bestijs quoque,quæ tantum scelus attigissent,immanioribus vteremur. non sic nudos in flumen deijcere,ne cùm delati essent in mare,ipsum polluerent.& paulò pòst: Etenim,quid est tam commune quàm spiritus viuis,terra mortuis, mare fluctuantibus, & littus eiectis? ita viuunt dum possunt,vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita postremò eijciuntur,vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant.

Ad l. primam.de parric.

Ad bestias supplicium.

EST & aliud vltimi supplicij genus eorum qui ad bestias dannabantur, l.qui vltimo

timo supplicio. in fi.& l.ad bestias.ff.de pœn.& l.fi.in fi.ff.de incend.rui.nauf.quod hodie,forsan quia inhumanius visum est,in desuetudinem abijt.

SVPERADDITVM est,nostris his temporibus,aliud longè diuersum,sed multò durius supplicium in grassatores, itinerum aggressores, siue domorum nocturnos expilatores, quos vulgo Voleurs dicimus. Hi enim, cùm omni vltimo supplicio etiam iterabili,si fieri posset,digni sint, leue visum est capitis amputatione, furca, aut concrematione illos ab humanis eripi, & maximè cùm eorum facta acerbitate & frequentia excrescerent: ideò vt reprimerentur iuxta l.aut facta. §.fi. & l.hodie. de pœn. Rex Francis. defunctus constituit mense Ianuar.anno 1534.vt horum delictorum conuictis publicè malleis renes,brachia,tibiç,& crura frangerentur minutatim: corpora deinde sic attrita & comminuta rotæ in eam rem elatæ superimposita relinquerentur tandiu languorem hunc & grauitatem pœnæ passura, quandiu spirare & è cœlo animam ducere quirent: ac ne sic quidem perditorum quorundam deplorata audacia reprimi & cohiberi potest. Apud Tranquill. Caligula Imperator in reos crebris ictibus animaduerti passus est:vnde notum eius & perpetuum exijt præceptum,ita feri,vt se mori sentiat.Apud Eutrop.lib.v.belli ciuilis Mariani & Mithridatici,Sylla Marium Gratidianum de caprili casa extractum vinciri iussit,ductumq; trans Tyberim oculis effossis & membris minutatim fractis trucidari.

Rota supplicium.

Rota pœna vnde sumpta.

INCISION DE MEMBRES.

MEMBRI Incisio de iure meri imperij est,auth.de collat. §.ad hoc prohibemus. ibi, citra tamen vltimum supplicium aut membri incisionem.& glossa in l.fi.per illum tex.C.de offic.eius qui vic.alte.obti.Barto.in l.ij.ff.de public.iud. id supplicium capitale non esse sollicitè contendit, contra opinionem Dini, qui capitale asseruit. tamen vtrique super eo confligere,ociosum mihi visum est, tanquam super re apertè decisa in d.l.ij. Non capitalia,inquit Iureconsultus,sunt, ex quibus pecuniaria,aut in corpus coërtio pœna est. apertius per Africanum: Rei capitalis,inquit,damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio. in l.edicto. ff.de bonor. possess. & in l.licet capitalis.ff.de rer.& verb. signif. Dubium, opinor, mouerat lex prima.ff.de bonis eor.qui an.sent.vbi capitalis pœna non semper est mors.

Membri incisio an sit pœna capitalis.

COMMODVM autem erit hic videre ad cognitionem huius incisionis quæ dicantur membra,& quæ ornamenta. Barto.in l.publicorum.num.13.ff.de public.iud. illa propriè dici membra voluit, quibus diuerso & proprio officio corpus mouetur aut iuuatur: vt oculo,visu: pedibus,progressu: auribus,auditu: manibus,palpatu: naribus,odoratu:lingua,sermone: & alijs similibus. alia autem esse quæ membris opem ferunt, vt digitus manui, dens linguæ & gutturi. Alia item, quæ decorem tantum ferunt, vt barba, viri mento: coma, capiti: auricula, auri: & alia quæ membrorum officia & ornatus sunt,non membra: quorum incisio membri incisio non dicitur ex Barto.sententia, qui allegat auth. sed nouo iure. C.de ser. fugit.& l.cui dens. ff.de ædil.edict.Cicero lib.iij.ad prin.de finib.bono.& malo.partem quamlibet corporis, etiam quæ corpori nihil præstat obsequij,membrum esse dicit. Membrorum,inquit, idest partium corporis, alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata: vt manus, crura, pedes: vt ea quæ sunt intus in corpore, quorum vtilitas quanta sit, à medicis etiam disputatur. alia autem nullam ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum: vt cauda pauoni, plumæ versicolores columbis, viris mammæ atque barba.

Membra quæ sint ex Bar.

b 2 Philip.

Philip. Melancth. in anima sua totam hanc disputationem ordine naturali disertisimè persecutus est. Bal. in l. serui fugitiui. C. de ser. fugit. in fi. dicit, membri incisionem tunc tantùm fieri, si corpus mutiletur, & membri proprium officium impedia-

Auriculæ incisio.

tur in totum. Et ea ratione consuetudo Franciæ, qua hodie furibus auriculæ auferuntur, nihil est contraria iuri communi & dispositioni auth. sed nouo iure. suprà alleg. qua nemo pro furto mori debet, aut membrum perdere. auricula enim membrum non est: & aliud est quàm auris, scilicet cartilago illa quæ circa aurem est ad membri ornatum potius quàm ad obsequium. his enim abscisis nihilominus auditur, & aurium vis debilior non fit: ideo membri incisio non est, l. idem Offilius. in prin. ff. de ædilit. ed. per quem tex. Bal. in d. l. serui fugitiui. dicit oculum ictu deturpatum, si homo nihilominus videat, debilitatum non dici. Boër. decis. ccxcvij. num.

Vxoris adulteræ pœna.

13. in ij. parte dicit Franciæ consuetudine vxorem à marito adulterij postulatam & conuictam tondi, & capillis abscisis, vestibusq; in circuitum resecatis, ignominiosè per vicos circunduci: facit glo. in c. de Benedict. in verb. & caluatos. xxxij. quæst. j.

Incendiarij syluæ pœna.

Guandi. de malef. in tractatu pœnarum, num. 56. Syluæ incendiarios & fures aliquibus casibus, in Longobardia dicit solere tondi, & decaluari pro secundo furto: quæ omnia infamiam tantum irrogant, corpus autem non mutilant, & casibus nostris non debent annumerari, quibus membra amputantur. Membrum autem amputari dicitur, si oculus eruatur, lingua, manus, aut pes abscindantur: quod genus pœnæ le-

Talionis pœna.

ge diuina est introductum: idq; duplici iure: primo, talionis vindicta, quæ olim valuit, iuxta id Exod. XXI. Qui occiderit occidatur. & ibidem: Reddat, inquit lex, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede, pro adustione adustionem, pro vulnere vulnus, & pro liuore liuorem. quæ lex iure ciuili neque in totum recepta est, neque etiam omnino omissa. falsum enim testem iura, talionis pœna plecti volunt, & prout reus plectendus esset, in quem falsò testificatus est: idq; ex leg. Cor. de sicar. l. prima. §. primo. ibi, qui falsum testimonium. ff. illo titul. ei enim fiet quod fratri suo fieri voluit, inquit lex Deutero. cap. XIX. ad fi. Item consuetudo Franciæ hanc legem talionis enixius secuta est & retinuit. nam, etiam si dolus absit, princeps huius gratiam facit: Iudex autem non potest. Leges verò secus decernunt, vt suprà, prima glo. huius §. diximus. SECVNDO iure, membrorum amputationem lex diuina indixit: vt Matth. v. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Et in eo inter ius diuinum & ciuile conuenit, auth. omnes peregrini. C. com. de success. ibi, in eo puniantur, in quo deliquerunt: iuxta id Sapien. Per quæ quis peccat, per

Blasphemi pœna.

ea torqueatur. Blasphemus enim tam legibus regijs quàm superiori iure, linguæ amputatione punitur post cæteras castigationes in eum, vitij porro tenacem, certo quodam ordine, infligendas: quæ nominatim descriptæ sunt in reg. constitut. vt latè declarat Boër. decis. cccj. in ij. part. Quòd si blasphemia intolerabilis est, & suo execratu non patitur prolocutum diutius viuere, vt si diuina CHRISTI maiestas aut MARIAE eius sacratissimæ matris nomen sanctum lingua offensa sunt, tunc vitam perdituro linguam præcidi æquum est & solitum, qua tam sceleratè peccauit: deinde concremari, secundum glo. fi. in l. omnes. ibi, caput & lingua ei amputentur. de

Falsarij pœna.

delatorib. lib. x. C. Manum hodie amittit notarius, qui in falsum collapsus est, & hæc pœna ordinaria est, c. imperialem. de prohib. feud. alien. & not. Pyr. Angleb. in l. prima. vt nemo ad su. patro. suscip. rustic. lib. xj. C. Item & qui falsum instrumentum confecit etiam non notarius aut tabellio, vt dicit Guand. in suo tract. mal. de pe. num. 52. & 54.

& 54. vbi oculum furi, aut falso testi erui in Italia solere dicit. pede item debilitatur seruus qui ad hostes transiens deprehenditur. l. si serui fugitiui. C. de ser. fugit.

FVSTIGER.

COERTIO corporis, quæ in verberones fustibus expeditur, licet vtcunque poena sit sanguinis, tamen capitalis non est. l. ij. in fi. ff. de public. iud. notat Bal. in l. transigere. in prin. num. 3. ff. de transf. & cùm per compita publicè hanc exequi ferat vsus, famosissima est. l. fustium. C. ex quib. cauf. infa. irrog. cui hodie sæpius addere solent iudices, prout tulerit delicti grauitas, aut facinorosi demerita, relegatio in ergastula nautica, quæ marinum remigium dicimus, post fustes acceptos, & quandoque aures diminutas: & hi tunc mastigiæ dicuntur: quod poenæ genus ita cumulatum passim in iure reperitur: vt in l. fi. C. de paga. ibi, post cruciatus corporis, operibus metallorum deputentur exilio perpetuo. l. in seruorum. ibi, sub poena. ff. de pe. l. fi. ibi, post fustigationem in opus perpetuum. ff. de effracto. & expilatorib. & l. Pedius. ibi, flagellis cœsos in metalla damnabis. ff. de incend. rui. & naufrag. *Fustigati quando danant in opus nauticum.*

FVSTVARIVM hoc patiuntur legis imperio qui Consulem reliquerunt, item & qui à signis fugerunt, ex Cicer. Philip. iij. & Liuio lib. v. de modestia veientum. SECVNDO idem meruerunt, qui sectas hæreticas & collegia à fide deuia in sua tecta receperunt, l. quicunque. §. si verò ignorante. C. de hæret. TERTIO, qui paganorum sacrificia passi sunt in eorum domibus fieri. d. l. fi. C. de pag. QVARTO, fures pro primo furto, auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. vbi Accurs. & in §. famosos. l. capitalium. ff. de poe. castigationem à lege indictam fustibus fieri debere interpretatur. controuersiam mouit Hippo. de Marf. conf. 30. in prin. Nam cùm lex, inquit, furem iubeat castigari, sintq; aliæ poenæ fustuario leuiores, Accursij iudicio temere acquiescendum non fuit, primum furtum, interpretatione grauiori, punientis, sine legis expressa cautione: iuxta id quod notat Bald. in l. respub. C. ex quib. cauf. maio. vsus tamen & consuetudo Accursij opinionem comprobarunt. idq; bona ratione. Nam cùm dispositio auth. sed nouo iure. & §. quia verò. in auth. vt null. iudic. ibi, Nolumus pro furto omnino mori, aut membrum quodlibet abscindi, velit ius summum lenire, & poenæ durioris rigorem mitigare, supplicium summi sit aliquatenus, non autem exemit. Et ideo secundum legem nemo negabit mitius cum fure agi fustibus quàm morte, aut membri iactura: igitur ad minimum debere fustigari. Aduertendum tamen qualitate furti ex iudicantis arbitrio, poenam vel intendi vel remitti: vt non deceat rem vilem suffuratum in exemplum puniri: nec rursus eum qui notabile furtum commisit leuiter castigari, vt dicit Ioan. Imo. in l. ij. ff. de publ. iud. poenam enim iudex debet metiri ad delicti mensuram. arg. l. ex facto. §. Iulianus. ibi, satis enim punitus est. ff. de vulg. & pupill. substitu. nominatim in l. rescriptum. in fi. ff. de his quib. vt indig. Pro mensura enim peccati, inquit lex diuina Deutero. XXV. erit & plagarum modus. facit c. surripiantur. xxxiiij. quæst. iij. & c. quæsiuit. in fi. de his quæ fi. à maio. par. cap. vbi dicitur, quòd poena vlterius non est extendenda quàm delictum fuit in excedente repertum. QVINTO fustibus cæduntur hi, qui se turbulentis populi acclamationibus accommodauerunt, quos lingua nostra Mutins dicimus. Hi enim publicarum seditionum adiutores sunt, d. l. capitalium. §. solent. Cùm enim esset capitale, turbas has excitare aut etiam iuuare, d. §. solent. restringitur supplicium, si tale quid à iuuene reo antea non fuerit admissum. Nam autores ha- *Fustuarium qui patiantur.* *Fur pro primo furto an fustigãdus.* *Seditionum publicarum consortes.*

rum seditionum vltimo supplicio puniuntur. l.siquis aliquid ex metallo. §.autores seditionis.ff.de pœ. SEXTO, siquis adeo supinus probetur fuisse, vt eius negligentia incendium acciderit,fustuario dignus est, si vilis persona sit.l.qui ædes. ff.de incend. rui. & naufrag. Quòd si sciens dolo incenderit, viuus debet concremari, vt suprà diximus in glo.iij. ex d. l.qui ædes. SEPTIMO, leuia crimina in liberos virgis, in seruos autem flagellis vindicantur,l.leuia.ff.de accusatio.quod verum est,quando liberi homines soluendo non sunt, & adeo sunt inopes, vt quod ex delicto aut quasi adiudicatum est, luere non possint pecunia: tunc enim succedit regula, vt qui non habet in ære,luat in corpore. l.fi. ff.de in ius voc.& l.si quis. §.in seruos. ff.de iurisd. omn.iud.& l.j.§.fi.ff.de pœn.pœna autem grauior illa quæ flagellis expeditur, quàm quæ virgis.l.veluti.& glo.in l.in seruorum.in princ.ff.de pœn.

Incendiarij ex culpa. *Flagellis cædi.*

PILORISER ET ESCHELLER.

HAEC duo licet variè infligantur, tamen eodem tendunt, scilicet ad infamiam reis sordidatis irrogandam publico spectaculo, & traductione ignominiosa. Palus enim numellarius,quem Pilory dicimus,lignea est machina in foro vænalium erecta ad noxios discruciandos,aut tantum infamandos,ex qua pendent vincula ferrea,quæ Gallico vocabulo Querquant dicimus,quibus collum & pedes immittuntur: suntq; ea,quorum meminit Scæuola in l.senatusconsulto. ff.de iniur. & Callistratus in l.capitalium.§.ad statuas.ff.de pœ.quæ loca à quibusdam in diuersum sumpta sunt. Alij enim carcerem intellexerunt, alij verbera.Sed hi seuerius nimis: quia cùm delictum sit ciuile, cessare debuit horror verberum. l.corrumpitur. ff.de seruo corrupt.& l.in eum.ff.de extraordi.criminib. Illi verò carcerem pœnam constituerunt, quæ tamen ad solam custodiam datur,non ad cruciatum, etiam si criminis qualitas cathenarum acerbitatem postulet.l.j.§.interea.C.de custo.reo.& l.aut damnum. §.solent.ff.de pœ. De iure pontificio contra est. Nam cùm iudices pœnam non habeant ex iudicio suo cogunt reos capitales ætatem esse in carcere. c.quamuis ad reorum custodiam non ad pœnam.lib.vj. de pœ. Id autem pœnæ genus ius ciuile non admisit. l.mandatis.ff.de pœ.& l.incredibile.C.eo.ti.His enim vinculis publicis,numellarijs alligati eo puniuntur, quòd aliquot horis os impudentiæ præbent populis contumelijs & conuicijs.idq; sæpius falsi damnati subeunt,aut qui erronea in Deum protulerunt, aut commiserunt: item & qui quintò blasphemauerint, itemq; labio prius inusto ad labium alligantur pertinaces,ex regia constitutio.vt præclarè per Boër.decis.cccj. num.15.in fi.in ij.par. Hic adnotandum erit alligationem ad palum,& maximè pœnam aut corporalem, aut capitalem subituri à lictore siue tortore expediri debere, idq; ita moribus Romanis obseruatum fuit. Apud Liuium lib.viij. cùm Manlius Cos.bello Latino edixisset, ne quis in hostem extra ordinem pugnaret: T.Manlius eius filius à quodam Tusculano lacessitus,eum congressu iugulauit.Hunc autem pater,necessitate imperij Consularis sanciendi,securi percussurus, I,lictor,inquit,deliga ad palum. & ne quid addubites,lictor is fuit,quem hodie tortorem dicimus:vt apud eundem Liui.lib.primo, Horatius in concione ad populum, I,lictor, inquit, colliga manus: i, caput obnube:arbori infelici suspende.

Palus. *Vincula publica.* *Blasphemus pœna alligatur.* *Pali alligatio tortoris est.*

ESCHELLER.

IDEST, quod Mitrer dicimus lingua Gallica: eoq; ludibrij genere in polygamos

mos in ſcalario ſuggeſtu mithellatos animaduertitur. ibi enim plebeculæ laſciuientis ſcurrilitates perfricta fronte obaudire coguntur. Budæus id vocat traductionem ignominioſam.lib.forenſium, fol.mihi 176.quod & catamidiare Græco verbo dicitur,Latinè deridere.Nec nouum eſt ſupplicium:Adrianus enim Imperator decoctores bonorum,ſi ſuæ autoritatis eſſent,catamidiari in Amphitheatro, & dimitti iuſsit: vt refert Spartianus.

Scala et mitra polygamorum.

MARQVER.

REI RERVM capitalium,inquit Bud.interdum ita ſoſpites euadunt,vt in orbe numellato medio foro vænalium ſito,ter circumacti ignominioſiſsimè,inſuper liliato ſtigmate inurantur,quæ pœna ſolet eſſe falſariorum. Hæc ille alibi traductionem ſtigmaticam vocat, quod hoc ſtatuto, Marque, dicitur. & hæc pœna licet capitalis non ſit, tamen inter maiores annumeratur. vtpote ignominioſa & perpetuò infamans,etiam reſtitutum. l.fin.C.de ſportul. ibi, maiores pœnas & corporales maculas imponere.Guand.in tit.de pe.reo. num.59.refert in Italia furi detecto, ferro candente,fronti ſignum imponi ſolere.quod iure Codicis admiſſum non eſt, quo ſtigma & ſignum ſupplicij faciei hominis imprimi non debet, ſed manibus potius aut ſuris.l. ſi quis in metallum.C.de poen.Boër.latè de hac pœna,in deciſ.lxxxij.in prima parte.

Stigmatica traductio.

BANNIR.

EXVLIBVS, inquit Lactantius, lib.ij. Inſtitutio. igni & aqua interdici ſolebat: & cum videretur nefas eſſe, quamuis malos tamen homines ſupplicio capitis afficere: interdicto vſu earum rerum quibus vita conſtat hominum perinde habebatur, ac ſi eſſet is,qui eam ſententiam exceperat, morte mulctatus. Hæc ille. Huius interdicti vſus obſoleuit, ſucceſsit deportatio.l.peculatus pœna.ff.ad l.Iul.pecul.& l.ij.§. j.ff.de poe.vnde fit,vt interdictio,exilium,& deportatio, eadem ſint: & ex his exulare ætatem aut ad vitam damnatum abeſſe oportet. glo.prima. in l.exilium. ff.de interd.releg. & deportat. & l.prima. §.hi quibus aqua & igni. ff.de leg.iij. Nam his è ciuitate caput eximitur. Cætera autem non ſunt dicenda exilia,ſed relegationes magis,quibus ciuitas non adimitur,cùm ad tempus fiant.l. ij.§.primo. ff.de public. iud. l.ſed & ſiquis.in prin.iuncta glo.in verbo exilium.ff.ſiquis cautio.l.relegati. & l.relegatorum.& glo.in d.l.exilium.ff.de interd.& releg. Et ideo fit, vt exilium & deportatio ſint in numero pœnarũ capitalium,d.l.ij.ff.de pub.iudic.l.edicto. de bono.poſſeſſ. & l.eum patronum. ibi, exiſtimabat Labeo capitis accuſationem eſſe, cuius pœna mors aut exilium eſſet. ff.de iur. patro. adeo vt deportatos & exules mortuorum loco habeamus,ex ijs, quæ modò dixi, verbis Lactantij: & l.prima. §.fi. ff.de bono. poſſ.contra tab.& l.actione.§.morte.verſic. publicatione. ff.pro ſocio. perdunt enim omnia quæ ſunt iuris communis aut ſtatutarij ciuitatis,vnde deportantur,& hoſtium loco habentur.l.amiſsione.§.qui deficiunt.in fi.ff.de capi.diminut. Nec refert, quòd iura gentium & naturalia vix tolli queant à magiſtratu.l.ſi mandauero tibi. §.is cuius bona publicata ſunt.ff.mand.ſententia enim ferri liberè poteſt contra eos ad hoc, vt iura ſuperiora his nihil proſint in iudicantis territorio, prout dicit Paul. Caſtr.in l.prima.circa fi.ff.de hæredib.inſtit. & Iaſ.conſil. 166.num. 2.vol.ij. Relegati autem non ita, quorum pœna capitalis non eſt, vt ſuprà dictum eſt, hi enim ſuccedunt, vt infrà cum ſtatuto dicemus, §.cccxxij. in glo. à perpetuel. Vtcunque tamen confunduntur

Exuli quæ interdicantur.

Relegatio fit ad tempus.

Deportatio perpetua eſt.

Relegati qd retineant.

duntur huiusmodi vocabula, & sæpe pro deportatis relegatos. d.§.deficiunt. & glo. ibidem in verb. relegato. & econtra pro relegatis exules, & pro relegatione exilium vsurpamus, d.l.sed & siquis.in prin.ff.siquis cautio. & in glo.d. l.exilium. Bald. in l. data opera.in prin.num.4.descripsit quatuor genera exiliorum.Idem & Ias.amplissimè de materia deportatorum, in l.prima.C.de hæredib. instit. Item & de pœna exilium infringentis, vide l.relegati. ff.de pœn. Nam qui ad tempus ob admissum aliquod facinus exulabat, si sit contumax pergatq; etiam delinquere, aut tempus non obseruet: ætatem exulare damnabitur. qui verò perpetuò exulare damnatus erat, cùm aliquotiens apprehensus, tractatus verò clementius in eadem temeritate proposit perseuerauerit. capite plectitur. Quæ pœnæ licet sanguinis non sint, tamen grauiores esse censentur, iuxta versus Euripidis in Medea sua,

Exilij pœnæ grauitas.

Inter molesta cuncta nil
Molestius cognouimus,
Pelli quàm solo patrio.

HORS DE SA TERRE ET IVRISDICTION.

Deportatio non extenditur extra deportantis territorium.

INTERDICERE, inquit Vlp. quis eam prouinciam potest, quam regit: aliam non potest. l.relegatorum.§.interdicere.& §.dubitatum.ff.de interd.& releg.Bal.in l. executorem. num.30. C.de execut. rei iudic. & in l.prima. num.6. C.de hære. instit. Ias.in l.fi.per illum tex.num.2.3.& 4.ff.de iurisd.om.iud. dicunt deportationis iudicium extendi non posse extra iudicantis territorium: inferuntq; quòd licet deportatus impunè occidi posit: id verum esse intra territorium duntaxat, vnde exul factus est: aliàs autem, si extra, tenetur occidens lege Cornel. de sicar.idq; tenuit Imo. in c.pastoralis. de re iudic. adeo vt si in territorio deprehensum viatores prosecuti sunt, & iam prætergressum comprehenderunt, hunc ampliari debere. Prætereundum verò non est hoc loco, vasallum, qui pro mero imperio deportare potest, commeatum remeatúmue liberum exuli dare non posse, sed id principi esse reseruatum, de casibus scilicet meri imperij maximi vnum. tex. est in d. l.relegati. in fi. & in l.diui fratres.in prin. ff.de pœ. & in l.prima. §.in insulam. ibi, & indulgentia imperatoris restitutus. ff.de leg.iij.facit l.pœnam. C.de pœn.vbi Io.Fab. per illum textum negat Barones posse reuocare, atque etiam episcopos damnatum in perpetua ergastula.

Deportati restitutio principis est.

ET AVTRES SEMBLABLES.

Index quantum possit in arbitrandis supplicijs.

NATVRALITER plura sunt negotia, quàm rerum vocabula: vt & plura crimina, quàm pœnæ datæ. l.natura.ff.de præs.verb. atque ob id data est iudici in facinorosos homines libera quædam animaduersio & gladij potestas, vbi iuris cautio pœnalis cessat, nam tunc iure & consuetudine potest decernere, & arbitrari supplicia, eaq; extimare pro personarum & factorum qualitate. l.Diuus Pius, ff.de fals. & l.quid ergo. §.pœna grauior. ff.de his qui not. infa.glo.in l.etsi seuerior. C.ex quib. caus.infa.irrog.modò tamen illorum pœnam moderetur pro iure dignitatis, ne quid aut durius, aut remissius quàm causa postulet, constituat; & seueritatis aut clementiæ gloriam nihil affectet, l.respiciendum.in prin.ff.de pœn.l.Pedius.ff.de incend.rui. & nauf.l.prima.ff.de effracto. & expila. & l.hodie.de pœ. Par enim erit gratia in facinorosos acerrimè vindicare; & meritos compensare, iuxta versus Euripidis in Hecuba sua:

Et pub

Et publicitus & singulorum propriè
Refert, malis malè euenire, & bonis bene.

DIVERSITAS autem criminum pœnarum diuersitatem exigit. l.si seruus ante aditam.ff.ad l.Aquil.nam vbi à iure pœna propria data est, cessat iudicis arbitrium: cùm huius voluntati non tantùm mandatum sit, quàm autoritati legis reseruatum.c. si quem pœnituerit.ij.quæst.iij.& expresè in l.prima.§.sed non vtique. ff.ad Turpil. Facti enim quæstio in iudicis potestate est, iuris autem autoritas non est. l.ordine. in prin.ff.ad municipal. & ideo eius arbitrium tunc tantum valet, quando genus pœnæ expressum non est: in quo decernendo debet se iuri conformare quoad eius fieri potest. l.moris. §.sed enim sciendum. ff.de poen. Nec nouas & inusitatas pœnas affectabit. l.aut damnum.§.primo.& ij.& l.si diutino.ff.de poe.

§. III.

AV MOYEN iusticier appartient bailler & decerner tuteurs, curateurs, faire maimmises, inuentaires, subhastations, interpositions de decret, & emancipations.

CASVS superiores, de iure communi, meri imperij sunt. l.fin. C.de offic.eius qui vic.alte.obti. Principi autem eodem iure plura alia maiora competunt: vt supplicationis, quam ciuilem requestam dicunt, aduersus sententiam à qua non potest appellari: ætatis veniam concedere: natalibus restituere: legibus ciuiliter soluere: adoptari permittere: læsis subuenire: inducias annales aut quinquennales, contra creditorum furorem, concedere: inuentarij beneficium elargiri: & alia expedire, quæ partim iuris, partim principis beneficio ordinario expediuntur. Notatur in auth.quæ supplicatio. C.de precib.Impera.offer. & l.prima. C.de sent.præf.præto.l.omnes. C.de his qui ve.æta.impetra.& in auth.quib.mod.natur.fi.legit. vltra casus item hic expressos ciuiles, omnes causæ, etiam maximi præiudicij debent accedere. *Casus mixti imperij principi referuati.*

MOYEN IVSTICIER.

LONGOVAL. in l.imperium. in iij.par. ff.de iurisdict.omn.iud. omissis doctorum diffinitionibus, vnico verbo rem absoluit. Nam cùm merum imperium sit coërtio, & summa potestas, per l.iij. ff.de offic.præsid.item & iurisdictio sit publica potestas iuris dicendi: sequitur, mixtum imperium, cui iurisdictio inest, & vltrà, ius esse quoddam coërcendi desumptum ex mero imperio, sine quo exerceri iurisdictio non potest, l.fi.ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict. insertq; in facinorosos animaduertendi ius esse meri imperij, & ius statuendi de causis pecuniarijs, & ad commodum priuatorum pertinentibus, iurisdictionis esse. quòd si pro commodiori iurisdictionalium causarum expeditione coërcere oporteat, mixtum imperium tunc dici, ex eo quod de vtroque participet: idq; ex verbis d.l.imperium clarum est. *Mixtũ imperium ex Longoual.*

BAILLER TVTEVRS.

TVTORIS datio, inquit Vlpianus, neque imperij, neque iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim dederit lex vel senatusconf.vel princeps. l.muto. §.tutoris *Ad §.tutoris datio.*

toris datio.ff.de tutel.Accurs.& alij ferè omnes meri imperij mentionem hîc restringunt, & de mixto Vlpianum sensisse negant. quod à textu dilucido totum alienum est.Nunquam enim conueniet, si dictionem imperij sic restringas. Nam cùm Iurisconsultus tutoris dationem ab omni iurisdictionis specie excludat nominatim, breuibus subscribit vnde illa datio deferatur,& quibus & quomodo.quæ verba,si reseruatum voluisset mixtum imperium,nequicquam addidisset sic consignate:satis enim fuerat tutoris dationem mixto imperio relinquere:non autem tam enixè his vti verbis,sed ei soli competit cui nominatim lex, & cætera, quæ mixtum imperium nihil attingunt:idq; satis vsu dignoscitur.lege enim,aut principis iussu, tutoris datio multis conceditur,qui iurisdictionem non habent.l.vbi absunt.ff.de tuto.vel curato.dat. ab his.l.decreto.ff.qui pet.tuto.& l.fi. ff.de offic.iurisd.Alex. Lex xij.tab. ius & potestatem fecit priuatis,testamento,aut codicillis id facere.l.j.ff.de testamentar.tutel. Pater enim filio etiam exhæredato tutorem dare potest: mater verò aut extraneus alius non potest.l.pater.in princ.ff.illo titul.idq; patria potestas efficit.Igitur videto an dici possit tutoris dationem in iudicis potestate non esse.Sed aut legis aut principis,aut priuati,si lex aut princeps concesserint. Ecce enim,Testator ex lege duodecim tabularum tutoris dationem habet:item & legitimos tutores nemo homo dat, sed lex xij. tab.dicit tex.in l.legitimos. ff.de legitim.tuto. datiuos autem parentum consensus & conclusio dat, & nominat iudici decernendos. l.scire oportet. ff.de tuto.dat.ab his. Et cùm statuta nostra leges sint, & ius ciuile, tanquam ius constitutum vt proprium ciuitatis & prouinciæ,l.omnes populi.ff.de iustit.& iur.meritò dicemus,mixtum imperium habenti,liberum esse tutores dare ex hoc statuto & lege ciuili.d.§.tutoris datio.Sed tamen addubito an liberum sit à communi opinione circa tutoris dationem tantopere diuertere,cùm statuti huius intentio sumpta sit ex l.ius dandi tutores. ff.de tutori.dat.ab his.& l.fi.C.de offic.eius qui vic.al.iud.obti.vide Io.Fab.in prin.Instit. de Atil.tuto.ibi,coram quo iudice.vsque ad fi. & glo.in §.sed hoc iure. eod.tit.vbi idem Fab.nume.4.dicit iudicem ecclesiasticum ius id dandi tutorem non habere.

Tutoris dato cuius sit.

DECERNERE.

DECERNERE est decreto confirmare. Nam,vt dicit Papinia. in l.tutores à patruo.ff.de confir.tuto. Tutores à patruo datos iussit Prætor magistratus confirmare: nec antè decretum interponere potest, quàm ipsi per inquisitionem idonei fuerint pronunciati.facit l.mulier.illo tit.& hęc expedire,partes erunt iudicis pro iure mixti imperij.d.l.tutores.& l.si filio.illo titu.& l.prima.ff.de iurisdict.omn.iud.Iudex enim decreto confirmaturus tutorem datum, solicitè debet inquirere, an ille sit probatæ vitæ & idoneus.l.testamento datos.ff.de testa.tutel. A patre autem datus sine inquisitione, aut certè leuissima admittendus erit. l.si filio.ff.de confirm.tut.hodie in hac prouincia neque testamentarius neque legitimus confirmatione egent, vt infrà,§. clxxviij. sed tantum datiuus, qui legitimos omnes comprehendit præter matrem & auiam. vt §.clxxix. & de his latius his locis dicturi sumus. Datiuum igitur solicitè excutiet iudex, quoniam eum tunc futura pericula manent, si oscitanter tulerit parum idoneum & efficacem decreto suo officium accepisse.l.fi.ff.de magist.conue. & l.pen. C.eod. debet enim prouidè & circunspectè explorare & percunctari cum parentibus,an tutor oblatus sit eius administrationis capax.d.l.tutores.

Tutoris cōfirmatio à quo & quando fiat.

Tutores qui hodie confirmentur.

FAIRE MAIMMISES.

MISSVS in possessionem, inquir Vlpianus, nunquam pro domino esse incipit: nec ei tam possessio quàm custodia datur. l. is cui legatorum. in princ. ff. vt in posses. legato. Latissimè de his conscriptum est in l. si finita. ff. de damno infecto. Nam sicut in ciuilibus missione in possessionem in debitores aut contumaces vtimur: ita in criminalibus annotatione in reos. l. primá. in princip. & l. mandatis. ff. de regu. iur. illa autem mixti imperij est: hæc verò meri. l. iubere cauere. ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. cognitio. §. fi. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Hodie effectu conueniunt, & tam mobilium quàm immobilium sequestrationem ferunt, contra opinionem Bald. in c. j. de pace tenend. qui mobilia tantum annotari censuit. Sed tam in ciuilibus quàm criminalibus publicè sub regis aut Domini autoritate & manu bona possidentur tandiu, quandiu durat contumacia eius, qui aut debet, aut deliquit. c. quoniam. de deci. & per Io. Fab. in l. vnica. C. de prohib. sequestratio. ibi, & tandiu iudex detinebit. qui plures casus enumerat, quibus hæc sequestratio iure fit. Nam illa ea causa inducta est, vt huius pœnæ tædio præstet reus quæ præstare debet. d. l. is cui. in princip. ibi, vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat hæredi cautionem. Constitutio est Franc. publicata anno 1539. artic. 25. id clarius exprimens, his verbis, Auec annotation & saisine de ses biens, iusques à ce quil ayt obei. Graue enim est liberè re sua vti non posse. l. vim facit. ff. de vi & vi armat. Annotario est, quædam designatio descriptionem rei magis denotans quàm iuris exclusionem: & ita Vlpianus interpretatur in l. prima. §. hi quibus. ibi, quibus princeps insulas annotauit. ff. de leg. iij. Ioan. Fab. in l. prima. num. 1. C. de req. re. annotari, inquir, idest in nota seu inuẽtario poni. Aliquando annotare pro decernere legimus, vt apud Tranq. in Caligula. frequentiùs vsu forensi pro hac missione in possessioné & descriptione. Illa autem tantũ in cõtumaces instituta est, quia rei præsentis, aut eius qui in vinculis est, etiam si crimen, cuius postulatus est, bonorum publicationem inferat, bona neque annotari, neque describi, aut sequestrari debent: imo reum his liberè vti æquum est, vt dicit præclarus text. in l. defensionis facultas. de iure fisc. lib. x. C.

Annotatio & in possessionem missio quomodo conueniant.

Annotatio quid sit.

Annotari non debent bona rei detenti.

INVENTAIRES.

HAEC descriptio tam ad tutelas siue dandas, siue decernendas, quàm ad missionem in possessionem pertinet. Vtrunque enim id infert vt consequens, quod semper censetur concedi si antecedens concessum est. l. ad rem. l. ad legatum. & l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procura. & l. vna. C. de ordi. cognitio. Iudici mixtum imperium habenti hoc statuto datum est, tutores dare: item & bona publicè possideri iubere: quæ tamen sine iure describendi expediri nullo modo possunt. Nam cui iurisdictio data est, ea quoque concessa videntur sine quibus explicari iurisdictio non potest, dicit tex. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. & in l. legatis. ff. de ali. legat. Tutela enim sine inuentario manca est, idq; iudex tutore prosequente facit. l. tutores. cum glo. in verb. publicatum. in medio. C. de administ. tuto. & l. tutor qui repertorium. in prin. ff. illo tit. & l. si §. fi. C. arbitr. tut. Quòd si bona sequestrẽtur, describenda sunt fideliter; aliàs malè agitur. l. fi. ff. de requi. re. Et his casibus iudex pupilli bona, aut ea quæ sequestrata sunt, describens inuentarium non magis dicitur facere, quàm tutelam aut missionem plenè exequi. d. l. vnica. C. de ord. cog. l. quotiens. C. de iud. & l. j.

Tutor curare debet ut per iudicem fiat inuentar.

c 2 §. fin.

§.fin.& l.fin.ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict.

SVBHASTATIONS.

Subhastatio quãdo mixti imperij.

OCIOSVM esset hîc nimis subhastandi formas & materiam tractare, cùm inferiora capitula visuri sumus de his propria & amplissima. auctiones enim publicè dicuntur, & vulgò cridæ, imperioq; mixto iudicis expediuntur, si de ciuili debito aut hypotheca agatur. si autem de iudicato ob delictum exequendo ad hastam bona prostituuntur, id imperij meri est, tanquam rei executio, quæ gladij potestatem in se fert.l.imperium.ff.de iurisd.omn.iud.

INTERPOSITIONS DE DECRET.

Subhastatio solo decreto absoluitur.

SCIENDVM est, vbi iussu magistratus pignus constituitur, non aliter constitui, nisi ventum sit in possesionem, quæ nisi iudicis decreto addici non potest. l.non est mirum. ff.de pignorati. actio. Nec enim subhastatio publica aliter compleri potest nisi decreto iudicis emisso, & absolutè perfecto, vt dicit glo. in verb. autoritas. in l. prima,C.si in caus.iud.pig.cap.sit.facit l.ordo.C.de executio.re. iud. cui igitur competit ius auctionem concedendi, huic & competit cognitio incidentium controuersiarum inter prosecutorem siue institorem. & creditores, & alios intercessione sua auctionem differentes: & postremò decreti & diffinitionis,l.vbi ceptum.& l.de qua re.in prin. ff.de iud. Iudex autem ante decretum agnoscere debet an ad formulam & consuetudinem iudicij sui, aut locorum, vbi in auctionem adducta sita sunt, programmata acta sint: nec alioquin poterit ea rectè & ordine facta esse pronunciare. Deinceps & creditores occurrentes suo loco numeroq; admittere,vt his ex pretio,ad mensuram examinis sui satisfiat. Id autem totum cum decreto pro tribunali & non alibi fieri debet.l.naturali.§.fi.ff.de confir.tuto.

Subhastationum certificatio.

Decretorum species.

DECRETA alia sunt plura quàm auctionaria, & alijs de causis multis interponuntur, vt ad approbandas transactiones alimentarias, aut alienationes rerum immobilium minoris similiumq; personarum, & alia quæ hoc statuto intelliguntur: suntq; mixti imperij, vt nominatim dicitur in l.fi. C.de offic. eius qui vic. iud. vel præsid.obti.& l.mandata.§.si tutores.ff.de offic.eius cui mand.est iurisd.

EMANCIPATIONS.

Patria potestas quæ sit hodie.

CAIVS iurisconf. scripsit in potestate nostra esse liberos nostros quos ex iustis nuptijs procreauimus:iusq; id esse proprium Romanorum priuatiuè in cęteros quoscunque. l.item in potestate. ff.de his qui sunt sui vel alie. iur. & in prin. & §.primo. Instit.de pat.potestat. & licet hic statuentes patriam potestatem præsupponant, cùm de ea submouenda per emancipationem statuerint, arg.l.decem. ff.de verb. obligatio.& §.seruus.Instit.de capit.diminutio.tamen Accurs.in d.§.primo,scripsit Francigenas tanquam Romano imperio subditos, filios in potestate non habere: quod tamen falsum est, cùm in eo ius Romanorum ex diui Antonini decreto nobis delatum hactenus retinuimus,etiam si iugum euasimus:vt declarat Alciatus lib.Dispunctio.ij.cap. xxij. nam id ius cum multis modis, tum & apertius emancipatione tollitur.§.præterea.Instit.quib.mod.ius pat.potest.soluit.Emancipatio autem olim inuoluta quadam formula fiebat,quæ hodie sublata est,successitq; expeditissima emancipandi ratio. satis est enim coram iudice competente patrem filium à sua manu dimittere

Accursij lapsus circa patriam potestatem.

Emancipatio quomodo fiat.

mittere. §.nostra autem. illo tit.insti. Et cum sit actus voluntariæ iurisdictionis potest expediri die feriato.l.actus.C.de fer.& vbique,etiam extra iudicium, vt in domo magistratus,aut patris.l.emancipari.ff.de adoptio.& emancipa.nec de iure refert coram quo magistratu id fiat,& an ille habeat merum aut mixtum imperium. §.nulla. in auth.de defenso.ciuita. licet tamen sit de casibus mixti imperij.l.fi. C.de offic.eius qui vic.iud. aut præf.obti.Debet autem ea res totusq; adeo emancipationis tractatus apud acta describi : alioqui nihil agitur : est enim is actus ex illis vnus,qui pro substantia scripturam desiderant.l.in emancipatione. C.de fid. instru. & l.fi.de emancipatio. *Emancipatio est mixti imperij.*

§. IIII.


LE BAS Iusticier peult congnoitre en matiere ciuile indifferemment des causes des subietz es terres de sa iurisdiction. Mais des matieres criminelles, ne peult congnoitre de chose dont lamende excede soixante solz tournois. Aussi y ha autres bas Iusticiers, qui nont congnoissance criminelle ny ciuile, que iusques à sept solz tournois damende : tous lesquelz bas & moyens Iusticiers,silz ont vn prisonnier dont ilz ne doiuent auoir la congnoissance,le doiuent signifier à leur superieur dedens XXIIII. heures, pour le venir querir, en payant les fraiz raisonnables. Et si le superieur est dilayant, dedens deux iours apres ladite notification faite, lesdits Seigneurs bas & moyen Iusticiers ne sont plus tenus de la garde : & pourra lon auoir recours au superieur dudit hault Iusticier,audit refus.

EN MATIERE CIVILE.

PARVM à superiore §.videretur hic differre,si, vt huius initio exprimitur, ciuilium omnium plena cognitio iudicibus infimæ notæ concedatur, cùm & his coërtio detur,licet definita ad certam summam:nisi maiora illa quæ superioti §.conscripta sunt,etiam si ciuilia sint, excepta dicamus. Nam vt principalia, speciali nota digna fuerunt : & hic omissa, videntur esse interdicta.l.item apud Labeonem. §.prætor ait. ff.de iniur. Præterea nominatim à iure talia iudicibus infimis vetita sunt, prout tutores constituere, l.prætor. ff.de tuto. dat. ab his. imo nec possunt sententias suas exequi, etiam ciuiles, si auctione publica vtendum sit : quia illa est mixti imperij,vt suprà dictum est.& facit l.à diuo Pio. in prin. & §.j.ff.de re iudic. Item & alia quæcunque grauiora non aggrediuntur.l.fi.C.de peda.iudicib.

LAMENDE EXCEDE LX. SOLZ.

MAGISTRATIBVS municipalibus, inquit Vlpianus, supplicium à seruo sumere non licet:modica autem castigatio eis non est deneganda. l.magistratibus.ff.de iurisd. *Index pedaneus quã habeat coërtionem.*



iurisd.om.iudic.Ideo furem iudex pedaneus castigare potest,quando nec fustes, nec mortem meruit:item & contumaces poena pecuniaria.l.fi.ff.de in ius voc. adeo vt licet priuatorum delictorum animaduersio tantum sit ei cõcessa,tamen si poenam pecuniariam eludunt egentes: coërtionem extraordinariam tunc indicere potest,& eorum qui inopia laborant corpus torquere,iuxta vulgatũ illud,Qui non habet in ære, luat in corpore.d.l.fi.& l.si quis id quod.ff.de iurisd.om.iudic.l.prima.§.fi.de poe.& l.quicunque.§.quòd si ad prædictum.C.de ser.fugit. Item & potest infamiam traductione publica irrogare:in vincula publica,quæ ex palo numellario dependent,conijcere: & ideo palum habere potest,vt dicit Pet.Iacob.in pract.sua.in quæstio.de mery mixt.impe.& bass.iuris.ibi,sed postellus est signum bassæ iurisdictionis.

Reg.qui non habet in ære.

SILZ ONT VN PRISONNIER DONT ILZ NE doiuent auoir la congnoissance.

SI QVID FERT, inquit Vlpianus, quod maiorem animaduersionem exigat, remittere legatus ad Procos.debet:neque animaduertendi,aut coërcendi,aut atrociter verberandi ius habet.l.si quid.ff.de off.procos.Nam,prout dicitur in l.defensores. iij.C.de defens.ciuitat. oblatos sibi reos in latrocinio aut aliàs actis publicis sibi traditos,debent idonea persecutione ad iudicem remittere.facit l.nulli.illo titul. Immo malefactores in fragranti delicto,aut aliàs sumpto elogio,etiam maiorum criminum detrudere in carcerem viriliter & liberè possunt, modò prehensos remittant ad prouinciæ Præsidem,vt expressè dicit Imperator in auth.de defens.ciuitat.§.audient. facit l.nam salutem.§.fi.& l.fi.ff.de off.præfect.vigil.Ideo nostri infimi Castellani, qui iurisdictionem habent simplicem,possunt manum inijcere,prehendere,& carceribus occludere quoscunque,vt per Io.Fab.in l.prima.C.de priuat.carcer.inhiben.Item & arma ferendi ius habent,& excubias exercendi,& ciuitatis curam eatenus exercendi, vt ne quid iniurium priuatim fiat.d.l.nam salutem.§.sciendum.Nec his se intromittendo superiori facit iniuriam: vt & inquirendo de maleficijs, vbi publica tractatur vtilitas,dicit text.in l.potioris.§.primo.ff.de offic.recto.prouin.

Castellani infimi possunt inquirere, & prehendere.

Castellani arma ferre possunt & ciuitatem ordinare.

SIGNIFIER AV SVPERIEVR DEDENS uingtquatre heures.

CAPITE QVINTO legis Iuliæ,inquit Vlpianus,ita cauetur,vt uiro adulterum deprehensum,quem non liceat occidere,retinere horis diurnis nocturnisq; continuis, non plus quàm xx.liceat.l.capite quinto.ff.ad l.Iul.de adulte. Præsidi enim debet restitui,aut significari , vt hoc statuto dicitur.Non enim hoc denunciandum erit præsidi,ut mittat spiculatores:satis erit hoc notum facere,eum in uinculis esse.nam præsidis erit mittere custodes,qui aut captiuum obseruent,aut deportent ad eius carceres. Et hac formula , & his penè verbis usus est Vlpian.in l.prima.§.denunciare hoc autem.ff.de libe.agnos. vbicunque enim fit denunciatio ad hoc tantum , vt rei notitia habeatur,vt hoc casu:non autem,vt is cui significatur aliquid deliberet,tunc simplex denunciatio sufficit,vt dicit Corn. consil.75.num.4.volum.3. Eritq; rata denunciatio , si per seruum,aut per procuratorem fiat.l.denunciasse.in fin.ff.ad l.Iul.de adulte. fieri autem illa debet in domo superioris aut eius procuratoris.d.l.prima.§.domum.

Significatio rei prehensi quomodo fiat superiori.

§. V.

§. V.

LE SEIGNEVR qui ha haulte iustice, ne peult contraindre ses hommes & subietz à garder les prisonniers en ses prisons.

NE QVIS, inquit Diocletianus, ex rusticana plebe, quæ extra muros posita capitationem suam detulit, & annonam congruam præstat, ad vllum aliud obsequium deuocetur. l. prima. ne rust. ad ull. al. obs. deuo. lib. xj. C. similis est text. in Pictauiensi statutario. §. viij. eod. tit. in prin. Luc. de penn. in d. l. prima, controuersiam mouit, an dominus iusticiarius possit inuitos subditos contra malefactores publicos armis disponere & ductare, & per hos acta iustitiæ exequi. Omitto quæ tam solicitè conscripsit. Sequar sententiam Ioan. Fab. in l. si qui. C. de his qui latro. vel al. cri. reos occulta. Dicit enim per illum textum, id domino, subditos debere, vt eum iuuent latrones persequentem. Pro statuto hoc notabo, captiuorum custodiam maioris esse periculi, vt plenam laboriosæ solicitudinis, l. ne quis receptam. & l. milites. ff. de custod. & exhibitio. reor. & idcirco nunquam tironibus, aut inexpertis credita fuit, sed magis usu exercitis. l. non est facile. illo titu. Ideo dominus subditis suis id iubere nō potest, cùm eis consuetum obsequium, potius quàm seruile ministerium indicere debeat. l. libertos. C. de oper. libert. Et licet generali operarum stipulatione domus aut castri custodia contineatur, l. duorum. ibi, operas custodiæ domus eidem indixit. ff. illo titul. tamen huius solicitæ reorum custodiæ curam contineri uerisimile non est, tanquam quid grauius. Nec referre puto, an aliquo tempore bona gratia id subditi præstiterint domino: ob id etenim compelli non possunt ad præstandas eas quas non promiserunt operas. l. operis non impositis. ff. eod. tit. l. creditor. C. de vsur. & l. si certis annis. C. de pact. Boër. decis. ccxij. num. ix. par. ij. refert pluribus in locis villicos teneri domino fructus diu & noctu obseruare: allegat l. si cum uillico. ff. de instito. actio. Sed talis custodia grauis non est: cùm diu præstita operarum debito insit. Notat Ias. in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matrimo. Quòd de iure domini subditos suos cogere non possunt ad nocturnam castri sui custodiam: allegat Ang. in l. turres. C. de operib. pub. tamen hodie id inuersum est, vt siue pacto, siue consuetudine ius custodiæ competat, enixè obseruatur. Boër. in d. decis. retulit arrestum Burdegalæ in eam rem datum, materiamq; amplissimè descripsit. Tamen solidum magis est id ius, si ex contractu debeatur, qui aut uideri, aut legi potest; aut eius quid insigne & memoratiuū antiquitate præcellens. Nam eo casu excubiæ aut fiunt a subditis, aut certo annuo tributo redimuntur: & licitè sic contrahi potest, vt dicit Lucas de pen. in l. cùm scimus. col. ij. de Agrico. & cens. lib. xj. C. nam sunt pars feudi & reditus, arg. l. fructus. ff. de rei vend. Quòd si castrū dirutum sit, subditi à principe obtinere possunt, vt tandiu tributum conquiescat, nec exigatur, quandiu erit dirutum castrum, nec alio transferri debent. Si tamen reædificetur castrum, reuiuiscet tributum, prout dicit Alber. de Ros. in l. si vsusfructur. versicul. si ex prædictis. ff. quib. mod. vsusfruct. amittat. & est text. expressus in l. & Attilicinus. ff. quemadm. serui. amitt. Item & maximè notandum est, quòd si castrum, cui excubiarum ius accedit, adeo distet & semotum sit, vt nihil aut parum custodiæ subditis aut eorum bonis afferat, exigi non debet, cùm castro propinquiori sit accommodandum, vt dicit Masue. titu. de taille. seu collect. & excub. vers. item dominus

Subditi, an dominum latrones persequentem teneantur iuuare.

Custodia castri continetur generali operarum stipulatione.

Excubiarum ius tributo annuo redemptū.

Excubiæ debentur castro propinquiori.

Tributum reale non multiplicatur sed personale sic.

minus habens castrum. Iacobinus de sanct. Georg. in tract. de roid in j. ij. & iij. col. de his latè disputat: & inter cætera plura, concludit rem non omittendam, tributum scilicet excubiarum debitum ob causam possessionum non multiplicari, quantumuis multiplicatis possessoribus. Quod si ratione personę aut domicilij debeatur, tunc propagari si propagentur personæ & domicilia: & etiam deberi pluraliter per plures filios eius qui semel tantum pendere solebat. l. diximus. §. si pater. ibi, onus vni domui non separatis. ff. de excusatio. tuto.

§. VI.

LES SEIGNEVRS Iusticiers, leurs chastellains, lieutenans, ny autres officiers, ne peuuent tenir leurs iours ou assises pendant laudience que le Seneschal de Bourbonnois ou son lieutenant tient en leurs iustices & chastellennies: & aussi pendant les assises des Vassaux Seigneurs Iusticiers, les inferieurs Iusticiers, leurs chastellains, ou lieutenans ressortissans esdites assises ne peuuent tenir leursdites assises.

Iudices inferiores superioribus deferant.

IVDICIVM soluitur vetante eo qui maius imperium habet, dicit Paulus in l. iudicium. ff. de iudic. Nam potioris gradus iudicibus inferiores reuerentiam debent, vt dicit tex. in l. potioris. C. de offic. recto. prouin. facit l. singuli. & l. fi. C. de offic. diuers. iud. Bona igitur ratione inferioris iudicis autoritas cessare debet, adueniente & sedente eo qui maius imperium habet, siue, vt Ias. vocat potestariam, cuius meritum agnoscere debet inferior. l. prima. C. de offic. præf. vrb. nec eodem tempore debent sedere: sed superiori, quandiu in prouincia est, deferendum est, sedendi societate denegata. l. fi. C. de offic. diuers. iudic. atque etiam si l. consiliarij. ff. de assesso. apposite sumatur, expressa est pro statuto nostro: sed quia ab Accurs. & eius sequacibus adeò obtorta est, vt vix ad casum explicari possit, lectori perito hoc negotium relinquimus. ASSISIAS particulares tenent hi, qui subsidiaria tribunalia primario subdita obtinent. Generales verò, quas hic statuentes audientiam vocant, aptius vocantur iuridici conuentus ex Budæi sententia, tenent prouinciarum præfecti, vt seneschalli, balliui, & cæteri prouinciarum præsides: his meritò iudices subsidiarij aut inferiores iuris dicendi partibus cedunt, prout dicit Imber. instit. fo. lib. primo. §. sed quia nonnullæ existunt. in glo. necesse est. & de his constitutio est regia data Cremiaci Fran. reg. publicata anno 1534. Adijciam quòd rectè & ordine faciet præses, si antequam fines & territoria inferiorum iudicum, in quos habet imperium & potestariam, adeat, mittat edictum, significetq; diem quo sit ingressurus: ne inopinatus eius aduentus turbet prouinciales. nam sua significatione id aget, vt eo die quo suos iuridicos conuentus designauerit, omnia conquiescant, & paratius excipiatur, inuenturus sedes aptas & vacuas: prout sub his ferè verbis dicit textus in l. obseruare. §. rectè autem. ff. de offic. præsid. Nec ille debet admittere, imo rectius aget, si recuset, vt publicè aut priuatim ei occurratur. d. l. obseruare. §. antequam.

L. Consiliarij.

Assisiæ quæ dicantur.

Præses debet significare diem aduentus sui.

§. VII.

§. VII.

SI CONTRE Iuge ordinaire ou delegué ſont propoſees cauſes de recuſation qui ſoient euidentement friuoles: ledit Iuge ſe peult declairer Iuge competant & proceder: Autrement doit faire eſlire & nommer arbitres de droit en nombre impar par les parties, pour congnoitre deſdites cauſes de recuſation: auſquelz il ordonnera den congnoitre & les vuyder dedens le delay qui par luy ſera prefix & baillé. Et au cas que leſdits arbitres nauront vuydé leſdites cauſes de recuſation dedens ledit temps par la faulte ou negligence du recuſant: audit cas ledit Iuge peult congnoitre de ladite cauſe ſans autre aſsignation.

HIC §.& inferior ſequens, quibus iudicium reiectaneum deſcribitur, ſtatuentes ad verbum penè tranſcripſerunt ex c.cùm ſpeciali. §.ſtatuimus. & c.ſecundo requiris. §.fi. de appella. Hic igitur ſatis miror ſtatuentes noſtros tam parum occupatos, vt præter inſtitutum, leges & canones ferè vbique in hoc ſtatutario inſeruerint, tantum hoc agentes, vt quæ prius erant Latina gallico idiomate explicarent. ſuſceperant enim negotiũ certo conſcribendi & in articulos ordinandi ea quę prouinciales vſu & conſuetudine fuerant ſecuti. Nec verò id agendò ius inuertere, aut lingua mutata interpretari decuit, aut omnino neceſſe fuit, vt etiam villicis & rudioribus eſſet explicatum: cæteras verò leges, quæ vel paris vel maioris commodi ſunt, omittere non debuerunt. Ea enim duntaxat erant apponenda, quæ à lege ciuili aliena prorſus, aut ſatis non expreſſa videbantur: cùm ſatis manifeſtum ſit, ſi quæ forte in ea re facienda omittantur, quoquo tandem modo id fiat, iuri ciuili relicta videri, vt ex eo interpretationem accipiant. l.commodiſsimè. ff.de lib. & poſthu. Nam cùm deſcribenda à ſtatuentibus nec iure ciuili nec item aliquo ſcripto comprobari poſſent iudicijs contradictorijs, vexarenturq́; litigantes immenſis ſumptibus, ob teſtimoniorum fidem deſideratam, Conſtitutione Caro. VII. artic. cxliiij. & alia Lud. XII. artic. l. his occurſum eſt: vt ſcilicet regionum, quæ moribus regebantur ſtatuta libro certo deſcriberentur, qui fidem ſine teſtimonijs faceret: nec aliud agi debuit, quàm vt teſtimoniorum vſus occluderetur. Sed audio principes Burbonios à ſuis conſiliarijs librum paratum & receptum, commiſſarijs parlamentarijs exhibuiſſe, hosq́; quibuſdam obſtitiſſe, tandem nihil aliud egiſſe, quàm publicationem, vt ex eius actis edoctum voluerunt. *Statutorum ſuperflua deſcriptio.*

IVGE ORDINAIRE OV DELEGVE.

LEGE ciuili delegatum reijcere licuit, ordinarium non licuit. l.apertiſsimi. & auth. ſi verò contigerit. C.de iudic. & l.prima. C.quan.imper.inter pupill.& vid.& l.fi. C.de iuriſ.om.iudic. ſed quia iniquum nimis & graue viſum eſt ſuſpecti iudicis arbitrium ſubire, cùm lites & iudicia ſine ſuſpicionis periculo debeant procedere, *Iudex qui recuſari de iure debuit.*

prout dicit Nicol. Pontif. in can. quod suspecti. iij.quæst. v. iure pontificio & æqua lege id emendatum est, vt indiscriminatim iudex siue ordinarius, siue delegatus ob causam legitimam recusetur.c.secundo requiris.& c.cùm speciali.supra alleg.& c.sequitur contra clericum.de for.compet.quo iure hodie vtimur.

CAVSES DE RECVSATION.

Iudicē reijciēdi quinque modi.

IVDICIS præscriptio seu recusatio,non eodem semper modo opponitur:sed sunt plures species,quibus id fit. Non eò enim tantum iudex reijcitur,quòd suspectus est, sed aliquando quòd incapax. Tertiò, quòd periculum in eo adeundo sit. Quartò, quòd sine iurisdictione. Postremò, quod incompetens. Et rursum ex his quælibet species suos habet casus, quos nondum distinctos legimus: sed hactenus confusos, etiam vsque ad iuris discordiam,quantum attinet ad recusandi tempora.Paucis materiam persequar.

Iudex non recusandus ex aduocati persona.

QVANDOQVE enim iudicis inuidiam & odium præuidemus:& periculo suspicionis occurrimus, si eum vt iniquum eiurauerimus: legitimas causas proponendo, quæ iudicem,aut alterutram partium attingant.Aduocati verò personam calumniari non licet, etiam si iudicis sit amicissimus, aut consanguineus. sua enim causa non agitur: & accusare aut agere aduocatus nullo modo dici potest.l.qui cùm natu maior esset.§.si patroni filius aduocationem.ff.de bo.libert. Ordine verò adnotabimus, quas recusationum causas iure admitti oporteat: quòd si non omnes,attamen magis speciosas,& quas vsus frequentior excepit.

Iudicis suspecti obiectiones.

PRIMA est, si iudex sit inimicus. Is enim tunc probabiliter à causa reijcitur. l.si pariter.ff.de liber.caus.& l.vna.§.illo.C.si.quac.prædi.potest.glo. in verb. subesse. in c.accedens.ij.vt lit.non contestat. Recusanti tamen cognitum sit, id acerbo odio fieri posse:leui autem non posse.vt dicit Innocen.in c.bonæ.de cleric. Secunda, si inter iudicem & recusantem,inimicitiæ graues aliquando intercesserunt.Nam etiam à reconsiliato timendum erit, vt not. in c.accusatores j.iij. quæst. v. & maximè quia etiam testis posset recusari. d. c.accusatores. & not. in c.cùm oporteat. de accusatio. Ergo & multomagis reijcietur iudex, cùm id multo leuius fiat. nam quælibet etiam minima causa,aut suspicio iudicem repellit: testem autem non ita.c.cùm canonicus, de offic. deleg. Tertia, si aliquando iudicem offenderim, quo ille me possit aut debeat odisse: tunc enim inimicus præsumptus est,& recusari potest: ita tenet Inno. in c.cùm I.& A.de re iudic. quem refert & sequitur Bal.in l.præscriptione.in fi. C.si contra ius vel vtilit. public. Ias. in l.apertissimi. num.7. C.de iud. Quarta, si studijs ambitiosis, quas vulgo partialitates vocamus, ciuitas certet: iudex meritò mihi suspectus est, si aduersæ factioni faueat. dicit Bald. in c.de causis. de offic. delegat. Quinta, si iudex amicus est inimici mei capitalis, eum iure licet recusare. c. repellatur.& c.cùm oporteat. & c.cùm P.Manconnella.de accusatio. Bal.notat in l.sciendum.§.primo.per illum textum.ff.de Legib.& in l.iij.§.si tutor.post glo.ibidem. ff.de suspect.tuto.not.in l.liberi. C.de inofficio.testa. Sexta, si aduersarij sit admodum familiaris,aut domesticus,reijci potest.c.insinuante. de offic.deleg. Septima,si partis dominus sit,aut aliquando fuerit.c.causam.& ibi glos.eo.tit. Octaua, si per gratiam & fauorabiliter alteri magis adesse velle dignoscatur. c.ad hæc. de rescrip. Nona,si alterius sit sodalis,socius,aut collega. Nam talis societas est quædam fraternitas.l.verum.in prin.ff.pro soc.& per Zas.consiliorum suorum primo. c.cùm R.& ibi glo.in verb.

verb.cùm sint eius socij.de offic.deleg. Decima, si aduersarius sit de eius familia: cuiusmodi sunt, filius, libertus, & libertinus.l.qui iurisdictioni præest.ff.de iurisdict.om. iudic. Vndecima, Si consanguineus sit, aut affinis, collectaneus, propinquus aut priuignus.not.in c.postremò.de appellat. Duodecima, si conterraneus.c.accedens.ij.ut lit.nō contest. Decimatertia, si partis aduersæ filiū, filiámve de sacro fonte leuauerit, secundū Inno.in c.speciali.de off.ordi.& in c.prudentiā.de off.deleg. Decimaquarta, si sit patrinus, quem alij patrem lustricum appellant, argumento ducto de casu superiori: quia multomagis debet reijci patrinus quàm compater: vtroque enim casu testis recipi nō debet.secundum Bald.in l.generaliter.per illum text.ff.de in ius voc. Nam cognatio spiritualis carnali minor reputata non est, sed aut maior, aut certè paris potentiæ & vinculi, vt dicit gloss.in c.qui dormierit.iij.quæst.ij.tamen opinio superior de testimonio non recipiendo admittenda non est: cùm edictum de testibus sit prohibitorium certarum personarum: & consequatur, eas personas omnes admitti, quæ prohibitæ non sunt.l.prima.cum gloss.ff.de testib. Decimaquinta, si suffraganeus impetrantis.d.c.accedens.§.cum igitur. Decimasexta, si antea fuit procurator, aut aduocatus in causa de qua statuendum est, & quæ est conclusa.c.postremò. de appellatio.l.nemo.C.de assessoribus. & l.prætor.ff.de iurisd.omn.indic. & c. statutum.ij.quæst.v. Decimaseptima, si testis aliquando fuit in eadem causa.arg.text. in l.fin.C.de assessorib.& l.fin.ff.de testib. Decimaoctaua, si ab altera parte pretium acceperit, aut hæres sit ab ea institutus, etiam si viuat qui instituit.c.cùm ab omni.de vit.& honesta.clerico. Decimanona, si iudex aut eius filius aut frater, aut consobrinus, patruelísve à litigante obtineant beneficium aliquod, aut officium.atque ita vt nihil referat directione ipsi, an verò media quadam interposita persona, id habuerint.constitu.Ludo.xij.artic.xxxvij. Vigesima, si iudex vt priuatus de simili dubio cum alio quopiam lite concertet.c.causam quæ.de iudic.& c.personā.de testib. Nam verisimile est, eum ita iudicaturum esse, quæ est hominum corrupta plerunque, & sui oblita affectio, & [illegible], vt in sua causa iudicari vellet.glo.est in c.cùm super abbatia. de off. deleg. lib.vj. Anton.de Butrio in c.causam matrimonij.de offic.deleg. Vigesimaprima, si à iudice sit appellatum, & ante appellationis decisionem appellans criminaliter inuoluatur: non tenetur eius iudicio stare.c.ad hæc. de appellatio.ne fortè iudex iniuriam, quæ illi quodammodo facta videtur, vlcum eat. Vigesimasecunda, si de causa, qua de agitur, ab aduersario sit consultus.l.consiliarij. ff.de assessorib.vt communiter legitur. Vigesimatertia, si antea clàm aut palàm declarauerit opinionem suam super causa mota, aut mouenda.c.irrefragabili.§.Celsus. de offic.ordi.nam eo casu etiam testis non esset admittendus.l.produci.ff.de testib.si bene intelligatur. Vigesimaquarta, si est nimium seuerus: prout dicit Bal.in l.prima. per illum text.ff.de his qui sunt sui vel al.iur.sed tamen id eo prætextu aut nunquam recipitur, aut eo casū, quo de l.alleg.loquitur. Vigesimaquinta, si indiscretus, quia tunc, vt iniquus, respui potest.c.ad nostram.de probatio. & ibi Bald.in fin. Vigesimasexta, si ingratus iuxta id Comicum, omnia maledicta dixeris, si ingratum dixeris. text.in §.sancimus.in authent.de exhib.re. Vigesimaseptima, si partis colloquium secretum & auriculare admisit, prout dicit Imo.in d.c.accedens.& Lanf.de Oria.in c.quoniam contra falsam.in verb.recusationes.in fi.de fid.instru. Vigesimaoctaua, si iudex sit vasallus partis aduersæ.d.c.accedens.

ALIAS plures recusationum causas legitimas, & eas quas noua negotia suggesserint, Recusatio ∫ue causa esse debet.

 rint,

rint, iudex debet admittere: friuolas autem, aut parum speciosas reijcere: vt si vicarius aut delegatus petatur reijci, suspiciones verò allegentur, quæ solum ordinarium tangant. l. vna. versic. pe. & fi. & ibi Bal. C. si quac. præd. potestat. eò enim tendunt omnes, vt neque tergiuersantis declinatoriæ exceptiones admittantur: nec rursum coram suspecto, aut malè affecto iudice litigetur. Nam sicut graue est & odiosum nimis, cogi suspecto & iniquo disceptatori stare, c. quod suspecti. iij. quæst. v. ita minimè ferendum est, reum diffugientem nugatorijs causis iudicem eludere, huicq; eam iniuriam facere. l. iudex datus. ff. de iudic. & his rationibus factum est, vt neque iudicis neque litigatoris pro his iusiurandum audiatur. Nam iudex, etiam si Cato, aut Scipio sit, aut quantumuis clarissimus, de causis in eum, ad eius eiurationem obiectis expurgare se non potest, etiam si ab eius conscientia pendeant, prout sunt inimicitiæ, pretij pecuniæve receptio, cōsilij datio, aut alia. Constitutione Caro. VIII. art. lxiiij. ibi, à laquelle court nous enioingnons, quelle ne remette point la decision de ladite recusation à la conscience de celuy qui est recusé. Si quidem ea recusatio à curia recepta & admissa fuerit. Id enim nominatim ea constitutione cautum & expressum est. Quantum ad recusantem attinet, iure ciuili non semper iudicium recusationis constituebatur, sed satis erat causas legitimas fide & iureiurādo allegantis in iudicem emittere, qui propter conceptam suspicionem cessare debuit. d. l. apertissimi. & not. Corn. consil. 147. num. pen. vol. primo. Sed ius pontificium nusquam assertioni quantumuis iuratæ, vt staretur permisit, vt suprà dictum est: facit glo. in c. secundo requiris. de appellatio. & in c. primo. de for. comp. & text. in d. c. cùm speciali. Præterea adnotandum est ad huiusmodi causas recusationum dijudicandas, iudicem deligendum esse alium, quàm recusatum. d. l. apertissimi. & d. c. cùm speciali. Item has in quacunque parte litis opponi, etiam post conclusionem in causa. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbit. Quòd si aduersarius contrà nitatur, dicátve nimium tardè oppositas, recusantis iuramento creditur, asserentis illas se eo tempore tantùm nouisse. l. Iulianus. ff. de iud. & d. c. pastoralis. & eo iuramento opus non est, si suspicandi causa orta est eo tempore, quo aperitur, eiusq; fides fiat. d. §. cùm quidam. pro his est præclara constitutio Caro. VIII. art. lxiiij. suprà alleg. Sub his verb. statuons & ordonnons que pour quelque recusation qui soit baillee contre nosdits Presidens & Conseillers, ilz ne sabstiennent destre au iugement des proces, sinon que la recusation soit baillee auant que le proces soit mis sur le bureau. Et paulò pòst. Et nentendons pas, si, apres que ledit proces sera mis sus, aucunes causes de recusation sont venues à sa congnoissance, quil ne les puisse proposer en affermant par serment ladite cause estre de nouuel venue à sa congnoissance.

Recusatio ne que iudicis neque partis iuramento probatur.

Recusandi tempora.

Recusationes ob incapacitatem.

SECVNDO principaliter iudex recusatur, ob personæ illius incapacitatem, extra tamen iurisdictionis defectum, qui casus alius est. & id secundum genus recusandi hos habet casus. Primus, si iudex excommunicatus est, nam ob id abdicatus est ab omnibus actibus legitimis voluntariæ cōmunicationis, c. ad probandum. de re iud. & c. pia. de exceptio. lib. vj. & c. miramur. xxiiij. quæst. prima. Secūdus, si seruus. l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præt. & l. prætor. ff. de iudic. c. suscitatus. de rescrip. Tertius, si infamis, aut traductione aut alia ignominia notatus. l. vna. C. de infamib. lib. x. l. neq; famosis. & l. iudices. de dign. lib. xij. & d. c. suscitatus. & c. infamibus. de reg. iur. lib. vj. Quartus, si illiteratus, & omnino imperitus iuris sit, prout dicit Cyn. in l. certi iuris. C. de iud. not. in c. statutū. §. assessorē. de rescrip. Aduerte tamen quòd lex ciuilis

hanc

hanc recusationẽ nõ admisit:cùm literarũ expertes decurionis & iudicis munus expedire possint.l.expertes.C.de decur.& d.l.certi iuris. nisi tamen esset causa difficilis determinationis: nam ob iudicis imperitiam, partium iura periclitari æquum non esset:ideo eo casu reijci posset,& alius committi,vt per Feli.in d.c.suscitatus.& Ias.in d.l.apertissimi.num.7.ibi,& licet doctores,&c. Quintus,si xx.annos non habeat.c. cùm vicesimum.de off.deleg. Id tamen non semper verum est: quia si talem etiam vicennio minorem princeps dedit,nõ potest reijci per priuatum:vt notatur in l.quidam.ff.de re iudic.& in d.c.cùm vicesimum. Item & secundò fallit,si partes in eum initio consenserint,quia postea reijci non poterit, vt per Masuer. in exceptio.contra iud.vers.item si sit minor. Sextus,si dignitatem nõ habeat, & ideo delegationis acceptandæ incapax.c.statutum. de rescript. Septimus,si ab officij exercitio suspensus est,& pendente eo tempore velit iudicare, potest impediri.l.si quis aliquid ex metallo.§.iudices.& ibi notat.ff.de pe.

HOS CASVS initio litis opponendos puto, aliàs non admitti: nisi tamen per errorem aut ignorantiam omissi sint: tunc enim cum assertione iurata recipiuntur. arg.l.si per errorem.ff.de iurisd.om. iud. aliàs & instantia coram eo iudice instructa, & sententia ab eo lata valent. d. l.Barbarius. Et horum cognitionem, si scripto aut notorio constent, iudex ipse terminare debet: cùm etiam sui erroris, aut eius in quo ciuiliter peccauit,iudicium possit suscipere.l.Præfecti.ff.de minoribus. Alioqui,si testimonijs opus est, & de nota iudicis aut fama eius aggrauanda agatur, ei minimè confidendum erit, sed ad arbitros rem reuocari oportet, ad instar primæ speciei. sua enim causa tunc agitur,& vetuit lex,ne quis in sua causa iudicet.C. *Iud. incapacitas initio debet opponi.*

TERTIO principaliter,si iudex non nisi periculosè & vix adiri potest, alius requirendus est: cùm ille probabiliter recusetur. Pericula enim, arma, comminationes, & terrores etiam leues à iudicijs omnino abesse debent: & cuilibet liberum esse securè adire, colloqui: atque ea quæ ad rem facere videbuntur, allegare omnia. c. hortamur.iij.quæst.ix.& c.accedens.ij.vt lit.non contestat. Cuius rei & exceptionis iudex ipse quidem competens erit:sed ea quocunque litis tempore opponi potest, si motus,occasio,& pericula durent,quia res est magni præiudicij. *Iudicis recusatio ob aditum periculosum.*

QVARTO, sunt plures casus recusandi iudicis ob iurisdictionis defectũ:& hi ordine sequuntur. Primò, si iudex officio suo functus est, & iudicauit. l.iudex. ff.de re iudic.& c.in venerabili.& c.in literis.de offic.deleg. Secundò,si iurisdictio sit mandata ad tẽpus,& illud exierit.c.de caus.de offi.deleg. Tertiò,si successor velit cognoscere de causa suo prædecessori nominatim mandata.c.quoniã abbas.de offic.deleg. Quartò,si delegatus renuat exhibere instrumentũ suę delegationis:imo etiã si nõ rogatus nõ exhibeat.l.vna.C.de mand.prin.& c.cùm in iure.de offic.delega. Quintò, si mandatũ tacitè aut expresè reuocatũ sit,aut si causa ad maius tribunal euocetur.l. & quia.ff.de iurisd.om.iud.& l.iudiciũ soluitur.de iudic.c.vt nostrum.de appellatio. Et horum casuum exceptiones quandocunque opponuntur, ob iudicij nullitatem durantem: quæ nullo tempore, etiam consensu litigantium tegi, aut confirmari potest.l.priuatorum.C.de iurisd.om.iudic. Et si partes super his controuersiam concludant,iudex ipse debet dirimere, non ad arbitros reuocare: nec partium intererit, incidentem hanc quæstionem ab eo determinari, cùm ab eius arbitrio liberè possit prouocari.l.ab arbitrio.cum l.seq.ff.qui satis.cog.glo.in c.Roma.de fo.compe. *Indic. recusati ob iurisdictionis defectum.*

QVINTO & postremò, incompetens iudex recusatur sequentibus casibus. Primò *Recusationes declinatoria.*

mò, & frequentiori, si ad tribunal iudicis extranei reus assumptus & euocatus sit tunc enim illum remitti necesse est, si petat ipse, & iudicem velit à causa alienari.l. hæres absens.§.fi.& in prin.ff.de iud. l.ordinem. C.de iurisd.om.iud. Secundò, si iudex sit infimæ notæ & de minoribus,ad quem cognitio rei proposita non pertinet, ut quia habet limitatam iurisdictionem, & tantam mulctam imponere aut adiudicare non potest quantam petijt & conclusit actor. l.fi. C.de mod. mulct. & l.si quid erit. ff.de offic. procons. l.fi. ibi, si supra iurisdictionem suam velit ius dicere. ff.de iuris.om.iud.& c.ei qui.vers.item cum certa ratione.ij.quæst.vj. facit statutum superius.§.iiij. Tertiò,si ratione personæ sit incompetens: vt si laicus velit de re spirituali cognoscere.c.at si clerici. & c.decernimus. de iud. Idq; multipliciter contingere potest. Primò,si de decimis agatur, quæ spirituales sunt. c.peruenit. & c.parochianos.& c.dudum.de deci. & ideo decimarum causa est fori ecclesiastici, vt dicit glo. in c.ex tenore.de for.compe.& glo.in c.placuit.xvj.quæst.iij.§.Archidiaconum. Secundò,si de vsuris velit cognoscere,quarum solus iudex pontificius est competens.c. cùm tu.de vsur. Tertiò,si de separatione thori,c.tuæ. de procurator. Quartò, si de iure patronatus certetur,c.quanto.de iudic. Quintò,si de crimine hæresis. c.ad abolendam. de hæret. & c.vt inquisitionis. §.prohibemus.eo.tit. Sextò, si de causa viduarum, pupillorum, & aliorum personarum miserabilium agatur: horum enim protectio est ecclesiastica.lxxxvij. dist. c.primo. & ij. & c. ex tenore. de for. compet. Septimò,si de crimine clerici agatur. c.vno. de cleric. coniug. lib.vj. Octauò, si de clerico violenter offenso agatur.c.si quis suadente.xvij.quæst.iiij. HIS enim casibus & alijs qui in vsu sunt,iudex laicus est incompetens,etiam inter laicos iure communi. Tamen constitutionibus regijs hæreticorum ac vsurariorum quæstiones publicæ à laicis tractatæ sunt hactenus: & si hæretica cognitio ad pontificios iudices alia nouissima HENR. reg.II. reuocata est,vsuraria non est.Item in postremis duobus casibus, laicus iudex cognoscet de crimine priuilegiario: de communi autem iudex pontificius Aliàs verò clericus etiam volens iudicis laici non potest iurisdictionem prorogare,nisi quatuor casibus.c.significasti.de for.compet. QVARTO casu huius postremi membri, iudex reijcitur, si causa sit feudalis: ea enim ad dominum feudi remitti debet. c.cæterum. de iud. Quintò, si iudex à quo appellatum est, velit non obstante appellatione cognoscere, cùm non possit, bona ratione recusatur: quia eius iurisdictio suspensa est,c.pastoralis.§.præterea.de offic. iud. deleg. & c.vt debitus. de appellatio. Huiusmodi autem exceptiones reiectaneas,quas hoc loco,quàm breuissimè fieri potuit,coniecimus,ante litem contestatam,imo initio litis opponi oportet. l. Nemo post litem contestatam.C.de iurisd. om.iudic. l.exceptionem. C.de probatio. & l.si quis aduocatus. de exceptio. Imo nec ab hærede quantumuis extranei fori, si defunctus sit litem contestatus, declinari iudex potest. l.si is qui Romæ. ff.de iud. Nam contestatione quasi contrahitur.l.licet.§.idem scribit. ff.de pecul. & concluditur iurisdictio & iudicium irreuocabiliter.l.prima.ff.de iurisd. omn.iud. & l.si cùm dotem.§.eo autem tempore,ff.solut.matrim.Item & pro his declinatorijs exceptionibus iudex ipse competens est,illasq; potest iure suo diffinire,etiam inter quantumuis extraneos.Prætoris enim est,inquit Vlpianus,existimare an sua sit iurisdictio: vocati autem est,non contemnere, autoritatem prætoris.in l.si quis ex aliena. & l.ij.§.sed si dubitetur.ff.de iudic.

Causa quarũ laicus est incompetẽs, etiam inter laicos.

Iudex ante prorogationem declinandus.

ALIVS est casus iure expressus,quo iudex,& iudicium recusantur:scilicet à legatis

tis eatenus priuilegiatis,vt nisi legatione defuncti sint,conueniri non possint.l.ij.§.legati.ff.de iud.quod tamen priuilegium his agentibus non competit, sed neque reis, si non opposuerint.

EVIDENTEMENT FRIVOLES.

DIFFVGIA partium in eo magis olim collocabantur,vt iudicem diutius eluderent, suspicione in eum obiecta: & maximè rei, qui naturaliter solent diffugere.l. solemus.ff.de iudic. Verùm hodie contra has proteruas propositiones, constitutione Franc.reg.lata anno 1539.grauiter animaduersum est ex consilio legis,qui se dicit.ibi, sed si latitet.ff.de iudit.vbi contra diffugientem nulla remedia iuris omittenda sunt. Nam,vt litem differre & calumnijs trahere non sic facilè audeant,his mulcta duplex indicitur recusantibus,si à lite reiectanea eos cadere contingat. Sub his verbis, quæ iccirco inseram vt dubij quotidiani mentionem faciam.Lequel proposant pour chacun fait de recusation calumnieusement proposé en noz courts souueraines sera condemné en xx. liures Parisis damende enuers nous, & moitié enuers la partie: & de dix liures Parisis aussi par moitié comme dessus, en noz courts inferieures. quibus verbis omissæ sunt iurisdictiones vasallorum: ideoq; videretur horum iudices iuri communi stare debere, nec posse extendere nouam & pœnalem constitutionem, sui fisci commodo: tamen vtuntur ea constitutione ad instar regiorum. Calumniatur autem, qui falsò aut friuolè recusat,& in iudicem malè vult suspicari. per glo.in c.fi. de calum.& glo.in l.prima.ff.ad Turpil.Cùm igitur calumnia delictum sit,mulctari debuit,vt notatur in d.l.prima.Quæ verò sint causæ friuolæ,bonus iudex facilè æstimabit: cuius arbitrio plura, atque etiam multò maiora necessariò credita & commissa sunt:nimirum vt illi quem lex virum bonum putat, & tam multis locis nominat.l.vir bonus.ff.rem rat.hab. *Recusantis mulcta.*

EN NOMBRE IMPAR.

IN IMPARI numero, inquit Vlpianus, iccirco arbitri dantur, non quoniam consentire facilè est,sed quia & si dissentiant,inuenitur pars maior,cuius arbitrio stabitur.l.item si vnus ex litigatoribus.§.in impari.ff.de arbi.Et ideo si litigatores velint duos tantum assumere,Prætor eos coget,vt præterea tertium eligant. c.cùm speciali. & c.secundo requitis.de appellatio.alioquin res sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem.d.l.item si vnus. §.principaliter.de arb. & ibidem Bal.& l.prima.§.municipes.ff.de acqui.vel omit.poss. Partes autem de his conuenire debent hoc statuto,& d.c.cùm speciali. Quòd si facilè aut in promptu per earum discordiam id non fiat:iudex ipse eliget,qui de proposita suspicione arbitrentur. vt per Lanf.de Oria.in c.quoniam contra falsam. in verb.recusationes. in fi.de probationib.& ibidem num.17.dicit, quòd arbitri qui ad huiusmodi negotium eliguntur, propriè arbitri dicendi non sunt, sed potius iudices delegati: nihil allegat, sed pro huius dicto, vide gloss.in c.suspicionis. in verb.ad quos omnia.in medio,ibi,& isti iudices sunt,licet arbitri appellentur.de offi.deleg.facit l.arbitrio.ff.qui satisd.cogan.& l.si cum exceptione.§.hæc autem actio. ff.de eo quod metus causa. & c.peruenit.ij.quæst.j.facit l.si arbiter.ff.de probatio. Et ideo puto iuris arbitros dici: quòd iurisdictionem, & iuris executionem habeant à lege & iudice. c.præterea. de offic.deleg.imo & coërtionem non tantum in litigatores,sed & in testes: quibus denunciat *Arbitri cur impari numero dentur.* *Arbitrorũ iuris declaratio, et qua re sic dicuntur.*

nunciatum est testimonium.d.c.suspicionis.iuncta glo.suprà alleg.Cæteri verò arbitri,vt compromissarij,nihil horum habent.l.prima.C.de arb.Hodie verò per constitutionem regiam suprà relatam, ad arbitros amplius non itur, sed suspicionis iudicium vicario recusati creditum est,sub his verb.artic.xiij. Et si lesdites causes de recusation sont trouuees legitimes,sera baillé vn seul delay pour le prouuer & verifier, non pas par le Iuge recusé, mais par celuy qui doit tenir le siege en son lieu, comme dit est: lequel à faulte de ladite verification,au dedens dudit delay, & sans autre declaration ny forclusion deboutera le proposant desdites causes de recusation.

POVR CONGNOITRE DESDITES CAVSES.

IVDEX reiectus à litigatore, hoc statuto, friuolas suspicionis causas iure suo reijciet:speciosas verò,& quæ si veræ sint,admitti debent,ad arbitros iuris reuocabit. At si dubitetur an legitimæ sint & rationabiles, nihilominus cessabit, & arbitrorum aut vicarij iudicium expectabit: quia non tantum illi de iure delegantur ad causas receptas diffiniendas, sed & ad illas diiudicandas & cognoscendas, an admittendæ, an verò repellendæ sint.glo.est notabilis in d.c.cùm speciali.in verbo,iustæ suspicionis.de appellatio. Sed hodie communi obseruatione Franciæ, & etiam constitutione regia suprà alleg. iudex nullas ad arbitros, aut eius vicarium præter legitimas causas remittet: nullumq; aliud arbitri ipsi negotium suscipient,quàm an illæ veræ sint, an falsæ: illegitimarum reiectione etiam ambigua iudici omnino reseruata.Regia constitutio hoc statuto amplior est: cùm illa iudici recusato non tantum friuolarum,sed quarumcunque,de quibus dubitari potest,recusationum cognitio deferatur, his verbis. Quand les recusations proposees ou baillees par escrit seront friuoles & non receuables,le Iuge les pourra telles declairer,& ordonner que nonobstant icelles il passera oultre. hoc verò statuto nostro,§.inferiori viij. iudici friuolarum tantum & euidentissimè captiosarum iudicium reseruatum est, non autem an legitimæ sint, an econtrà: quia talium censura arbitrorum est, his verbis. Et ou lesdites causes seront trouuees non legitimes ou non vallables par lesdits arbitres de droit. Et paulò pòst. Et si lesdites causes sont declairees legitimes, ou vrayes. Ideoq;, quoniam regia constitutione statutum ampliatum est, sequenda ea est in eo quod vltrà constituit. Præterea hic adnotandum erit, inter leges & canones non conuenire de arbitrorum iuris cognitione: cùm sanctione legum ad causam suspicionis delectus de his non tantùm posit iudicium ferre,sed etiam,si illas viderit legitimas, aut veras, totum negotium posit sibi retinere. Canones autem id nedum permittunt, sed maximè vetant: quia,cùm limitatum sit horum arbitrium,excedere liberè non possunt.c.legitima.de appellatio.lib.vj.& c.suspicionis.de offic.deleg.

Iudex quid possit in recusatione reijcienda,quid itē arbitri.

§. VIII.

ET OV lesdites causes seroient trouuees non legitimes ou non vallables par lesdits arbitres de droit: celuy qui les ha proposees, doit estre condemné par eux aux despens, dommages & interests de partie. Et si lesdites causes sont declairees legitimes & vrayes,

vrayes, ledit Iuge recusé du consentement des parties doit commettre le negoce à personne idoine pour en congnoitre au lieu.

HVNC locum suprà satis declarauimus. superest ad ea verba, du consentement des parties doit commettre, notandum, Quòd iudex legitimè reiectus alium suo loco dare debet: quod tamen illi liberum esse non debet, sed requiri partium consensum, & quod aliter gestum erit, nullum est: vt per Feli.& Moder.in c.si quis contra. de for.compet. & pluribus arrestis ita declaratum fuisse à Curia Parlamentari Paris. retulit Imber.instit.for.fol.mihi 49.in glo.prima.

Iudex reiectus nō debet ipse dare iudicem.

§. IX.

LES habitans daucunes Iustices qui nont corps commun, ny consulat, ne se doiuent assembler pour leurs affaires communs sans congé de leur Seigneur Iusticier, ou de ses Iuges, sur peine damende arbitraire.

NEQVE societas, inquit Caius, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim ab omnibus haberi conceditur. Nam & legibus & principalibus constitutionibus ea res coërcetur.l.prima.ff.quod cuius.vniuers. Coitio enim propriè id est, quod hoc statuto assemblee dicitur: & criminosum verbum est Ciceronis testimonio ad Q. fratrem. Negat enim se in quadam coitione interfuisse, in qua nemo bonus interfuisse debuit. Liuius cœtum vocat, & concilium. Nam cùm de legis Oppiæ abrogatione ageretur, M.Portius Cato apud Liuium id grauissima oratione dissuadens, maximè detestatus est matronarum cœtus quotidianos dissimulari. Ab nullo genere, inquit, non summum periculum est, si cœtus, & concilia, & secretas consultationes esse sinas. Et Euripides in Hecuba sua, sic ex Græco translato sermone inquit,

Coitiones interdictæ.

Coitiões periculosæ.

Res valida multitudo, nec superabilis,
Armata quando est clancularijs dolis.

VLPIANVS cœtum & conuentum vocat in l.prima.ff.ad leg.Iul.maiesta. Marcellus in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœ.factionem vocat. Hodie in Francia confratrias vocamus, ex eo, quòd sub nomine fratrum fieri, atque eo, quasi quodam prætextu, velari & contegi soleant, forte Græcos secuti, qui conspirationem φρατρίαν nominant, c.coniurationum.ij.quæst.prima. vbi corruptissimè pharateras pro phratrias, scriptum est. Et re vera has coitiones ius omnino reprobat.l.iij.C.de colleg.illicit.& l.in eadem causa.in prin.& §.pen.& l.vtíve.& l.qui cœtu.ff.de vi public. etiam si religionis causa fiant, vt sunt eæ quas suprà confratrias diximus, vt ibidem dicit Barto.idq; optima & notabili ratione, ne scilicet in principis aut reip.detrimentum coniuretur: adeò, vt cùm singulis nihil sit virium, vniuersorum vim & potentiam timere oporteat. quod principi maximopere est cauendum. Dauid enim rex inter cætera beneficia quæ à Deo acceperat, illud comprimis magnum & memorabile commemorat, gratiasq; domino agit, quòd eius beneficio & fauore à coitione hominum malè in eum deliberantium euasisset. Psalm.LIII. Protexisti me, inquit, à conuentu

malignantium. Et huiusmodi conuentus detestatur Dominus per Ecclesiastem. Exhonorauit, inquit, hos conuentus & destruxit vsque in finem. Nam hi & magnatibus, & ipsis etiam principibus multum suspecti sunt: siquidem ex his semper periculum oritur:arg.l.cùm cognatum.C.de inge.& manumis.& d.§.delinquunt. ibi,si factionem habent. Nulla item sæuior contumacia esse potest,quàm illa quæ arma habet.l.nolumus conuelli.C.de testa.& l.qui potentiam.de om.ag.deser.lib.xj.C. Cuius rei domesticum exemplum & factione populari, magnitudineq; periculi formidabile,& non tam repreßione, quàm magna principis lenitate & clementia memorabile nostra hæc tempora ediderunt, tumoris scilicet, qui Burdegalæ & in maiori parte Aquitaniæ adeo intumuit,vt momento, prouinciæ facta sit miseranda facies ex his secretis factionibus: Euenitq; vt cùm in immensum excreuisset id malum, non eam prouinciam tantùm, sed & regnum ipsum, nouo quodam stupore commouerent. cumq; magna manus hominum, quæ sibi nullo consilio duces, partim nescio quos homines incognitos,partim latrones asciuerat,tres aut quatuor menses sæuisset in ciuitates & obuios quoscunque, nemini, nisi ei qui principi infidus esset & desertor, parcens: tandem Regis prouidentia & armis,militumq; Magistri circunspecta vigilantia,ea res composita & sedata est. Quo exemplo admonuit DEVS principes quàm moderatè quamq; clementer & paternè debeant subditos, & sibi, tanquam populorum pastoribus commissos homines tractare: & rursum quàm comiter subditos principum maiestatem tueri & reuereri oporteat, eisq; etiam difficilibus & dura imperantibus parere & obedire. Et cùm morbus tam atrox acerrimis remedijs sanandus esset: non possum reputare vtrum fuerit grauius, an malum ipsum,an remedium.Sed aliter res geri securè non potuit quàm sanguine & mœrore ciuili. Veruntamen ea est principis bonitas & generositas, is præterea primæ claßis hominum consensus, vt sperandum sit futurum, vt exacta pro offensa pœna, maioribus in vniuersam eam prouinciam beneficijs cumulata aliquando reddatur. Olim Romæ diuortia publica lenibus pactis restituta sunt, sine scalpello aut vlcere. cum enim plebs à magnatibus secesisset compressa vinculo legum duriorum:magnates quædam capitula aut interpretati sunt clementius, aut penitus abrogarunt, alijs gratioribus promulgatis:& sic bona gratia,turbæ repressæ sunt.

Burdegalæ factio.

QVI NONT CORPS.

QVIBVS autem, inquit idem Caius, permissum est corpus habere collegij, eorum proprium ad exemplum reipub.habere res communes, arcam communem, & actorem siue syndicum, per quem,tanquam in repub.quod communiter agi, fieriq; oporteat, agatur & fiat. l.prima. §.quibus autem. ff.quod cuius.vniuers. Necessaria enim ratione hi qui ius habent consulem creandi:habent & ius coëundi. Præterea, qui publicum aliquid habent ex priuilegio, his consequens est, vt coire liceat, etiam à prætore non autoratis, vt res suas tractent & administrent vniuersorum consilio:vt dicit Bart.in l.si quod extraordinarium. de legatio.lib.xj.C. Nam æqua lex est,vt liberum cuique sit de rebus suis coire,colloqui,& deliberare.l.nemo exterus.C.de iud. & c.ij.de iureiur.& econtrà,iniquum est,inquit idem Caius,ingenuis hominibus auferre rerum suarum administrationem.l.non vsque adeo.in fi.ff.si à par.quis fue.manumiss. Et talia iura priuilegio, aut consuetudine satis conseruantur, vt dicit idem Bartol.in l.illud. nume.2.ff.quod cuius.vniuers. & his coëundi ius datum est statuto

Congregandi se ius qui habeant.

nostro

nostro à contrario sensu, qui aut corpus aut collegium faciunt. Adnotabimus hic plura obseruari solere legitimis coitionibus conuocandis. Primò, vt fiant ab his qui ius & priuilegium habent, vt suprà dictum est: aut autoritatem Prætoris, vt infra dicetur. Secundò, vt conuocentur vniuersi, sonoq; campanæ ad id notæ significatio fiat.glo.in l.sed si ex dolo.§.primo.ff.de do. Tertiò, in locum publicum conueniendum est.l.ij.in verb.ad curiam.& ibi Barto.C.de decurio.lib.x. & d.l.si quod extraordinarium.ibi,in loco autem publico.& l.fin.de legatio.lib.x. Quartò, vt fiat pro vniuersitatis negotijs consultandis,quia aliàs esset illicitum coire. Ias.in consil.71.volum.iij.ibi,secundo concurrit. Quintò,vt vtiliter futuris prouideatur,& de vtilitate publica quæratur,quæ maximè in iure commendatur.l.vtilitas.de primipil.lib.xij.C. Sextò,vt liberè fiant deliberationes inter eos,nec pro his aliquo iureiurando adstringantur: talia enim ius execratur, vt dicit Ioan.Fab.in l.periniquum. C.de iurisdict. omn.iudic.

Congregandi causa, & requisita.

DE IVRE autem omnes ciuitates & municipia possunt habere proprium in communi,& arcam communem.l.omnibus.ff.ad Trebelli.& l.ciuitatibus. & l.si hæres. §.primo. ff.de leg.primo. tamen hodie contrà est, vt infrà glossa sequenti dicemus: sed opus est,id aut ex priuilegio,aut consuetudine,vt suprà diximus, competere. Adiecerunt quidam solam consuetudinem non tolerari, nisi illa per Senatum contra obluctantes fuerit admissa. Item & principem, contra priuilegium aut consuetudinem ita firmatam,hæc collegia,quando volet,posse inhibere,aut etiam omnino destruere,vt dicit Io.Fab.in d.l.periniquum. Et his nostris temporibus generaliter actum est per Fran.reg.constitutione publicata anno 1539.artic.clxxxv.his verbis. Que suiuant noz anciennes ordonnances & arrests de noz courts souueraines,seront abbatues,interdites, & deffendues toutes confrairies de gens de mestier & artisans de tout nostre Royaume.

Corpus commune qui habeant.

SANS CONGE.

CVRIA Franciæ,inquit Faber, de facto non permittit proprium & arcam communem habere, nisi ciuitates vniuersitatem habeant specialiter per curiam aliquam approbatam. Imo nec congregare se ad procuratoris creationem sine licentia domini sui:tamen cum licentia permittit eos agere,& conuenire, & facere arcam communem, quo ad illud duntaxat, neque eò amplius. Hactenus Fab.in §.vniuersitatis. Instit.de rer.diuis.Ita voluit Bart.in l.actor.ff.rem rat. hab. facit l.si quis spontaneos. & l.obseruare.de decurio.lib.x.C.Bal.in l.nulli.ff.quod cuiusq.vniuersita. in l.omnes populi. in prima quæstio. primæ quæst. princip. ff.de iusti.& iur. Ang.in l.prima.ff. quod cuius.vniuers.glo.in l.omnes.ij.in verb.renouare.C.de operib.public.

Cōgregationes nō fiant sine licētia.

SVR PEINE DAMENDE.

CONVENTICVLAS, inquit Frederi. Imperator, in ciuitatibus & extra,modis omnibus, fieri prohibemus: & in præteritum factas cassamus: singulis coniuratorum, pœna vnius libræ auri, puniendis. §.conuenticulas. in c.primo.de pac.tenend. facit l.conuenticulam.C.de episcop.& cler.& l.prima.C.de monopo.Et licet ius eam pœnam definierit,tamen hoc statuto nostro,iudicis arbitrio commissa est.Guid.Pap. quæstio.cvj.refert in Delphinatu recipi ex more,pluribus summæ in eo curiæ arrestis confirmato,vt si qui se congregent,coëantq; non petita,vnde haberi debet, autorita-

Monopoliorū mulctæ quæ sint.

te,in eos extra ordinem inquiratur & animaduertatur,indicta in singula capita mulctæ nomine summa pecuniaria, quanta iudici videbitur, pro rei, qua de agetur, magnitudine, & coëuntium conditione, atque alijs quibus varie iudex moueri potest. Et ideo hic maximè adnotandum est, tales mulctas eo nomine indictas in singulos dirigendas esse:non autem in vniuersos,vt iubet tex.in d.§.conuenticulas.

§. X.

AVCVNS qui nont corps commun, ny consulat, ne peuuent faire assemblees, pour faire imposts ne collectes sur eux,sans congé de leur Seigneur hault Iusticier, ou de ses Iuges: sinon quilz en ayent priuilege: mais au refus dudit hault Iusticier, peuuent recourir à leur superieur immediat,& ainsi consequemment.

Indicēdi ius censetur exceptū in generali concess.

Indicere qui possunt, coire semper nō possunt.

DIVERSVM nihil à §.superiori hic §.contineret, si municipalibus satis esset ad munerum indictionem autoritate domini aut Prætoris vti, prout & ad coitionem satis est:cùm generali sermone §.superioris videretur inclusum: & ideo perinde esse, ac si nominatim cautum esset.l.Iulianus.ff.de leg.iij.& c.solitæ.de maio.& obed.Tamen id tanquam regale & supremum semper censetur exceptum, & principi reseruatum, non obstante quacunque generali concessione, quæ iuri regio, eo præcipuè quo illius autoritas & maiestas agnoscitur, præiudicium afferre non potest. c.imperialem.§.fi.de prohibi. feud.alienat.per Freder. Præterea nec iusticiarijs, vasallis, aut subditis licet tributorum indictioni autoritatem suam interponere, ne concussionibus via detur.l.illicitas.§.illicita.ff.de offic.Præf. vt & infrà amplius persequar. Ideo nouus erit casus huius §.vt municipales etiam si à principe autoritatem indicendi muneris obtinuerint, hanc inter se exequi, coitione conuocata non possint, nisi domino consulto,aut eius iudice. Dubium facit l.ij. ff.de iurisd.om.iud. vbi concessa iurisdictione, censentur ea concedi sine quibus ius dici non potest. Item & concessa indictione,censetur concedi coitio. Verumtamen sine ea id fit sæpius, vbi de regijs & ordinarijs muneribus agitur: si verò de alijs, quibus omnes consentire necesse est, coëundum erit necessariò, etiam si consules creati id exequantur. l.prima.in prin.ff. quod cuiuſ.vniuers.& est hic casus §.nostri.

POVR FAIRE IMPOSTS.

Indicēdi ius Regale est.

NIHIL, inquit lex ciuilis, superindictorum nomine ad solas præfecturæ literas quisquam prouincialis exoluat: neque vllus omnino indictionis titulus,etiam solennis immineat: nisi si nostro confirmata iudicio,& imperialibus nexa præceptis,sedis amplissimæ deposcat indictio, & poscat exactio. l.vna.de superind. lib.x.C.& alibi. Placet, inquit, nullum omnino iudicem de cætero prouincialibus inferendum aliquid indicere. l.placet. C.de excusatio. muner.cod. lib.x.facit l.particulari. C.de indictio. lib.x.& l.iij.de anno. & tribut. adeo vt tenendum sit principi soli, tale ius indicendi & indictiones concedendi competere: inferioribus autem & vasallis nullo modo: cùm sit de regalibus, & inter regalia id enumerauit Imperator in c.vnico. ibi,extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem: quæ sint

regal.in vsib.feudo.& licet meri imperij sit, vt per Bal.in l.etiam.col.8.versi.item non puto.C.de executio.rei iudic.non tamen ea propter iurisdictionem habentibus,atque etiam quantumuis merum imperium, competit, vt expresse dicitur in d.l.placet.ibi, nullum omnino indicere. Et id asserit Io. Fab.in l.non equidem C.nou. vectigal. impo.non poss.Guid.Pap.quæstio.cxcvij.id adeo supremum esse voluit, vt etiam senatui ipsi non liceat id concedere principe inconsulto.allegat l.non solet. & l.j.C.no. vectigal.impo.non posse.Boër.quæstio.lx.in j.parte.dicit Fran.stylo & consuetudine obseruari, vt hodie nemo quantumuis magnæ & excellentis autoritatis munerum indictionem possit permittere, sed possit solus princeps & rex noster: allegat arrestum magni consilij latum Lugduni anno 1507. contra præfectum, suppræfectum & quæstorem Agennenses: qui ob indictionem factam sine regis autoritate graui pecunia mulctati sunt. Quædam sunt ciuitates quæ priuilegium habent à principe, id per seipsas expediendi sine vllo rescripto, vt ibidem dicit Boër. in fi.suæ quæstio. Id tamen simpliciter tolerari nondum visum est: sed tantùm cùm occurrunt causæ necessariæ & vtiles admodum, quo casu indictio à iure probatur. l.j.§. quòd si nemo. ff.quod cuiusq.vniuersi.Angel.in l.si se non obtulit.in princip. ff.de re iudic. dicit se Paduæ consuluisse, quòd municipium aut ciuitas sibi poterat collectam imponere ex causa necessitatis etiam superiore nullo auctorante.sequitur Alex.consil.52.vol.iij. dicitq; tali indictione colluctantes inuitos cogi ad soluendum. ita tenet Bar. in d. §. quòd si nemo. allegat l.omnes. C.de operib.publi. Si verò extra hos casus quid honorarium magis quàm vtile aut necessarium velint prouinciales aut municipales exequi, vt si decretis ambitiosis intendant, quibus ciuitas nulla ratione grauetur, hoc ne iure quidem scripto aut ciuili facere possunt: veluti si munera aut xenia quæ prouinciarum gubernatoribus honestè dantur, recepta in mores consuetudine, ea cuilibet quauis occasione per magistratus offerantur. l.ambitiosa.C.de decret.ab ord. faciend.l.fi.C.ad leg.Iul.repetundarum. & tot.tit.C.de decret.decurio. Et quomodo hæc expediri debeant aut possint, amplissimè descripsit Guid.Pap.quæst.cccccxxxj. ad tertium dubium, quem qui hanc rem plenius videre volet, adibit.

Indicẽdi priuilegium ad qua extendendum.

DES RENVOYS.

TITVL. II.

§. XI.

EN matiere criminelle ne se fait renuoy, que le Seigneur ne fasse ladueu, & requiere ledit renuoy: pourueu quant esdites causes criminelles, que la iustice, de laquelle il saduoue, soit audit païs & Duché de Bourbonnois: & laura quant au criminel, in quacunq; parte litis, en payant les fraiz.



QVAESTIONES, inquit Antoninus Imperator, eorum criminum quæ aut legibus aut extra ordinem coërcẽtur vbi commissa vel inchoata sunt, vel vbi reperiuntur qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. l.prima. C.vbi de crimine agi oportet. Cui constitutioni statutum hoc conuenit. nihil enim referre visum est, an delicta in iudicis territorio

Criminis quæstio vbi tractãda sit.

peracta sint, an verò alibi: oportet tamen delinquentem fuisse ibi repertum vbi in custodia est. Et cùm statuentes tantùm exprimant quomodo remittatur, omisis casibus quibus iudicis extranei iudicium delinquentem subire oporteat, ad casum d.l.j.recurrendum est. Et licet per Hostien.& glo.in c.fi.de foro compet.opinionem excludatur casus posterior d.l.j.vt scilicet oporteat delinquentem ibi habere domicilium vbi reperitur, aliàs in vinculis non detinendum, nisi sit transfuga aut vagus, tamen obtinuit contraria sententia, vt scilicet nihil necesse sit de domicilio inquiri. vt per Ioan.Fab.in d.l.j.in prin.& docto.in l.hæres absens.ff.de iudic. Sunt qui iura Codicis & Digestorum in eo dicant colluctari, quòd illò delicta puniri debeant, vbi commissa sunt.d.l.j.& authen.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport. hoc autem secus, sed delinquens remitti ad iudicem originis siue domicilij debeat. l.non dubium.in fi.ff.de custod.& exhibitio.reor.quam differentiam ego nunquam probaui, sed mihi semper visa est commentitia: cùm inter vtrunque de eo conueniat. Nam d.l.non dubium.in princip.idem habet responsum cum eo quod constitutum est ab Imperatoribus, vt scilicet in malefactorem ibi animaduertatur vbi malefecit.expressa est de eo regula per Marcellum Iurisconf. in l.solent. ff.de custodia & exhibitio.reo. Solent (inquit) Præsides prouinciarum, in quibus delictum commissum est, scribere ad collegas suos vbi malefactores agere dicuntur, vt cum persecutoribus ad se remittantur. Hæc ille. Celsus verò post enarratam regulam similem in d.l.non dubium. Illud (inquit) à quibusdam solet obseruari, vt cùm cognouerint & constituerint, illum remittant cum elogio ad eum qui ei prouinciæ præest, vnde is homo est: quod quidem ex causa faciendum est. Hæc ille. Ex quibus nihil discordiæ temporibus iniici potest, cùm id non semper neque regulariter fieri dicatur, sed ex causa speciali, ibi, quod quidem ex causa, &c. adeò vt hac exceptione dispositio contraria iuuetur in cæteris casibus.l.tribunus.§.fin.ff.de testa.milita. Nec iure Codicis id ignotum fuit, sed vulgare magis.l.in criminali.C.de iurisdict.omn.iud.& hodie in Francia ita vtimur, vt iudex domicilij sit tantum competens.per d.l.in criminali. & l.non dubium. Ciuilium autem causarum alia longè ac diuersa est ratio & regula, vt dicunt Petrus de Bell.pert.& Ioan.Fab.in auth.qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oport.

Iuriũ concordia ubi de crimine agi oportet.

QVE LE SEIGNEVR NE FASSE LADVEV.

CVM iurisdictio sit feudi portio, & sit hodie in patrimonio adeò propria vt non reuocetur, nisi maximis de causis, vt dicit Io.Fab. Instit.de legit. patro.tutela.circa fi. & de emptio.& vendit.in princip.& Ias.in themate consil. 89.vol.j.& consil.60.vol. iij.meritò dominus hominem suum vendicabit, neque feret in alijs quàm in suis vinculis esse; nec enim à delinquente potest iurisdictio prorogari: sicut nec libertus alij deuouere operas, cùm eas patrono debeat. l.operis obligatus. ff.de operi. liberto.fiet autem domino iniuria, cùm eius sit iurisdictio: pro qua tuenda potest asistere, vt dicit Io.Fab.in l.cùm aliquod. C.vbi causæ fiscal.vbi hoc quoque adnotat, Quòd si quis intendat hominem tuum sibi aut iurisdictione aut alio quouismodo subijcere, tu bona ratione id impedies, possesionem tuam alioquin perditurus. allegat l.inter quos.§.damni. ff.de damno infect. Idem Fab.in l.si qui. C.de episcopal. audien.ibi, Sed cùm hodie quæstionem mouet, an laicus posit iurisdictionem iudicis extranei prorogare? Duas huius quæstionis sententias dedit: primam non posse, ad clericorum instar.allegat Innoc. in c.duo.de offic.ordi. Alteram posse: sed si dolo faciat in eum action

Iurisdictio patrimonialis uasallo cõseruanda.

Subditus nõ potest prorogare in præiudicium domini.

Posit'ne laicus iudicis extranei iurisdictionem prorogare.

actionem competere domino ad id quod intereſt. allegat not. in c.dilecti.de offic. archidiac.reſoluit tandem priorem,& negatiuam obtinuiſſe.id tamen verum puto,ſi dominus contradicat.c.ex tranſmiſſa de foro compet.

AVDIT PAIS ET DVCHE.

QVA in prouincia quis deliquit, illic & iuri ſubiaceat: Quod ius perpetuum eſt.auth. qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi oport. & c.fi.de foro compet.adeò vt de prouincia ad prouinciam non fiat remiſsio delinquentium. Hic caſus eſt, quo ſtatutum alios quàm prouinciales Burbonios afficiat.dominus item extraneus eo iuriſdictione ſua fruſtrabitur. Item & delinquens extraneus ius domum reuocandi ſaluum non habet: contra regulam ſumptam ex l.fi. de iuriſd. om. iudic. & c.animarum.de conſtitu.in vj.

Delinquẽtis remiſsio non fit de prouincia in prouinciam.

§. XII.

QVI EST conuenu promptement au lieu ou il fait deſpence par deuant le Iuge dudit lieu pour icelle payer, il eſt tenu de y reſpondre:& ne luy eſt ottroyé aucun renuoy.

OMNEM, inquit Paulus,obligationem pro contractu habendam exiſtimandum eſt,vt vbicunque aliquis obligetur,& contrahi videatur,etiam ſi ex crediti cauſa debeatur.l.omnem.ff.de iud. Notiſsima autem iuris regula eſt, reos omnes domum reuocandi ius habere,ſi non ibi contraxerint,vbi conueniuntur: cæterum ſi contraxerint,non habere.l.ij.§.legatis.verſi.omnes autem. illo tit.Si quis tutelam, inquit Vlp. vel negotium,vel quid aliud,vnde obligatio oritur,certo loco geſſerit,etſi ibi domicilium non habuerit,ibi tamen debebit ſe defendere.Et paulò pòſt.At ſi quis,inquit, ab eo comparauit qui tabernas certo loco conductas habuit, in ea cauſa eſt, vt illic conueniatur.l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam.& §.at ſi quis. ff.de iudic. Nemo autem negabit obligationem in eum quæri,qui in cauponam diuerterit & expenderit.Præterea bonum & æquum fuit caupones iſtos cum officio diſtringantur in eo maximè ſubleuari,vt damnum effugiant.nam etſi his liberum ſit recuſare diuertentes, aut recipere,l.j.§.j.ff.naut.caup.ſtabu.tamen his quos admiſerunt, neceſſaria miniſtrare tenentur.l.debet.ff.illo tit.cuſtodiam item omnium quæ in cauponam illata ſunt, tacitè ſuſcipiunt,factum etiam non ſuorum tantum, ſed viatorum præſtituri.l.j.§.fi.in fi. & l.ij.& iij.ff.illo tit.adeo vt diuertenti bonæ famæ homini iurato credatur, aſſerenti ſe quidpiam perdidiſſe,ſi præſumptione non deſeratur. vt not.Bartol.in l.j.§.j.ff.fur. aduerſ.naut.& Cyn.in l.certi iuris.C.loca. Pariſienſibus cauponibus claues credi ſolent,antequam rerum periculo teneantur: iux.doctri.l.ex diui Pij. C.locat.alijs pluribus eos generaliter ſummiſit Prætor, quo ſignificaret, ſe curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum.l.iij.§.miratur igitur.ff.naut.caup.ſtab.Tamen ne officio ſuo in inopiam adducantur,ſtatuentes his quæ præuideri non poſſunt, legem dixerunt.quis enim aduenam diuertentem, contradicturum diiudicabit ante data cibaria?duo ſunt igitur,expenſæ controuerſæ iudices:loci ſcilicet & domicilij:quorum optio creditori ideò data eſt,ne ſi reo daretur,nulla aut inanis efficeretur actio.l.non vtique.

Iudex loci vbi qd actũ aut cõtractũ eſt competẽs.

Caupo. & ſtabular. ad quæ teneantur.

vtique.§.quare & in proposito,ff.de eo quod cer.loc.ibi alioquin(inquit Sceuola)creditori tollis actionem, si vis reo seruare electionem. difficultas etenim longinquum adeundi iudicem de summa modica, quam præstaret perdere quàm prosequi, actionem subuertit. l.nam is. ff.de dol.& glo.in d.§.at si quis.in verbo, debebit. Alia est & notabilis ratio huius statuti, quæ vtriusque vtilitatem continet tam actoris quàm rei, & ideo maximè æqua, vt l.arbitraria. ff.illo tit. sumpta autem est ex verbis Paul. in l.pretia rerum.§.fin.ff.ad leg.fal. Nonnullam (inquit) pretij varietatem loca afferunt, nec tantundem Romæ & in Hispania oleum æstimatur.& etiam ex Caij verbis, in l.ideo in arbitrum. ff.de eo quod cert. loc. Scimus (inquit) quàm varia sint pretia rerum per singulas ciuitates regionesq;: maximè vini, olei, frumenti &c. Aequum est igitur, pro iure vtriusque, tam eius qui ministrauit, quàm eius qui expendit, vt iudex loci cibaria taxet, & arbitretur: prout ferè commune regionis pretium est vt nominatim dicitur in d.l.ideo in arbitrum. Quòd si caupo distulerit intra tempus hoc statuto sibi datum iudicem suum optare: electionis ius ab eo elabitur: potestq; tantummodo adire iudicem rei, iuxta l.iuris ordinem.C.de iurisd.omn.iud.

Index ex ipse loci vtitius aditur.

PROMPTEMENT.

Protinus dictio.

IDEST protinus: nam eadem horum est significatio: vt scilicet mox & sine interuallo fiat, nullumq; sit tempus moræ inter medium.l.tutores non ab hærede. ff.de testa.tutel.§.j.& ibi glo.Insti.de hæred.qualitate & differen. l.si filiusfamilias.j.§.si filiusfamil.ff.de testa.milit.not.Ias.in l.possideri.§.in amittenda.ff.de aeq.possess.

DES PRESCRIPTIONS.

TITVLVS III.

§. XIII.

DENIERS & choses deües pour façon & vente douurages, labourages, façons de vignes, voitures, salaires & iournees daduocats, procureurs, & sergens, de seruiteurs, chirurgiens, barbiers, orfeures, maçons, charpentiers, & autres ouuriers, nourritures, & instructions denfans, denrees, & marchandises vendues en destail par le menu & par parties, louage de cheuaux, & autres bestes se prescriuent par vn an:& apres ledit an passé ne se peuuent demander: sinon quil y eust obligation, recongnoissance, ou action intentee iudiciellement dedens ledit an.

Præscriptio mercedis et merciū minutatim uēditarum.



VDOVIC. XII. sua constitutione anno 1512. artie.lxvij.idem edixit de ministrorum mercede. artic.verò lxviij.negotiatorum actiones pro mercibus esculentis siue pannosis siue alijs minutatim venditis, sex tantùm mensibus præscripsit. Colonos autem, vinitores, causidicos, procuratores, apparitores, pædagogos, nutritios, equorum vectigalium dominos, cosq; qui vehendo operam præstant, vltra constitutionem regiam, statuentes nostr

nostri hic adiecerunt:multisq; modis rem differentem egisse mihi videntur.nam per constitutionem, famulo satis erat debitorem interpellare, idq; ex mente constitutionis fieri potest coram notario & testibus, secundum notata per Ias. in l.si quis nec causam.numero 35.ff.si cert.petat.& Bartol.in l.non solum. §.morte.ff.de noui oper. nunciat. Nominatim verò negotiatoribus opus fuit coràm iudice interpellare etiam sine condictione. Hoc autem statuto,interpellatio,ne iudicialis quidem præscriptionem impedit:sed condicere & libellum edere in iudicio necesse est:his verbis, Action intentee iudiciairement dedens lan. Illa præterea negotiatores magis comprimuntur: vtpote quibus non sufficit rationem in summam contulisse cum debitore, nisi scriptura subsequatur,aut priuata, aut publica: ibi, Sinon quil y eust arrest de conte, cedules ou obligations. Et licet expresse scripturam non desideret subductæ & consummatæ rationis: tamen quia superiori lege de famulis id erat expressum, legis interpretationem ex priore conijcere oportet.l.qui filiabus. in princip.& l.si seruus plurium.§.fi.ff.de legat.primo.l.non est nouum. ff.de legibus. & l.fi.C.de constitu.pecu. Dubitandum autem non est, principem id solum agentem, ne id genus homines litigando quæstum absumerent, negotium ita voluisse expedire, vt inter eos sine testimonijs, si fieri posset,absolueretur. grandi nanque testimoniorum impensa præuidit princeps,quæstum omnem istiusmodi hominum consumptum iri,quem suum,quod ille aiebat,defraudando genium vnciatim miseri corraserunt. Ita sensit Imbert.primo libro Institut.§.cæterum.de commentitijs.in glo. Hoc verò statuto:ibi,Obligation & recongnoissance: valebit ad interruptionem si scripto aut non scripto de debito conuenit: cùm in disiunctiuis alterum adimplere sufficiat.l.si ita stipulatus fuero.& l.si ita stipulatus fuerit.ff.de verbor.obligat.& l.si is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.dub. Non omittam hic casum nostris temporibus frequentem & parum tamen consideratum: quando scilicet testator mercedem ministris, aut negotiatoribus, aut particulas mercatoribus & cæteris solui præcepit:aut vltra debitum quid legat: tunc actio quæ erat temporalis & exceptioni subdita,fit perpetua,quia ex testamento agetur: text.est in l.si creditori.in princ.& §.j.ff.de legat.primo. adeo,vt cùm rei debitæ legatum creditori factum non valeat: tamen vbicunque sua interest rem sibi debitam legari,vt casu superiori,aut si quod sub modo conditionéve debebatur, purè legetur, valebit scilicet propter commodum quod in repræsentatione est. l.sin autem. ff.illo tit. Adduci item dignum est quod dicit glo.in l.cùm quis sibi aut Titio.§.penult.ff.de solut.& Bart.ibidem. Quòd interruptio præscriptionis facta contra reum, fideiussori non nocet: quia is non interpellatus,poterit excipere:reus autem non poterit.quod hoc loco notandum est.

Præscriptio huiusmodi impedit̃ nominatione et legato.

Præscriptionis interruptio contra reũ facta fideiussori nõ nocet.

NE SE PEVVENT DEMANDER.

CONGERERE hic constitutionum & statuti verba,& quædam alia similia,quæ in iure leguntur,non erit inutile. Artic.lxvij.ita conceptus est:Et ledit an passé ny seront plus receuz, ains en seront deboutez par fin de non receuoir: & articul.lxviij. Lesdits six moys passez,ne seront plus receuz à faire question ny demande. Constit. Francisc.anno 1539. articulo lxj.Ne sera receüe aucune complainte apres lan.Macedoniani effectus hæc habet: Ne actio,petitioq; detur. l.j.in princip. ff.ad Macedon. Velleiani item:Néve actio in eas detur.l.ij §.quod ad fideiussores.ff.ad Velleia.contra eum qui aut vsucapione aut consensu præstito excludi potest lex disponit, non audietur

Verba actorem excludentia.
Seront deboutez.
Ne seront receuz.
Actio non detur.
Non audiatur.

audietur.l.venditioni ancillæ. C.de vſucap.pro empto.& alia plura. Quæ ſuperiora omnia eandem rem conferunt, & ſi non verborum ſerie, at certè in eo conueniunt, vt nihil horum fiat ipſo iure: neceſſarioq́; excipiendum eſt, ſi velit debitor aut reus actorem excludi:vt poſt Bart.dicit Iaſ.in conſil. 168. colum.3. ibi,quinto facit.ij.vol. quando lex aut ſtatutum prohibet audientiam actori, ſemper cenſetur ſubauditum, id fieri,ope exceptionis,& non aliàs. Vnde iudicium latum contra ſtatutum valet,ſi non ſit oppoſitum.l.neceſſarijs. & ibi Aretinus, in tertio notab.de acquiren.hæredit. Bartol.in l.eleganter. §.ſi quis poſt. ff.de condictio.indeb.ponit ſtatutum exulis non audiendi: reſoluitq́;,litem & ſententiam procedere,& exuli prodeſſe,ſi ab his aduerſarius nominatim eum non reiecerit: alleg.c.pia.in verſi.ſed ſi poſt rem.de exceptio. in vj.faciunt not.in l.nam & poſtea.in princi.ff.de iureiur. Nam oporteret expreſsius repelli, verbisq́; iuris vim & promptam executionem ferentibus vti, vt nullatenus audiatur: aut,ipſo iure repellatur: aut expreſſe inhibemus ipſum audiri,& alia ſimilia quæ actum inficere ac nullius effectus reddere poſſunt ipſo iure: iuxta glo.in authen.ſi qua mulier.C.ad Velleia.Quibus caſibus poſterioribus, etiam ſi petitum non ſit,actorem iudex tenebitur reijcere:vt ſine actione ſibi cognitum.glo.& doct.in l.vbi pactum.C.de tranſact.Id amplisſimè Iaſ.diſcuſsit in conſil.7.in primo volum. Conſtituamus igitur & inferamus ex ſuperioribus, huiuſmodi negotiatores, famulos, & alios ad mercedem & ſalarij aut pretij petitionem etiam præſcriptam, à iudice admittendos eſſe,pro hisq́; iudicium dandum,ſi quidem rei non exceperint: Nec poſſe iudicem officio ſupplere conſtitutionis aut ſtatuti præſcriptionem: tanquam rem facti magis quàm iuris: vt dicit Ioan.Fab.in l.conſuetudinis.nume.13. & 14. C.quæ ſit longa conſuetud. ad inſtar caſuum quos enumerat Guid.Pap.quæſt.ccxxj.vt ſcilicet fideiuſſor iudicio periclitetur, ſi ius diſcuſsionis omiſerit allegare. Item donatarius aut legatarius actione perſonali implicari poſſunt,niſi excipiant:aut patris conuentio à filio facta ſine venia valet,ſi toleretur,& pater non opponat.

Actoris excluſio fit ope exceptionis.

Actor quando ſine exceptione ſit excludendus.

Iudex nō poteſt ſupplere reiectionē actoris non oppoſitam.

§. XIIII.

PAR diſcontinuation de pourſuiure vn proces, ſoit par faulte de proceder ou default obtenu par lune des parties, par trois ans, linſtance eſt perie.

ITAQVE, inquit Iuſtinia. Imperator,omnes lites ſuper pecuniarijs cauſis, exceptis tantummodo his quæ ad ius fiſcale pertinent, vel quæ ad publicas reſpiciunt functiones,non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas. l.properandum.in princip. & §.& ſi quidem.& §.ſinautem. C.de iudic. & ibi Accurſ. in glo.in verbo triennij, in princip. dicit eremodicium contrahi triennio. Eremodicium enim contrahitur duobus modis.primò, vadimonio deſerto, id eſt altera parte abſente, & tunc nihilominus alteri ius redditur.d.§.ſinautem.Alcia.ex Demoſthenis ſententia lib.iij.de re.& verb.ſignificatio.paulò poſt principium:Vnde,inquit,qui facilè citra contradicentem victoria potiuntur, eremodicio potiores dici poſſunt. Demoſthenes ſeparatim & duobus verbis ἐρήμην δίκην appellat,nos autem vnico & coniuncto vocabulo eremodicium dicimus. Secundò modo contrahitur, litis terminatione

Eremodiciū duobus modis contrahitur.

tione per triennium deserta: quod fieri contingit tam vadimonio deserto per alteram partium, scilicet sine iudicio, quàm prosequendi negligentia. De quo sentijt glo. superior in verbo, triennij & statutum nostrum, & sic plura sunt eremodicia, vt dicit Pompo. in l. etsi sine dolo. §. fi. ff. de minorib. Hodie in Francia hæc locum habent: & licet Constanti. ad constitutionem regiam, artic. clxx. contrà scripserit, quòd iure canonico & Franciæ consuetudine eremodicia non contrahuntur, id tamen tantum verum est, cùm de litis terminandæ temporibus agitur, quia hæc diffugio, aut consensu partium, aut materiæ altiori indagine sæpe ad decennium protrahitur, vt per d. glo. in verbo triennij. Quòd si de vadimonio deserendo, aut instantia perimenda agatur: notum est illa in Francia obseruari, litemq; eremodicio intercisam sine principis rescripto repeti non posse. Restitutio autem eremodiciorum id genus datur, si per veram contumaciam non euenerunt: quia tunc non datur, etiam per viam appellationis: nisi quando contra ius & æquum iudicatum est, artic. xxviij. dicta constitutione. Quòd si aliàs, quàm per veram contumaciam euenerunt, contumax condemnatus conqueri potest, non tantùm ob decreti iniquitatem, sed etiam de formalitio iure omisso. Aliud autem eremodicium licet constitutione illa artic. cxx. sit generaliter à restitutione exclusum, tamen quotidie princeps huius gratiam facit, etiam leuiori causa. actor tamen negligentiæ pœnas omnino non euitat per huiusmodi restitutionem: nam si fructuum restitutionem in fine litis obtinet, eos iudex debet sua sententia distrahere, qui tempore litis sopitæ percepti sunt. quod maximè notandum puto: idq; vt æquissimum mihi compertum sæpius sum secutus iudicando: quod legi in Imberti institutionibus forens. gallica lingua impressis, arresto Curiæ Parisiensis declaratum, 8. Febru. anno 1536. Princeps tamen hanc gratiam solet recusare in casibus appellationis, aut causæ prioris nominatim præscriptis aut subnotatis: quia tunc restitutio non datur. infrà latè dicturi sumus, §. xc. in glo. Se perist linstance. licet de iure communi promiscuè omnium eremodiciorum restitutio detur, vt in d. l. & si sine dolo. §. fin. Constat autem, inquit Pomponius, omnis ætatis hominibus restitutionem eremodicij præstari debere, si doceat se ex iusta causa abfuisse. Hæc ille. Si verò causa non est, sed actoris negligentia id euenit, reus, antequam consentiat restaurationi litis, expensas obtinere debet. & contrà, si rei diffugio euenerit, actori debentur expensæ, vt dicit Boër. quæstio. ccxlvij. num. 11. in ij. parte. vbi multa notanda & in hanc rem præcipua congessit.

Eremodiciũ an hodie cõtrahatur.

Eremodicij tempore fructus lucratus reus lucratur.

Eremodicij expẽsæ quis debet.

§. XV.

SI LON NE agist pour iniures verbales dedens lan quelles sont dites, lon ne peult apres faire action: & sont abolies.

SI IN RIXAM, inquiunt Imperatores, inconsulto calore prolapsus homicidij conuitium obiecisti, & ex eo die annus excessit, cùm iniuriarum actio annuo tempore præscripta sit, ob iniuriæ admissum conueniri non potes. l. si non conuitij. C. de iniur. Iudicium enim hoc iniuriarum prætorium est, l. Prætor edixit. & l. item apud Labeonem. §. ait Prætor, ne quid infamandi causa fiat. ff. eo. titu. & ideo cum cæteris prætorijs, annale est. d. l. si non conuitij. Prætor enim actiones suas, quas in rem prodidit, non ita præscripsit: sed quasdam perpetuas esse voluit, vtpote ad res patrimo-

Actio iniuriarũ quare annalis est.

niales & quæ in bonis agentis sunt.secundum distinct.glo.fi.in l.prima. §.fi.ff.de interd. Illas verò quæ rei persecutoriæ non sunt, sed quæ ad pœnam aut vindictam datæ sunt,anno conclusit.l.in honorarijs actionibus.ff.de actio.& obligatio. Iniuriarum verò actio nihil in rem,sed ad vindictam dirigitur.l.cùm emancipati.ff.de collatio.bono.& d.l.Prætor.§.quid ergo. primo.ibi,vt vindicetur.& ideo rectè anno interit. Annum autem esse continuum, non autem vtilem satis notum est ex d.l.si non conuitij.nisi tamen talis sit iniuria,quæ metu coniuncto illata sit:hæc enim non anno continuo , sed vtili elabitur. l.si cum exceptione. §.post annum. ff.de eo quod met. caus. Aliam autem iniuriarum actionis speciem Cornelius lege propria induxit quæ est perpetua, vt ciuilis, & ex lege nata. Instit.de perpet. & tempor.actio.& illa tribus casibus competit,qui enumerantur in §.sed & hæc lex.Instit.de iniur. Illaq; fuit opinio Azonis & Marti. licet Bulgarus & aliqui alij ex antiquioribus annalem voluerunt dicere : sed horum opinio explosa est, vt dicit Fab. in d.l.si non conuitij. His non immoror : sed ad rem reuersus adijciam , quòd licet maledicti siue iniuriarum actio ex bono & æquo sit.l.non solum.§.primo. ff.illo tit.non tamen adeò firma est, quin sæpe subuertatur , & ex causis etiam leuioribus interdum tollatur , quas paucis expediam. PRIMO , aboletur anno continuo.d.l.si non conuitij. nec vllo modo tempus distenditur ex quacunque causa. SECVNDO, cùm lacessitus, lite non contestata , moritur : nam in eius hæredem actio non transmittitur. Instit.de perpet. & tempo.præscriptio. §.non autem omnes.vers.sed hæredibus. idq; bona ratione,cùm ante litem contestatam in bonis nostris annumeranda non sit.l.iniuriarum. iij.ff.illo titu. Et ideò eius actionis amisione patrimonium defuncti diminutum dici non poteſt. l.cùm emancipati. ff.de collatio.bono. Aequa igitur est lex, vt cum persona, quæ vindictam personalem poterat deposcere , extinguatur vindictæ exposcendæ facultas.l.iniuriarum.prima.in prin.ff.illo titu. Alioqui, si lis contestata est, in bonis eius est , & cum patrimonio ad hæredem peruenit. l.omnes. ff.de actio.& oblig.

Actio iniuriarum quibus casibus tollatur.

TERTIO , morte eius qui conuitiatus est , extinguitur actio , nec contra hæredem eius de conuitio queri potest.d.l.iniuriarum.prima.in prin.vbi iuris est regula,Neq; hæredi, neque in hæredem hanc actionem dari.semper autem excipio,nisi iudicium iam esset constitutum:quia eo casu esset perpetua,& transmitteretur actiuè & pasiuè. & hęc duo posteriora adeo vera sunt,vt etiam stipulatione aut pacto extendi,nouari, aut reuiuiscere non posit actio. Ponamus maledicto lacesitum reo diem dixisse, & vtriusque familiarium hortatu compromissum inter litigatores cum stipulatione de causa inter amicos agitanda & dirimenda : diem iccirco iudicij remissum in aliud tempus,vt interim amicorum honoraria opera experirentur,hac tamen lege vt si inter compromissarios non conueniat , vtrunque promittere iudicio se sistere tempore conuento : nihil deinde actum quo lis finiretur : & alterum litigatorum,post tempus stipulationis elapsum & vadimonium à reo desertum , vita defungi : quæritur an lis continuari posit ex eo,quòd stipulatione,quæ perpetuam habet actionem, res innouata esse videatur ? Clarisimis rationibus decidetur non posse , in l.si cum iudicio. §.si iniuriarum.ff.si quis cautio. accessoriam enim stipulationem eodem iure, quo id cui accedit,metiemur.l.duobus.§.primo.ff.de iureiur. QVARTO , pacto quantumuis nudo aut simplici illa tollitur : adeo vt licet alia quælibet actio pacto liberatorio extincta posit contrario pacto restaurari : tamen iniuriarum semel sublata nunquam reuiuiscit. Non enim ex pacto,inquit Paulus, iniuriarum actio nascitur, sed ex contumelia.

tumelia.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. QVINTO, etiam sine pacto remissa dicitur,si offensus se ita velle liberè dixerit parte absente & non acceptante, etiam in actu reuocabili,vt in testamento: tunc enim si vbi conualuerit velit agere,repellitur, vt dicit glo. final.in §.fi.Instit.de iniur. SEXTO, si inter partes post conuitium ita conuenit,aut inuicem sæpe sint bona gratia collocuti,aut mutuò sese salutauerint,aut dexteras commiserint, aut offenso arcessente coëpulati sint: ex his abolita est actio per reconsiliationem. vt per Bald. in l.filio quem pater. ff.de libe.& posthu. secus si fortè die epulari ad conuiuium simul veniant in domum alienam,aut inuicem pacis osculum admittant: talia enim si relinquantur, ab officio disceditur: ideò præiudicium non ferunt,vt dicit Masuer.tit.de iniur. Idem si lacessitus, honestè se à comessatione excusare non posit: tunc enim durat actio, quia coactus venisse videtur, vt additione ad glos.primam in d.§.fi.de iniur.Instit. SEPTIMO, dici potest iniuria remissa,si post eam acceptam conuitiator offenso obsecutus est, idq; gratum sibi esse ille aliquando declarauit.l.in ipsius.ff.famil.ercisc.& ibi Bald.& in l.liberi.per illum tex.ibi, probationes debent præstare, quòd obsequium debitum iugiter parentibus adhibuerint.C.de inof.testa.Ias.in l.ex hoc iure.numer.64.ff.de iustit.& iur.vbi enumerat antidorales obligationes,& quæ præstanda sint per eum qui obsequium recepit. Nam offensa,sequenti officio aboletur.l.penul.§.primo. ff.de leg.ij. OCTAVO, dissimulatione aboletur iniuria.l.non solum.§.primo.ff.de iniur.& §.fi.Instit.illo tit. Dissimulatur autem iniuria,si audita à lacessito,contemnitur: vt si ridere visus est,& gestu aut verbis,declarare se in animum non reuocare conuitium,ad Platonis exemplum,qui cùm à quodam vehementius lacesseretur,perge,inquit, maledicere, vt qui bene dicere nunquam didiceris. Item & Dionis,qui cùm è conuiuio rediret,& eum quidam insectarentur petulantius, postq; multas eiuratas blasphemias acclamarent, Nihil respondes Dion? Ne γρῦ quidem,inquit. Reuocare autem in animum non est verbis protestari maledictum sibi displicere, & ob id se acturum. sed satis est, prout & necesse est ad actionis conseruationem,lacessitum ob id indignari & iratum abire, vt dicit glo. in d.§.fi.Instit. de iniur.facit l.si quis ita legauerit. §.non solum. & l.pe. §.pe.ff.de ali.legat. Et aduertendum est ad iniuriæ remissionem,illam tantum dissimulationem valere,quæ visa est & cognita tempote rixæ:non autem si postea, vt dicit Io.Fab.in d.§.fi.& ad id faciunt versus Philemonis Græci poëtæ:

Dissimulatio iniuriæ quomodo fiat.

Nihil est iucundius & docto viro dignius
Quàm ferre posse conuitiantem:
Quoniam si ille,cui conuitium fit,
Dissimulauerit,in ipsum redundat iniuria.

VOLVERVNT quidam adijcere conuitiantem liberari, si protinus eum pœniteat conuitij, dicatq; nolle asserere:& affirmet se honori eius,quem offendit,velle deferre.l.quod calore.ff.de regul.iur.& l.diuortium.ff.de diuort. Tamen nihilominus tenentur ad probri æstimationem: vt dicit Ioan.Fab.in d.l.si non conuitij. Natam enim actionem non poterit eripere verbo pœnitentiæ, siue incontinenti siue ex interuallo. l.fin.ff.de pact. Guid.Pap.quæstio.cccclxv. id decisum arresto parlamenti Delphinal.retulit, etiam si eodem verborum contextu nitatur reparare maledicens: vt, vous mentez,sauf vostre grace. Nam ea reseruatione vt nihil impeditur iniuria, ita neque actio.Barto.id antea dixerat in l.si extraneus. in princ. ff.de acquir.hæred. Imbert.suis forens.Institu.lib.primo.glo.§.nec verò otiosum,id iurisd.comment. Pi-

ctauiens.arresto firmatum dicit in quendam qui ex interuallo, scilicet in iudicio fuerat protestatus nolle perseuerare, & asseuerat magis se iracundia quàm ex animo & deliberatè maledixisse. Non omittendum, quòd licet ex CHRISTI præcepto Lucæ XVII. pœnitenti sit offensa condonanda, si deprecetur, atque etiam si non deprecetur: tamen iniuriæ æstimationem retinemus ex illo precepto: nec tenemur illam remittere, tanquam in bonis nostris quodammodo futuram.c.sic illic.xxiij.quæst.iiij. Bar.in dicta l.non solum.§.j.dicit confitentem sacerdoti, qui ex scrupulo conscientiæ remisit iniuriam, posse nihilominus damna repetere: ita vult tex.in d.c.sic illic.iniuriam enim & infamiæ iudicium videtur tantum remisisse, non autem id quod eius interest: quod iudex potest etiam sine probatione æstimare. l.constitutionibus.in fi. ff.de iniurijs.& l.si quid ex Pamphila. in fi.ff.de lega.ij. & l.semper. ff.quod vi aut clam.Io.Fab.in d.l.si non conuitij. dicit quòd iudex antequam æstimet, debet actoris iusiurandum audire super eo quod interest. Hodie contra iniurias negantem sanctione curiæ Paris.agitur extraordinariè & summariè: forte per l.fi.ff.de iniur. Non prætereundum est id quod tenuit Tiraq. in titulo de retraict lignager, in verbo ne peult.numer.7. actionem hanc iniuriarum cedi non posse. Addo Io.Fab. in l.certi. C.de hæredit. vel actione vendit. contra Io.& licet glo.ibidem dubitauerit, tamen idem Fab.tenet non posse.Guid.Pap.Singul.1218. post Petr.Iacob.in titul.de actio. iniur. ex l.Cornel. per l.si nomen. ff.de actio.vel hæredita.vendit. notat cedi posse. Mihi magis placet prior opinio, & eam iudicando semel secutus sum: vt tantorum virorum scilicet Fab.& Tiraq.autoritate munitam insignem & magis speciosam. Et licet de iure communi, æquè admittatur is qui conuitium sibi absenti illatum prætendat, ac si præsenti illatum esset, l.item apud Labeonem.§.conuitium autem. ff.de iniur.tamen Tholosæ non ita, quia absenti facta iniuria, actionem non producit: nisi scriptis aut carmine famoso publicata sit, aut reiterata sæpius in absentem, vt dicit Bened.in repetitione sua.c.Rainutius.in verbo,& vxo.nomi.Adelas.num.991. Dubium notabile solet in hac materia tractari de mutuis iniurijs: an excusentur compensatione: quidam asserunt conuitiantem excusari si repellendo protulit: arg. l.vt vim.ff.de iusti.& iure.& l.quoniam multa facinora. C.ad leg.Iul.de vi pub. Alij negant excusari, cùm verbalis iniuria propulsationem non habeat: vt dicit Petr.Iacob. tit.de actio.iniur, Præto.vsus vtrunque agentem admisit: prouocatum tamen leuius damnando ob iustum dolorem, qui nisi à constantissimo retineri non potest. l.iij.de diuort.& l.si quis graui.§.si causa maritus. ff.ad Sylleia.& l.si adulterium. §.Imperatores.ff.de adulter.

Iniuria offensam qui remisit damnum remisisse non videtur.

Eius quod interest æstimatio quomodo fiat.

Iniuriarum actio an cedi possit.

Iniuria absenti facta quãdo actionem paras.

§. XVI.

DENIERS de collectes & imposts, clames, amendes, defaults, & exploits de iustice, se prescriuent par trois ans: s'il n'y ha innouation.



NON PERPETVI autem, inquit August.Imperator, exactores teneantur in continuata vexandorum prouincialum potestate, velut concussionum dominatione, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo ciuitatis, aut autoritas ordinis eos per biennium esse compellat.l.neminem.C.de susceptorib.præposit.& arca.lib.x.qua sanctione annumerantur

Exactores tabularũ annui tãtũ sint.

tur causæ quibus munus in perpetuum esse non debet, sed annuum tantum. vt l.siue ex Prætoriano. ibi, sciat se intra anni metas. de executo.& exactorib. lib.xij.C. & l.misi opinatores.de exactorib.lib.x.& l.obsistere.de anno.& tribut.lib.eodem. Hic autem statuentium æquitate, mihi videtur vtrique prospectum, tam exactori quàm debitori: vt scilicet ius exigendi non breuiori tempore quàm triennio concludatur: alioqui diuexandorum debitorum exactori daretur occasio: eaq; vt iusta fortasse, sic omnino minimè ferenda: cùm ne in eum recidat inopis onus, omnia antè moliatur, nihil quantumuis durum aut inhumanum prætermittat vt ab alio extorqueat quod ferre ipse nolit. Illud tamen receptum est, vt si adeo inops sit, qui debet vt satisfacere nequeat, sitq; munus personale quod exigitur, aliorum ciuium, qui soluendo sunt, oneri cessurum sit, quod ille præstare non potest. l.honor.§.fi. ff.de muner.& honor. eadem enim semper manet adstricta ciuitas. Et quod quidam non possunt, præstabunt reliqui.l.sicut.ff.quod cuiusque vniuersi.& l.proponebatur.ff.de iudic. Contrà esset, si singulis princeps certum quid indixerit: quia eo casu aliorum inopia alijs oneri esse non solet.l.j.C.vt null.vic.pro al.lib.xj.C.vide pro his Bart.in l.semel.C.de apoch.lib.x.Item & si munus obeundum reale sit, idem est dicendum, vt nemo scilicet quantumuis inops, onus suum & pro re capitationem, in alium, ad quem ea res nihil pertinet, possit reijcere: vt per Bartol.in l.secunda.C.de operib.pub.& latè per Mauric.in repetitio.l.j.quo loco mul.mun.sub.sole.lib.x.fol.mihi. 284.

Statuti vtilitas quo triẽnio durat tributi exactio

Inopis tributum reliqui ciues quãdo subeant.

CLAMES, AMENDES, DEFAVLTS.

IVDICATI actio (inquit Modestin.) perpetua est: Item hæredi & in hæredem datur.l.miles. §.fin.ff.de re iudic.quod semper verum est, etiam si super actione breui peritura iudicatum sit: vt per glo.& Bartol.ibidem.nume.3. quæcunque enim quæ per sententiam attributa sunt, aut actione iudicati aut sententiæ executione obtineri possunt. Illa autem ordinariè, vt libello porrecto: hæc verò summariè & officio iudicis, expeditur: vt dicit Bart.in l.intra dies.ff.de re iudic. Et licet actor de iure eligere possit, vtra via malit experiri, actionis an verò executionis, l.si à te.§.pen.ff.de except. rei iudica. tamen Franciæ vsu id immutatum est, ne actor proteruus cum præsens executionis remedium habeat, reum ad maiores sumptus reuocet. Imbert.lib.j.instit. §.nec verò otiosum.in glo. in verb.restitutio. dicit quòd mulcta ob iudicis spretum mandatum, aut ob delictum commissa, post annum exigi non potest: prout nec iudicatum executioni mandari: alleg.Bart.in l.vna.ff.si quis ius dic.non obtemper.tamen hodie cum rescripto principis aut iudicis venia, talia expediuntur. Contumaciæ autem de quibus textus statuti mentionem facit, fisco commodæ & vtiles sunt (quibus in contumaces) mulctæ nomine certa pecuniæ summa quæritur: iudicem enim offendere videntur. Et licet, iure ciuili hæc mulcta sit arbitraria, l.vnica. ff.si quis ius dic.non obtemper. tamen ferè vbique ad certam summam vsu redacta est: quam iudex neque minuere potest, ne fisco detrahat: nec item augere, ne partem opprimat. Septem verò solidorum summam continet, aut sæpius minorem.

Actio iudicati perpetua est executio annalis.

Mulcta contumacia qua fit.

§. XVII.

EMOLVMENS de actes de court, defaults, grosses de sentences,

tences, & autres actes, se prescriuent par trois ans, sinon quil y ayt innouation ou proces intenté.



Actuariorũ salaria trię-nio prascribuntur.

Licet ea quæ in publica monumenta translata sunt, firmitatem habeant perpetuam, & nunquam debeat perire publica fides, l.fi.C.de re iudic.tamen æquum non est actuariorum actiones, pro salario perpetuas esse: & has bono iure statuentes ad instantiæ similitudinem extendi voluerunt, iuxta not.in l.properandum. C.de iudic. Similis est regis Ludo. XII. constitutio pub.anno 1512. artic.xlviij. Et quia ante statuti huius reductionem erat emissa, hic superfluum fuit rem actam agere. Bened.in repetit.sua. in verbo.si absque lib.morer.ij.numero 189. talia quinquennio limitat ex Tholosana obseruatione: quod probat fundatq; æquitate.l.quicunque C.de apoch.publ.lib.x.Id autem maximè æquum est, si conductum munus hi scribæ exequantur, in quibus verisimile non est tandiu petitionem horum dilatam esse.

Actuarij cõductitij verisimiliter sua iura non differunt.

§. XVIII.

ARRERAGES de rentes constituees à prys dargent se prescriuent par cinq ans: ensuiuant lordonnance: & arrerages de cens portans directe seigneurie par dix ans.



Qvantvm ad priorem statuti partem attinet, constitutione Lud.XII. artic.lxxj. id notabili ratione ibidem descripta erat edictum præclara mulcta, de annuis his præstationibus pecunia quæsitis, quatenus admittantur, tam pecuniariæ quàm frumentariæ & aliæ huiusmodi: & quas pactiones recipiant, congessit Imbert.in gl.d.§.cęterum.de commentitijs.Io.Fab.in l.quoniam.in fi.C.de pact.pign.tenet, cùm tales pensitationes intra tempus xxx.annorum, etiam citra conuentionem possint redimi: non valere pactum, etiam iuratum, quo luitio interdicta sit ad certum tempus: nisi tamen id tempus ad lapsum xxx. annorum remissum sit, quia eo casu valeret pactum, vt iuri conforme: cùm & sine pacto post triginta annos illæ non redimantur. qui locus Fabri corruptissimè lectus est sine negatiua, adeò vt dicat quilibet Fabrum sustinere pactum: cùm tamen post eius sententiam dicat, etiam si super id iuratum sit, tamen non valere.quibus secum non conueniret si affirmatiuè legeretur. Adijciam tantum hominem, quantus fuit Faber, & post cognitos iuris interpretes autoritatis probatissimæ, verisimile non esse sententiam tam absurdam voluisse dicere: quæ re vera ab omnibus explosa est, etiam ante eum, vt quæ pactum vitiosum & vsurarium probaret, vt dicit Bald.in c.j.de feud.dat. in vic.leg. commisso.& iudicio curiæ Paris.sæpe reiectum est.

Pensio intra triginta annos redimi potest nec valet pactũ contrarium

Qvantvm ad posteriorem partem statuti attinet, quæ est de solarij reliquis decennio præscribendis, constitutio illa regia nihil statuit, sed excepit magis: remisitq; ad ius commune, quo iure legitimo tempore illa præscribuntur: & ideo xxix. annorum peti possunt: vt dicit Io.Fab.in l.cùm notissimi.prope fi.C.de præs.xxx.vel xl.ann. vide Guid.Pap.quæst.ccccvj.& seq. Ad vtranque partem notandum reliqua cauta,

Censualia reliqua quo tẽpore præscribantur.

cauta,& de nouo in calendarium redacta, reliqua amplius non esse, & ideo præscriptione hac non impediri.l.prædijs.in princip.ff.de lega.iij.

§. XIX.

ACTIONS de rescision de contracts par deception doultre moitié de iuste prys ou dautres contracts quelconques, fondez sur dol,fraude, circonuention, crainte ou violence, se prescriuent par le laps & espace de dix ans continuelz, à conter du iour que lesdits contracts ont esté faits:entre maieurs & capables, en ensuiuant lordonnance.



LVDOVIC. XII. Item edixerat constitutione publicata anno 1512. articulo xlv.tam in regionibus consuetudinarijs, quàm in his quæ iure scripto reguntur: idq; ita nominatim insertum est:& ideo statuentes, prout alibi sæpius rem superfluam otiosi scripserunt. quod & hoc loco à publicantibus,qui summi viri fuerunt significatum fuit. Accur. in l.penult.in verbo,non posit.C.in quibus causis cessat long.temp.præscript.& in l.fi.§.fi.C.de edit.diu. Ad.toll. & Io.Fab. in dicta l.penult. asserunt decem annos tantùm durare actionem ad rem repetendam, quæ modico distracta est. Iidem in l.rem maioris pretij.C.de rescin.vendit.dicunt tribus modis agi: primò,actione ex eo contractu: secundò, condictione ex ea lege: tertiò,officio iudicis. quarum quælibet perpetua est. & has ideo glo.in verbo iudicis, ibidem dicit durare triginta annos. hodie bonis causis ad decennium hæc omnia sunt conclusa:in quo nemo dubitabit, quadriennium post minores annos elapsos comprehensum esse:iuxta ea quæ præclarè notat Ioan.Fab.in l.fi. C.de repud.hæredit. Idq; cum inter plures controuersum esset, hodie satis liquidum factum est Franc.constitutione publicata anno 1539. artic.cxxxiiij. vbi post ætatem triginta quinque annoruum, nemo super his audiri potest.Quæ constitutio non tam nouum ius induxit,quàm vetus,quod erat, interpretata est. Remedia autem nostra in casibus hic expresis tam statuto nostro quàm lege scripta dantur: vt si decepti sunt contrahentes vltra dimidiam iusti pretij. d.l.rem maioris pretij.secundò, si dolo aduersarij.l.si dolo.cum glo.in verbo,rescindi. C.illo titu.secus si dolo tertij.vt ibidem dicit Ioan.Fab. Tertiò,si vi & metu.l.si vi & metu. & l.non interest. C.de his quæ vi metúsve caus.gest.sint. Quartò, si per impresionem.l.si per impresionem. C.illo titu. Quintò, si per impotentiam aut violentiam. l.venditiones. C.illo titu.locumq; habent illa remedia in omnibus contractibus: vt diuisionibus.l.maioribus. C.commu.vtriusque iudic. Item & in contractibus stricti iuris,vt dicit Ioan.Fab.in d.l.rem maioris pretij. Tamen transigentes excludi debét. l.Lucius.§.fi.ff.ad Trebel. Item & donator.l.si quis argentum.§.siautem hoc maximè.C.de donat. Ioan.Fab. & glo.in d.l.rem maioris pretij. dicunt & tertio locum his remedijs non esse, si venditor nominatim renunciauerit his cum iuramento: tamen hodie cum prælati absolutione contrà obseruatur, etiam si accessoria fiat donatio huius quod pluris valere potest:vt dicit Alciat.in repeti.l.j.§.si quis ita. ff.de ver-

Deceptus ultra dimidiā iusti pretij qua de iure remedia habuit.

Emptorē ultra dimidiā iusti pretij deceptū restitui. borum oblig. Accurs.in dicta l.rem maioris pretij. asserit emptoribus & venditoribus remedium dari, si vltra dimidiam decepti sunt. & ita ex rescripto mihi directo Rodane semel iudicaui anno 1543. id not.Petr.Iacob.in for.lib.act.ex vend.quan. vend.decep.est vl.dimi.iusti pretij.vers.libellus.Domine Iud.conqueror.

§. XX.

FACVLTE de racheter totiens quotiens, est prescriptible par le laps & espace de trente ans.



NTER iuris professores de hac præscriptione parum conuenit Fabianus in tractatu de empt.& vendit. tenuit nullo tempore deperire ius retinendi, si conuentum sit vt quandocunque res vendita redimi posit.Non repeto hic quæ ille sua concertatione complexus est.Boër. decisio.clxxxij. in prima parte. numero 5. ex promptuario Motolonij asserit Burgundiæ senatum hanc Fabiani sententiam iudicio & arresto suo probasse: Alber.de Rosat.in l.ij.in fi.C.de pact.inter empt.& vendit. tenuit quadraginta annis præscribi. Mouetur autem, quòd eandem habent rationem redimens ex pacto quandocunque redimendi,& posterior creditor offerens priori.nam id offerendi ius quadraginta annos durat. l.cùm notissimi. §.eodem iure. C.de præscript.xxx.vel xl.annorum. Postremò Ioan.Fab.in dicta l.cùm notissimi. ibi, sed quid si fecit pactum venditori. tenuit post xxx.annos, ex eo pacto venditorem ad redimendum non admitti:idq; bona ratione:nam huic cùm liceat ex pacto quandocunque redimere, habet actionem ex vendito,aut præscriptis verbis,vt formaliter in tex.l.si fundum.C.de pactis inter empt.& vendit.quia re vera tale ius ex actione,non ex mera facultate denominandum est. Et ideo hæ actiones cum cæteris personalibus eo tempore intereunt.l.sicut. C.de præscript.xxx.vel xl.annor. Hanc opinionem secutus est Ias.in l.si mater.in fi.C.de instit.& substit. dicitq; se semper ita respondisse. ea enim verba quandocunque imperpetuum,aut totiens quotiens,præscriptionem nihil impediunt, etiam pacto quantumuis iurato apposita: Instit.de perpe.& tempor.actio.in princip. cum ibi not.& tex.in l.Prætor. §.hoc interdictum. cum glo.ff.de noui oper.nuncia. quæ posterior sententia hodie passim obseruatur, eamq; probauit pluribus arrestis Curia Parisiens.& certè verior est.

Facultas redimēdi quo tempore præscribatur cōtrouersū apud doctos.

Opinio Fab. ut post annos xxx.venditor non admittatur.

Opinio Fab. recepta à senatu Parisiens.

§. XXI.

LA maniere de leuer & payer dismes, & aussi la quotité diceux, se prescriuent par le laps de quarante ans: sans ce que le curé ou autre dismier en puisse quereler autre quotité que celle qui ha esté accoustumee.



VIVS §. summam videbimur consecuti, si per quosdam veluti articulos ac membra, ea excusserimus omnia, quibus tota hæc materia continetur. Sunt autem quatuor capita totius rei:neque potest paucioribus absolui. Primum erit, quomodo,& à quibus decimæ sic posint posideri, vt præscribantur. Alterum, an præsc

an præſcriptione, aut conſuetudine, laici ſe à decimis eximere poſsint. Tertium, de quota decimarum. Poſtremum, quibus modis illæ exigantur, & quibus modis ſoluantur. Quorum capitum duo poſteriora ſtatuentes noſtri, duobus prioribus omiſsis deliberauerunt. Quantum autem ad primum attinet, ſatis notum eſt, omne decimum nobis naſcens, Domino, ex eius præcepto, eſſe ſanctificandum. Leuitic. XXVII. Atq; ideo decimas eccleſiaſticis hominibus eſſe offerendas. c.j. & c.cùm non ab homine. & cap.tua nobis.de decimis. Quarum percipiendarum ius vt laici poſsidere non poſſunt, ita nec præſcribere. c.cauſam quæ.de præſcriptio. Sed tamen id verum eſt, ſi ſimpliciter & ſine titulo has laicus prætendat: ſic, vt interrogatus cur poſsideat, non aliter reſponſurus ſit, quàm quia poſsideat. Diuerſum verò eſt, ſi titulum habeat. nam eas & poſsidere & præſcribere cum titulo poteſt. Id autem in triplicem caſum elargimur. Primò, quanto laicus, pontificis priuilegio capax factus eſt decimarum poſsidendarum: iuxta not.in.c.ij.de iudi. Id autem verum eſt, ſi iuſta cauſa ſuaſerit, vt illud priuilegium daretur: alioqui enim non ſatis tutum eſſet, ſic poſsidere, vt dicit Panor. in c.à nobis.de decimis. & glo.in c.non eſt.de vot. Secundò, ſi laicus eas ab epiſcopo teneat feudatarias: probetq; titulo id ſibi conceſſum eſſe ante decretum Lateranenſis concilij. text.eſt, & ibi not.docto.in c.cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen.cap. Tertiò, quando laici poſſeſsio, quod ad decimas pertinet, ſic continens, ſic vetuſtate confirmata eſt, vt initij eius memoria non extet, neque id vnquam viderint quantumuis ſenes & annorum pleni, ac ætate confecti. Quæ res hanc interpretationem accepit, vt ſi hac de cauſa turbetur, ſatis ſit, ſuæ tam annoſæ poſſeſsioni tituli allegationem addere: quem etiamſi non proferat aut probet, ſatis habet tamen ad turbationem compeſcendam, vel eccleſiaſticam. gl. eſt in verb. detinere. in fi. in c.cauſam.de præſcript. vbi Felin. not. Card. Anto. de Butr. in d.c.cum apoſtolica. Alius eſt & quartus caſus, quo, etiam ſine vllo tit. laicus in poſſeſsione decimarum retinetur, ac conſeruatur: quando ſcilicet, eas contra laicum, titulo antea poſsidentem, præſcriptione obtinuit. vt dicit Card. in d.c.cauſam quæ. tunc enim cum eccleſia magis de lucro certet quàm de damno vitando, debet repelli. arg. l. ſi quis mancipijs. §. Proculus. verſic. nam videri. ff. de inſtito. actio. Sine controuerſia autem eſt, pleno iure licere eccleſiæ aduerſus eccleſiam præſcriptione decimas lucrari, ſi modò quadraginta annos poſſederit. c.ad aures.de præſcriptio.

Decimas qui poſsidere poſsint.

Decimarũ quando laicus ſit capax.

AD SECVNDVM, quod eſt de decimarum exemptione, res eſt, vt loquimur, indubia, nullo modo fieri poſſe, vt ab illarum præſtatione laicus omnino ſe vllo tempore poſsit liberare. Nam, vt inquit Auguſti. in c.decimæ. xvj. quæſt. prima. ſi tardè dare peccatum eſt, quantomagis omnino non dediſſe? Deus enim pro ſigno proq; argumento vniuerſalis dominij decimas ſibi retinuit, &, vt ſoluerentur, inſtituit: quas ſuas eſſe tam multis locis aſſeuerat. d.c.tua nobis. vt quantumuis longa poſſeſsio non excuſet: imo verò cogi poſſunt agricolæ, vt decimas dependant, quas eſſe iure diuino conſtitutas, manifeſtum eſt. vt dicit Henric. Bohic. in c.penult. colum. penulti. de decimis. & Hoſtien. in ſumma illius titul. in vij. quæſt[illegible]o. gloſ. in verb. conſuetudine. in c.in aliquibus.de decimis. vbi Inno. Guid. Pap. quæſtio. cclxxxiiij. Vrget item quòd in modum præcepti inductæ ſunt. Exod. XXII. Decimas (inquit) & primitias non tardabis offerre. glo. in c.j.de decimis. glo. in l.fin. §. patrimoniorum. in fine. in verb. pontifex. ff. de muner. & hono. Illud eſt notandum, & quotidie vſu venit & obſeruatur, quod not. Franciſc. Balb. in tracta. præſcriptio. numero 46. quòd licet exem-

Decimæ præcepto inductæ.

g 2 ptio

Decimarũ exẽptio præscribitur cõtra laicum.

ptio decimæ à laico contra ecclesiam præscribi non poßit, contra laicos tamen decimatores potest.

Decima quota quæ sit de iure.

TERTIVM caput de quota decimarum est. Hæc de iure diuino & humano decima est. idq; fert proprius huius verbi sensus. Nam vt dicitur in c.cùm homines.de deci.nouem partibus sibi retentis decimam siue decimationem solui oportet. facit quod est Leuit.ca. XXVII. omne decimum nobis nascens esse Domino sanctificandum. Glo.in d.c.in aliquibus. tenet consuetudinem non valere, qua xij. aut xiij. pars tantum soluatur. Hostien. tamen in dict.summa post multa in vtranque partem disputata tenet, laicos, etiam si decimam præscribere non poßint, eius tamen quotam posse.cùm etsi se à tota decima eximere non poßunt, à tanta tamen poßint. vt dicit Henric.Bohic.in d.c.peruenit. Quam opinionem consuetudo sic obstinantè, sic pertinaciter excepit, vt nullibi ferè de quota conueniat. Alij nanque decimam partem, quæ iuris est: xij. alij; alij xiij. aut xiiij. idq; frequentius. Alij item xv. xx. tantum alij soluunt. vt agricolæ Vallis montium in Comitatu Niciæ. vt mihi cognitum est illic agenti in vrbe Barcelonæ, ob quædam negotia Do. Anto. Deltuys de Chasteaumorand (quem honoris causa nomino). Et in his valet præscriptio, consuetudinem inueteratam inducens: quæ pro lege non immeritò custoditur, etiam contra ius scriptum, à quo per dissuetudinem discedi liberè potest. l.de quibus. §.inueterata enim consuetudo pro lege habetur. ff.de legib. ita tamen vt non minus sexagesima laici offerre poßint, etiam ex more quantumuis inueterato, nec sacerdotes minus quadragesima. vt per Hostien.in d.c.j.de deci.per illum text. Abb.& docto.in d.c.in aliquibus. non valere consuetudinem de quota decimæ diminuenda, nisi ea à summo Pontif.fuerit approbata, aut nisi contra laicos tantum inducta: vt dicit Boër.quæst. ccxxxvj.num.3. ibi, tamen vbi esset. Sed tamen in Francia contrà obseruatur, tam contra ecclesiam quàm contra laicos.

Decima quota præscribi potest.

Decimalis quota diuersitas.

Decima statim, ac nulla deducta impensa solui debet.

QVARTVM & postremum est, qua forma, & quo modo decimæ exigantur, & soluantur. Sunt autem hæc duo coniuncta: vt si exactionis formam tenuerimus, solutionis forma in promptu & expedita sit. Fructus autem vbi perceptus & recollectus est, continuò decimari debet.c. cùm homines.ibi, statim.de deci. Nec impensa aut cultura ius decimæ minui potest. c.non est in potestate hominem. eo tit.non tamen idem vbique modus exigendi aut soluendi est. Alij nanque in granis ex more satisfaciunt: vt in Vallis montium Niciæ: sed id non statim. Solent enim disiectas merces asportare, atque inde exterere: & post trituram iuramento suo, decimarum rationem conferre vicarijs, qui colonorum domos hostiatim adire tenentur. Quæ tamen consuetudo iniquißima est, vt diuino iuri contraria, & quæ peccanti illecebra est. Alij verò in secandis frugibus id obseruant, vt decimam partem relinquant, dissecandam ab eo cui decima debetur. Alij rursum post fructus à solo remotos, ex numero & frugum quantitate conijciunt, etiam nemine vocato, quid ipsi debeant. atque id in fundo relinquunt. Alij verò neque conijcere ipsi, neque fructus è fundo subducere poßunt, nisi domino decimæ aut eius vicario præsente aut certè vocato. Quo certè modo melius res sanctiusq; agitur. Et cùm tam inueterata decimæ soluendæ consuetudo pluribus Franciæ diœcesibus inualuisset, vt ferè iam omnino à iure atq; à bonis moribus discessum esset, & diminutum magna ex parte patrimonium ecclesiæ, Rex noster Franciscus eius nominis primus, præsulibus omnibus Delphinalibus, pluribusq; alijs huius regni concesit, & edicto cauit (iuris forma & moribus antiquis,

Decima pendens relinquitur.

Decima ex numero frugum.

Decima non nisi vocato domino.

Francisci regis super modo decimadi edictum.

quis, intermedij temporis malitia obsoletis, in vsum reuocatis) ne colonis liceret in posterum fructus è fundo leuare aut aliò asportare, nisi vocato vicario & decima soluta. hac lege tamen, vt oporteat decimæ dominum, aut eius vicarium à loco proximo non abesse. Simile edictum ante paucos dies in auditorio nostro Forensi accepimus & legimus, pro clero Lugdunensi: modicè tamen à senatu Parisien. temperatum. est autem illud edictum cum maximè rationabile ac iuri consonum, tum verò nostris his temporibus vtilissimum. Decimam enim nemo negabit esse fructuum partem. d.c.cùm homines. & decimæ dominum itidem & fundi esse: arg. l.illud quærendum. ff.pro soc. Et ideo, vt dicit text. in l.meminimus. in princip. C.quan. & quib. quart. pars. lib. x. naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur, vtq; se nihil habere, nisi qui totum habeat, putet. Diuisio item talium fructuum soli colono licere non debet. d.l.meminimus. ibi, sub aspectu æstimari diuidiq; concedimus. facit l.Sabinus ait. ff.commu. diuid. causæ enim suæ adesse nemo iure prohibetur, etiam si procuratorem dederit. l.Paulus. ff.de procurato. Et generaliter ius admisit, actui adesse omnes quorum interest. l.si suspecta. in princip. ff.de inofficio. testa. & l.nam ita diuus. de adoptio. Guid. Pap. quæst. cclxxxiiij. scribit, iudicio parlamenti Delphinalis suo tempore fuisse inhibitum, ne fructus è fundo subducerent, aut asportarent, nisi præsente ad id aut certè vocato ipsius decimæ domino, aut eius vicario vel nuncio.

Decimæ dominus qua ratione uocari debet.

§. XXII.

CENS portans directe seigneurie & autres deuoirs annuelz, sont prescriptibles par lespace de trente ans contre gens laiz, & contre leglise par quarante: fors & excepté par celuy qui aura recongnu, ou qui auroit esté condẽné iceux payer: car celuy qui les auroit recongnu, ou qui auroit esté condemné iceux payer, ne les pourroit prescrire de son temps: mais son heritier qui nauroit passé tiltre nouueau, pourroit commencer à prescrire, & vser de la prescription de trente ou quarante ans.



IN HIS promissionibus (inquit Iustinianus) legatis vel alijs obligationibus, quæ dationem per singulos annos continent, tempora memoratarum præscriptionum, non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni computari, manifestum est. l.cùm notissimi. §.in his. C.de præscriptio. xxx. vel xl. anno. Volunt autem Bulg. & Roger. text. eo loco, in his verbis, ab initio anni, intelligi vbi cessatum est à solutione pensionis. quia tunc ius incipit præscribi. appellatur verò pensio huiusmodi solarium. à solo scilicet. l.ij. §.si quis nemine prohibente. ff.ne quid in loc. public. vel itin. fiat. Et superiori quidem sententiæ multum admodum adstipulatur text. in l.si quis emptionis. §.fin. C.de præscriptio. xxx. vel xl. anno. Exceptionem (inquit) xxx. vel xl. anno. in illis contractibus, in quibus vsuræ promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor vsuras minimè persoluit. Quem text. licet de vsur.

nominatim sanciat, tamen de præstationibus omnibus annuis intelligi voluit Fab. ibidem. Itaque per hanc l.si quis emptionis. commodè poterimus interpretari §.in ijs. cuius verba suprà retulimus. l.non est dubium. C.de legibus. Hac autem de re plures vel vsque ad nauseam scripserunt: sic tamen vt ipsi inter se non satis conueniant.glo.in c.tua nobis.de decim.Feli.in c.ad audientiam.de præscriptioni.& Mart. in d.§.in ijs. dicunt omnino non præscribi. Bart.contra Salic.& Io.Fab.in d.§.in ijs. Innoc.& Hostien. in c.constitutus.de religio.domib. Guid.Pap.quæst.ccccvj. Boër. decisio.cccxxxvj.in secunda parte. Idem in consuet.Biturig.in titul. de præscriptio. numer.4. latissimè omnium Philipp.Corn. in consil.43.num.4.volum.ij. Quorum opinio recepta est in pensione debita priuato: nam si principi aut superiori ex causa honoraria in signum prærogatiuæ deberetur, præscribi non posset, vt tenet Bald. in l.item si verberatum.§.si quis.de rei vendica.facit c.tua nobis.de decim.& ibi glo.& c.omnis anima.de censib.& l.comperit.C.de præscript.xxx.vel xl.anno. Sed hoc statutum nostrum pensitationem priuatam tantum & realem expresit: his verbis, portans directe Seigneurie. quæ haud dubiè præscribitur eatenus, quatenus possideri potest. Nam si (vt huius statuti textu legitur) colonus debere se sciat, veluti quia condemnatus, aut in libris censualibus professus est, nullo tempore præscribit. quia possidere dici non potest.c.causam quæ.de præscriptio. suo enim tempore non præscribent, qui contraxerunt, aut damnati sciunt certò se debere. vt dicit idem Corn. consil.338.num.39.volum.j. Dominus enim directus ciuiliter possidet: colonus verò emphyteoticarius, naturaliter tantum.l.j.cum gl.in verb.conductionis.C.de iur.emphyteut. Quæ naturalis possessio sola ad præscribendum non sufficit. l.malè agitur. C.de præscript.xxx.vel xl.anno. vbi Io.Fab. in emphyteota casum ponit. Cyn.in l.j. C.commu. de vsucapio. eum qui possessionem interuertisset, dominumq; expressa contradictione repulisset, præscriptionem inchoasse censuit, illamq; complere posse. quod certè verum est etiam contra sententiam aut professionem. d.l.malè agitur. & l.si quis emptionis. §.fin. Tempus autem huiusmodi præscriptionis de iure inter laicos, triginta annorum est. d.§.in ijs.contra ecclesiam verò quadraginta.authen.quas actiones. C.de sacrosanct.eccles. & c.ad aures.in fin. de præscriptio. Illud est annotandum, quòd hoc statuto census annui tamen mentio facta est, directi verò dominij nulla omnino. Quod quoniam ita est, de eo ad iuris communis dispositionem statuendum erit. Sunt enim diuersa, solarium siue census, & ius directi dominij: cùm alterum sine altero esse, ac stare posit: & de altero ad alterum nihil inferatur. l.si autem. ff.de exceptio. & l.si maritus. ff.de donatio. inter vir.& vxo. & hoc apud vnum, illud verò esse ac residere apud alium potest. Sæpe enim videmus sacerdotio census esse consecratos: iure ipso dominij consecranti saluo.quod in laudemijs & recognitionibus consistit: in operis item & reliquis iuribus honorarijs: Quæ mihi ptiora ac potiora esse videntur cum iure feudi, aut muneris coronarij: quod quatuor casuum est.l.vnic.de aur.coronar.lib.xj.C.aut cùm iure operarum, quod sæpe à directo dominio deducitur, debent constitui: vt scilicet tunc tantùm præscribi incipiant, cùm recusantur, aut contradicuntur.d.l.malè agitur.& l.comperit.eod.tit. Rarò nanque contingunt, atque adeo incerta sunt, vt si quando forte contingant, vix ea dominus euenisse sciat.quamobrem non tam facilè quàm cætera, præscribuntur. Et hæc fuit Masuerij sententia, in titu.de præscriptio.vers.item facit quod emphyteuta. facit lex & Attilicinus. quam nemo allegat. ff.de seruitut.rusticorum prædio. Item facit

Præstatio debita superiori in signum prærogatiuæ non præscribitur.

Dominiũ directũ an & quomodo præscribatur.

facit in argum.quòd præſcripta iuriſdictione,licet poteſtas coërcendi,ſit ſine ea quodammodo inutilis. l.fin.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdict. & c.ex literis. de offic. deleg. præſcripta tamen ob id non videtur cum iuriſdictione. c.cùm contingat. de for.competen.per Iaſ.in l.poſsideri.in princip.num.28.de acquir.poſſeſsio. Item nec legato cenſu legatum videtur directum dominium.l.fi.de contrahen.empt.& l.ſumma ratione. §.emptor. ff.de pecul. idq; tenet Guid.Pap.quæſt. cclxviij. vide Iaſ.pro hac materia in conſil.37.col.1.aliam limitationem huius §.vide infrà §.xxxij.hoc tit.

§. XXIII.

TOVTES autres choſes preſcriptibles,ſe preſcriuent par le laps & eſpace de trente ans, contre toutes perſonnes, excepté contre leglise : ou il y ha quarante ans : & ha lieu ladite couſtume ſeulement contre ceux,qui ont pouuoir & faculté de pourſuiure leurs droits en iugemens contradictoires.

NOVA lex & quæ hodie in regnó Franciæ obſeruatur, atque adeo non tantùm in ijs prouincijs quæ moribus reguntur & conſuetudine,ſed in ijs etiam quæ iuris ſcripti eſſe cenſentur, ita refert Boër.pluribus areſtis eſſe declaratum,in deciſio.clxxxij.nume.12.in prima parte. Itaque abrogatę ſunt atque in deſuetudinem abierunt,tot legibus repetitæ rerum immobilium præſcriptiones,longi ac longiſsimi temporis,quæ olim decem annis inter præſentes, viginti contra abſentes conſummabantur. l.ſuper longi. & l.fin. C.de præſcript.long.temp.x.vel xx.anno. præterquam apud Pictauos:apud quos ſuo ſtatuto quædam res præſcriptioni ſubijciuntur. Obſoleuit item rerum mobilium vſucapio:atque etiam actionum pro his competentium,quæ antiquo iure,anno:nouo verò triennio complebatur,vt dicit glo.in l.nunquam. §.j.de vſucapio. & Inſtit.eod. tit.in princip. Hodie verò exæquata ſunt iſtæc omnia : atque ita & res mobiles, & immobiles,& actiones,quæ pro ijs dantur,triginta duntaxat annorum præſcriptione depereunt,vt dicit Boër.in tit.de præſcriptio.§.fin. Huius tam longi temporis præſcriptionem Iureconſulti veteres neſcierunt. vt in glo.l.qui occidit. §.j.ad leg.Aquil. ſed eſt àb Imperatorib.& inuenta & approbata.Corn.conſi.293.num.21.vol.j.

Præſcriptiones rerum immobiliũ redactæ.

Vſucapio rerum mobilium vſu obſoleta.

PRESCRIPTIBLES.

VSVCAPIONEM (inquit Caius) recipiunt maximè res corporales : exceptis rebus ſacris,ſanctis, publicis, populi Romani & ciuitatum : item & liberis hominibus. l.vſucapionem.ff.de vſucapio. Res enim ſacra cùm in nullius poſſeſsione eſſe poſsit. l.ſacra.ff.de rerum diuiſio.non poteſt præſcriptione acquiri.§.j. Inſtitut.de vſucapio. Sanctæ quoque res,cuiuſmodi ſunt Mœnia ciuitatum & vrbium.l.ſacra.§.muros.& l.ſanctum.ff.de rerum diuiſio.non præſcribuntur. quemadmodum nec ea quæ ciuitatibus publica ſunt.l.præſcriptio.illo titu.& l.præſcriptio.C.de operib.public. Item nec liber homo.cano.placuit.§.poteſt. verſi.quod ſi priuatus.& ſeq.§.xvj.quæſtio.iij. Quinto non præſcribuntur quæ ſunt incorporalia.d.l.vſucapionem.à contrar.ſenſu. Quod ipſum ſummo quidem iure verum eſt.l.ſi ſeruus.§.incorporales.de acquir.rer. domin.

Res minimè præſcriptibiles.

domini.sed contrà obtinuit vsus æquissima interpretatione. Sextò, via publica. l. viam publicam. ff. de via public. Septimò, res pupillaris. l. bonæ fidei. de acquir. rer. domi. nam cùm alienari non possit. l. lex quæ tutores. C. de adminisi. tuto. verum erit dicere nec præscribi posse: cùm alienationis verbo vsucapio contineatur. l. alienationis verbo. ff. de verb. & rer. signif. facit. l. si ab eo emas. ff. de vsucapio. Octauò, seruitus sine ædificio aut fundo. l. si aliena res. §. hoc iure vtimur. de vsucapio. Nonò, pignus. c. si diligenti. de præscriptio. & l. non solum. §. qui pignori. & l. pignori rem acceptam. de vsuc. & l. creditores. C. de pignor. actio. Decimò, res hæreditaria expilata. l. si homo. de vsucapio. Vndecimò, res furtiua. l. si rem mihi subreptam. & l. sequitur. §. de illo. eod. tit. & §. furtiuæ. Instit. eod. tit. Duodecimò, res dotalis, quandiu dotalis durat. l. si fundus. de fund. dota. l. cùm vir prædium. de vsucapio. & l. quædam sunt. de acquir. rer. domin. Decimotertiò, res peculiaris. l. fi. C. ne de stat. defuncto. Decimoquartò, decima à laico præscriptione acquiri non potest. c. causam quæ. de præscriptio. Decimoquintò, tributum aut munus publicum. l. comperit. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. Decimosextò, quæ sunt reseruata in signum imperij & potestatis. vt not. in l. imperium. de iurisdict. omn. iudi. Decimoseptimò, ius feudi passiuum. vt per Ioan. Fab. in l. omnes. in fi. C. de præscript. xxx. vel xl. anno. quod infra latius dicturi sumus. §. xxxj. hoc tit. & Boër. decisio. ccxj. in ij. parte Decimooctauò, iura meræ facultatis, non nisi à tempore contradictionis præscribuntur. vt per Feli. in c. cùm accessissent. de constitutio. Decimononò, res fisci. §. res fisci. Instit. de vsucapio. & l. quamuis. eod. tit. Vigesimò, res quæ vi possessę sunt. §. furtiuæ. Instit. illo titu. Vigesimoprimò, res depositæ. vt per Corn. consil. 338. volum. j. Vigesimosecundò, debitum conditionale. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscript. xxx. vel xl. annor. nam antè quàm debeatur, perdi non potest. l. non potest videri desinere. ff. de regu. iur. l. decem. de verb. oblig. & §. seruus. Instit. de capit. diminut.

CONTRE CEVX QVI NONT POVVOIR.

Agere qui dicatur impediti.

NVLLAM (inquit Iustinianus) temporalem exceptionem filijsfa. obijci volumus, nisi ex quo tempore actionem mouere potuerunt. id est, post quam manu paterna, vel eius in cuius erant potestate constituti, fuerint liberati. l. j. C. de anna. exceptio. facit. l. j. in fin. C. de bon. mat. & l. quæcunque. in fin. C. de bon. quæ liber. Est autem in ea re quædam opinio Ioannis Fab. in d. l. j. C. de bon. matern. minimè recepta: filium scilicet præscriptione tutum non esse, nisi patrem interpellauerit, atque etiam (quod aiunt) sollicitauerit, de autorit. præstanda. Sunt tamen plerique casus, in quibus filiusfami. ipso etiam patre non auctorante, agere ipse ex suo capite potest. & in his eo iure vtitur, quo si esset paterfa. vt scilicet contra eum locum habeat præscriptio. l. non solum. C. de bon. quæ liber. Sunt item qui agere non possunt: cuiusmodi est pupillus. l. fin. C. in quib. caus. in integ. restitut. non est neces. Prælatus item qui suspensus est. c. quia diuersitatem. de conces. præben. Et vxor durante matrimonio. l. in rebus. §. omnes. C. de iur. dot. Quos casus, atque item alios enumerat glo. in verb. non obstante. in c. cùm liceat. de præscriptio. Vnde fit, vt bona ratione à præscriptione eximantur. Quis enim (inquit Iustinia. in d. l. j. in fi. C. de anna. exceptio.) quis, inquam, incusare eos poterit, si hoc non fecerunt, quod etsi maluerint, minimè adimplere, lege obuiante, valebant?

§. xxiiij.

§. XXIIII.

QVAND aucune chose corporelle & diuisible est commune entre plusieurs mineurs ensemble, & lun diceux est maieur auant les autres, la prescription commence à auoir lieu contre ledit maieur, pour sa portion tant seulement: depuis quil est fait maieur. Et autre chose est, quant es choses incorporelles & non diuisibles: comme seruitudes, & autres semblables, esquelles la minorité de lun des communs, empesche que durant icelle ne court prescription alencontre des maieurs.



SI COMMVNEM fundum (inquit Paul.) ego & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur, tamen propter pupillum & ego viam retineo. l.si communem. in princ. ff.quemad.seruit.amitt. Ita autem necessariò constituendum erat in his quæ natura diuisionem non recipiunt. vt sunt seruitutes. l.ij. in princip. ff.de verbor.obligatio. aut enim amittuntur totæ, aut totæ retinentur. l.vna est via. ff.de seruit.rustic.prædio. Itaque hoc casu, quo inter maiorem & pupillum contracta est aut incidit societas rei incorporalis, æquum visum est, vt maiori potius faueretur, propter pupillum, quàm vt pupillus in quoddam odium maioris summo iure opprimeretur. Neque enim ignotum est, multa esse in gratiam pupillorum constituta contra regulas iuris communis. l.cognitio. in princ. ff.de offic.eius cui mand.est iurisdict. Accedit natura rerum, d: quibus agitur, quæ neque traditionem, neque vsucapionem recipiunt. vt dicit text. in l.seruus qui bona fide. §.incorporales. ff.de acquir.rer.domi. Contrà diuidua & corporalia diuerso iure censentur hoc statuto. cùm & acquiri in totum, & ex parte possint. l.inter eos. & l.ergo si insula. & l.insula. ff.de acquir.rer.domi. Item & possideri. l.si quis fundum emerit. & l.possideri. in princ. & §.j. ff.de acquir.possess. Possunt item & in solidum vsucapi & pro parte. l.eum qui ædes. de vsucapio.

§. XXV.

LHOMME de mainmorte ne peult prescrire franchise ou liberté, par quelque laps de temps quil fasse demourance hors du lieu de mainmorte: sil ny ha priuilege au contraire.



CENSEMVS (inquit Iustinianus) quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu liberatur, ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus, ex annalibus curriculis, quantacunque emanauerint, vel quacunque prolixa negotiatione aliquis sibi vendicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ. l.cùm satis inhumanum. in princ. de agrico. & censit. lib.x.C. Et ideò vtilitatis causa receptum est, vt

rerum,per seruum, qui in fuga est, possessarum, vsucapio impleatur, quandiu nemo nactus est earum rerum possessionem. Possessionem autem per eum acquiri posse,sicut & per eos,quos in prouincia habemus,Casśij & Iuliani sententia est. l.j.§.per seruum.iunct.glo.super verb.vsucapio.ff.de acquir.possesśio. Atque ita declaratur statutum nostrum. Primò,vt adscriptitius fugiens,à tali conditione liberari non posśit, præscriptione quacunque: sed cum sua sobole remaneat semper seruus.d.l.cùm satis. Nam cùm sint fundi instrumenta, satis inhumanum visum est, terram, quæ adscriptitios ab initio habebat,suis quodammodo membris defraudari.d.l.cùm satis. Secundò, vt ius manus emortuæ (sic enim loquimur) posśimus in absente aut fugitiuo retinere:etiam solo animo: quóve cunque tempore is absit.l.arboribus.in fi.de vsufr. Tertiò, vt libertatem homo mancipij morticinij assumere ipse non posśit: alius tamen eiusmodi ius nobis proprium nancisci & vsucapere posśit. Et huic simile aliquid statutum est infrà §.xxxj.ibi,mais vn Seigneur peult prescrire droit de fief contre vn autre Seigneur. In Burgundia quoque consimile est statutum. artic.ij.titu.des mainsmortes. quo loco Chassan.quæstiones duas multum ambiguas, & quæ ad rem præsentem faciunt maximè,conclusit. Vnam,quòd licet hoc nostrum statutum præscriptionem quadraginta annorum excludat,etiam si iure communi soleat hoc tempore,etiam contra dominum libertas acquiri.l.omnes. C.de præscript.xxx.vel xl.anno.& alioqui posśit seruus per annos xx.seruitute eximi.l.j.C.de præscrip.long.temp. tamen præscriptionem temporis, cuius initij memoria non extat, minimè sustulit. Tanto nanque tempore nihil dubium est, seruitutem etiam huius mancipij extingui non posse.nec quicquam obest clausula, par quelque espace de temps quil fasse demourance. Conuenit huic dicto Chassanei quod annotat Phil.Corn.consil.268.numero 5.volum.iiij. Quoties (inquit) ius commune posśidenti resistit ac reluctatur, temporis, memoriam hominum ꝟ rũ excedentis (quod rectè seculare dixeris) præscriptio succurrit. c.j.de præscriptio.lib.vj. Altera autem quæstio qua de statuentes nostros statuisse dicebamus,ea est,quòd cùm de absente,deq; fugitiuo cauerint,de eo qui præsens est,nihil dixerunt prorsus. Quod cùm fecerint,scilicet conijciendum est voluisse eos,vt in ea re ad ius commune rediretur.arg.l.commodisśimè. ff.de liber.& posthum. Quo iure verum erit dicere,seruum præsentem,& qui in loco morticinarum habitat, posse,salua statuti sententia, per annos quadraginta libertatem acquirere. Quod fiet,si eius seruitutis onera non subeat, si interpellatus recuset, item si se liberum asserat. d.l.omnes. vbi glo. & Docto.Guid.Pap.in eandem sententiam multa quæstione cccxvj.

Ius morticinij in fugitiuo aut absente retinetur,si non alius occupet.

MAINMORTE.

TERRA quoque (inquit Dominus) non vendetur in æternum, quia mea est: & vos aduenæ & coloni mei estis.Et hoc illud est,quod ius manus mortuæ appellamus: scilicet cùm homini sic affecto interdicta est bonorum suorum alienatio. Hæc autem bona Domino reseruantur, si hominem morticinum sine liberis mori contingat: sic vt contra id nihil valeant rerum alienationes.l.j.& ij. ff.si quid in fraud.patr. & de hoc iure loquitur Cyn.in authen.sed cum episco.dignitas.C.de episcop.& cleric.Guid.Pap.quæst.ccclxj.Boër.decisio.cclxiij.in ij.parte. Alia species manus emortuæ est,quam possesśionem aut morticinam dicimus:cùm ecclesiæ prædium aut feudum ceditur.c.j.de iur.immunitat. Illa enim perpetua est,neque vnquam mori dicitur,

tur, tam ratione status, quàm alienationis : quę omnino exclusa & prohibita est. l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. eccles. c. nulli licere. de reb. eccles. non alien. c. si gratia. de rescript. lib. vj. Quæ ratio est, vt prędia tributaria aut feudalia, in ecclesia transferri, & alienari, in prejudicium patroni non possint, nec consecrari, aut cumulari patrimonio sacerdotij. Aut si quando fiat, iure suo patronus coget sacerdotem aut ipsam ecclesiam, vt hominem pro cliente subijciant, qui in fidem patroni sic veniat, vt commisso se possit alligare, viuentisq; personam præ se ferre. Atque ita in Francia obseruatur, vt ad id ecclesia moneri possit, vtq; ipsa teneatur obedire, satisq; ei rei facere intra annum & diem. Quæ omnia descripsit amplissimè, vt solet cętera, Guil. Bened. in repetit. c. Raynutius. super verb. & vxor. nom. Adela. num. 565. & sequent. Petr. Iacob. in titu. de cau. ex quib. vas. feud. amitt. debe. in rubri. de arbit. succe. fran. de ea re conqueri videtur, vt iniqua & minimè ferenda. Mihi verò semper æqua & iuri consona visa est, quicquid ille dixerit : per l. is qui intulit. de religio. & sumptib. fun. maximè verò in feudis: quę neque ecclesiæ neque hospitali acquiri debent : quòd ea neque vnquam mori dicuntur, neque fidei sacramentum præstare possunt. c. j. §. j. de alienat. feud. l. fin. cum glo. C. de iure emphyt. glo. & Docto. in c. potuit. de loca. Bald. in l. prima. quęstio. xlv. de rerum diuis. Contrà tamen Ias. contendit. consil. 105. vol. ij. vt si non inhibitum id sit in inuestitura aut concessione, nihil obstet quominus ea in ecclesiam transferantur. cuius opinio duobus casib. vera est. Primò, si triginta annis possedit. ita Masuer. in titu. de præscript. versic. item si ecclesia. eo enim tempore exceptionem, qua se contra dominum tueatur, acquisijt. Regia tamen constitutio id tempus in annos quadraginta produxit. Secundò, si ecclesia ius morticinij à principe obtineat : quod vulgò dicimus amortissement. hoc autem solet princeps concedere quoties alienationi aut consecrationi consentit. l. fi. vt in possess. legato. & in l. sacram. §. sciendum. de rerum diuis. Quæ concessio sic solet intelligi, quatenus ipsius principis interest : ita vt nullum alij cuiuis detrimentum aut damnum importet. vt per text. in l. ex consensu tamen omnium. ff. de relig. & sumpt. fun. Neque credendum est principem voluisse quicquam quod alij incommodo esset, concedere: text. est vulgatus, vbi glo. & Bart. in l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. Est autem alia significatio huius verbi, morticine, ex Pictonū statut. §. cliiij. in tit. de la distinction des iurisdictions. sub his verb. Est deu le plaid des la mort ou mutation du vassal, & est appellé plaid de mortemain. Quod ius in quibusdam alijs locis, veluti apud Biturig. appellatur rachapt.

Prædiū feudale aut censuale in ecclesiā transferri nō potest.

§. XXVI.

QVAND aucunes choses sont tenues & possedees en commun, & par indiuis, lon ne peult acquerir ne prescrire le droit lun de lautre, en petitoire ou possessoire : par quelque laps ou espace de temps que ce soit.

COMMVNIS seruus (inquit Vlpianus) etiam si ab vno ex dominis, omnium nomine possidetur, ab omnibus intelligitur possideri. l. communis. de acq. vel omitt. possess. Paul. Castr. casum huius §. induxit in pluribus socijs, quorum vnus tantùm rem communem possidens, omnium aliorum nomine possidere

præſumitur. Nam, vt dicit Iuriſcon. in l. de communi. ff. commu. diuid. De re communi ſocius quæſtionem habere, niſi communis negotij cauſa iure non poteſt. Nicol. Boër. Burdegalæ ſummus Curio. deciſ. lviij. in prima parte. ſimilem controuerſiam à Senatu Burdeg. poſt concilij ſtudia in duas partes diuiſa, poſtq; multam vtrinque factam concertationem, arreſto finitam & iudicatam retulit. vt ſcilicet vnus ex pluribus ſocijs, rei communis non diuiſæ poſſeſſor, tempore etiam longiſsimo contra ſocios præſcripſiſſe non videretur. non allegat Boër. l. communis. & l. de communi. ſuprà inductas. Id autem maximè verum eſt in reb. indiuiduis. l. vnus indiuiduum. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. tempo. præſcript. & l. licet. C. de iure deliberan. Semper autem & vbique verum eſt, vbi quid vt commune poſsidetur. d. l. communis. contrà verò ſi pro emptore aut pro hærede, aliòve aliquo titulo peculiari. l. hæreditatem. C. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript. Atque ita hic §. caſum habet iuri communi conformem.

Arreſtū Burdeg.

§. XXVII.

PROPRIETE de biens dotaux immeubles ne ſe preſcrit par vn tiers detenteur, conſtant le mariage : autre choſe eſt des arrerages & fruits prouenans deſdits biens dotaux, & meubles, qui ſe preſcriuent par trente ans.



SI FVNDVM (inquit Tripho.) quem Titius bona fide poſsidebat, & longi temporis poſſeſsione ſibi poterat quærere, mulier vt ſuum marito dederit in dotem : cumq; vir petere neglexerit, cùm id facere poſſet, rem periculi ſui fecit. Nam licet lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, etiam ad huiuſmodi acquiſitionem pertineat, non tamen interpellat eam poſſeſsionem quæ per longum tempus fiat. Planè ſi paucißimi dies ad perficiendam longi temporis poſſeſsionem ſuperfuerint, nihil erit quod marito poſsit imputari. l. ſi fundum. ff. de fund. dot. Quibus verbis Tripho. ſtatutum noſtrum interpretatur. Quamuis enim lege Iulia alienatio fundi dotalis interdicta ſit, idq; tam per venditionem aut donationem, quàm per vſucapionem. l. j. C. illo tit. l. alienationis verbum. de verb. & rer. ſignif. & l. cùm vir prædium. de vſucapio. & d. l. ſi fundum. tamen ſi ante quàm fieret dotale, præſcribi cœptum ſit, dotis qualitas ſuperueniens, præſcriptionem nihil interpellat. quod eſt maximè annotandum pro limitatione ſtatuti noſtri. Alia eſt & magis frequens limitatio, cùm prædium æſtimatum datum eſt in dotem : ea lege vt mariti eſſet optio, de re ipſa reſtituenda aut pretio æſtimato. Tunc enim alienari omnimodo, atque ita vſucapi poteſt : ceſſatq; lex Iulia. l. quòd ſi fundus. illo tit. Illa nanque æſtimatio facit, vt dominium à marito auocari non poſsit, qui emptionis titulo dominus factus eſt. l. quoties. C. de iur. dot. Sed tamen id non perpetuò verum eſt : ſed eo caſu tantùm quo maritus ſoluendo eſt. l. in rebus. C. illo tit. Quòd ſi vxoris ſit optio, quid ſibi velit reſtitui, rem ipſam an verò rei æſtimationem, lex Iulia locum habet. l. j. C. de fund. dot. Tertia quæ ſolet dari limitatio hæc eſt, cùm maritus vergit ad inopiam : cùm enim eo caſu data ſit vxori à lege facultas agendi, marito etiam non auctorante, dos incipit præſcribi, etiam

Prima limitatio ad tex. ſtat.

Secunda limitatio.

etiam durante matrimonio. d.l.in rebus. §.omnis. C.de iur.dot. &l.cùm notisſimi. §.illud.verſic.vnde.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno.& l.j.§.j.C.de anna.exceptio.

AVTRE CHOSE EST DES arrerages & fruits.

DOTIS fructus & penſiones priuilegio dotis cenſeri non debent: primò quia diuerſa ſunt. aliud enim eſt prædium dotale, aliud verò ſunt ipſi fructus: maximè vbi ſunt collecti. l.fructus pendentes. à contrario ſenſu. ff.de rei vendic. aliud item penſiones,illæ quarum dies ceſsit.l.Iulianus.§.ſi fructibus. ibi,penſiones vtique. ff.de actio.empt.Itaq; dotis priuilegia non ita ſunt extendenda, vt de re ad rem tranſeant. l.ætatem. §.rebus. ff.de cenſib.notat Panor.in c.cùm ordinem. de reſcript. adeo vt etiam eadem ratio nihil ſuadeat illa ſic extendi. ſunt enim, vt eſt notiſsimum, iuris maximè ſtricti.notat Anto.Butr.in c.ſanè.per illum text.de priuileg. Secundò,quoniam fructus ipſi rei dotalis ſunt mariti.l.fin.ſol.matrimo.& l.pro oneribus.C.de iur. dot.Itaque cùm in gratiam vxoris,eiusq; fauore inducta ſint dotis priuilegia.l.j.ſolu. matr.ad mariti perſonam nihil attinent. l.in omnibus cauſis.& l.priuilegia. de regu. iur.& c.querelam.de electio. Sunto itaque illa aut perſonalia, aut realia,ſi voles, aut etiam mixta,cauſam tamen fauoris egredi non poſſunt.d.l.ætatem.§.fin. *Fructus diuerſi à prædio.*

§. XXVIII.

PRESCRIPTION ne court durant le mariage contre la femme de ſes biens dotaux ou parafernaux,alienez par ſon mary ſans ſon conſentement.



OMNIS autem (inquit Iuſtinianus) temporalis exceptio, ſiue per vſucapionem inducta,&c.mulieribus ex eo tempore opponatur,quo poſſunt actiones ſuas mouere: id eſt opulentis quidem maritis conſtitutis,poſt diſſolutum matrimonium.l.in rebus.§.omnis autem.C.de iur. dot.facit lex cùm notiſsimi.§.illud.verſ.vnde.C.de præſcript. xxx.vel xl.anno. Præſcriptionem enim pati non debet,qui agere non poteſt. l.genero.& ibi Bald. ff.de ijs qui not.infam.veluti vxor, quandiu in matrimonio eſt: cui ſi quæ vel in dotem data ſunt vel parafernalia reſeruata,à marito fuerint alienata, ea à præſcriptione tuta conſeruantur, etiam ſi eo longiſsimo tempore emptor poſſederit. d. §.omnis. vbi ex eadem ratione,ſcilicet difficultatis agendi, eadem eſt parafernalium diſpoſitio. Io.Faber, homo in cæteris grauiſsimæ ſententiæ, planè fatetur, iure ciuili & conſuetudine Franciæ vxorem eſſe in poteſtate mariti,neque agere,quandiu eſt in matrimonio,poſſe: Diſturbat tamen,& contrà quàm nomen eius patiatur, leui opinione ſentit,præſcriptionem contra eam nihil impediri ea ratione.arg. c.conſtitutus. de in integr. reſtitut. Et maximè (inquit ille) quia vxor etiam viro non auctorante agere poteſt in curia ſpirituali, quę fori ſecularis conſuetudinibus ſtare non tenetur. Item filiumfa.qui ceſſauit patrem ſollicitare de autoritate danda,præſcriptione teneri.arg. c.fi.de electio. Quam opinionem plures reiecerunt: nouiſsimè verò Boër. deciſ.cccxxviij.in ij.parte. Parafernalium autem maritus iure communi adminiſtrationem non habet.l.hac lege.C.de pact.conuent.tam ſup.dot.quam tamen ſi accepe- *Io.Fab.opinio reiecta.*

 rit,

rit, fructus huiusmodi bonorum lucratur: scilicet si vxor non prohibeat. l.fin.eod. tit.Tiraq.in fi.glo.leg.connub.super verb.son mary.in glo.vij.Fab.in d.l.hac lege.

§. XXIX.

DROIT de taille es quatre cas, de charrois & manœuures, & de tailles personnelles, ne se prescriuent sinon depuis la contradiction: apres laquelle contradiction la prescription commence.



Iurium facultatis prascriptio quâ do fiat.

SVFFICERE enim debet (inquit Vlpia.) ad retinendum vsumfructum, esse affectum retinere volentis.l.arboribus.in fi.ff.de vsufr. Horum enim iurium (quæ facultatis doctor.vocant) sola possessio ciuilis præscriptionem impedit.neq;, non vtendo pereunt. vt expressè textus in c.si de feud.deff.fuer.cont.§.licet, ibi quantocunque tempore steterit. & l.viam. ff.de via pub.expressius Masuer.in tit.de præscriptio.vers. item aduersus ius facultatis non currit præscriptio. Neque contraria debitorum possessio quicquam obest: præsumptio enim est, illos nihil recusaturos fuisse, si ab eis peteretur.d. §.licet.ibi, dummodo petenti seruire paratus sit. Quòd si, cùm ab eis esset petitum, recusauerint, aut aliquid contrà nitantur, incipiunt ipsius domini possessionem interturbare: nouamq; sibi assumere, scilicet libertatis, qua haud dubiè præscriptio compleri potest.vt dicunt Bart.Bald.& Cyn.in l.malè agitur.C.de præscriptio. xxx. vel xl.anno. Contradictio nanque aut firmat possessio.si dominus cui contradictum est, nihilominus vtatur: aut interrumpit, & elidit, si non vtatur. vt per Bal.in c.j.§.sacramentum.de consue.rect.feud.Ias.in consil.81.in iij.volum. in princ.ibi, tertio, &c. glo.& docto.in l.qui luminibus.in princ.in verb.foramen.ibi, & tu prohibuisti. ff.de seruit.vrban.prædio.facit l.naturaliter.de vsucapio.& l.ij.ibi, vsus tibi interdictus est. C.de seruit.& aq. Nihil autem necesse est horum quatuor casuum (quæ munera coronaria appellantur) materiam ordiri: sed de ea infrà plenius loco commodiori. §.cccxliij.& sequenti.

Cötradictio dat causam præscriptioni.

§. XXX.

ARRERAGES de taille es quatre cas se prescriuent par le laps & espace de dix ans.



DE IVRE communi triginta annis tantùm tolluntur.l.sicut.C.de præscriptio.xxx.vel xl.anno. Et tam de iure quàm hoc statuto accessoria præscribuntur, saluo ipso principali.c.ex officij. de præscriptio. & c.si diligenti.in fi.de foro competen. Sed annotandum est, quòd cùm ex superiori §.iura hæc non præscribantur, nisi post recusationem debitorum, recusasse dici non debent, si ab his petitum non sit: vt & nemo repudiare dicitur, id quod sibi delatum non est.l.mater decedens. §.neque. ff.de inoff.testam. Et ideo data occasione exigendi munus debitum in vno quatuor casuum, si dominus nolit petere & cesset decem annos, id tantùm quod obtigerat, & poterat leuari, illi est perd

Recusasse nö dicitur is à quo petitum non est.

est perditum : cæteris casibus futuris,& iure ipso principali sibi saluis.l.in filijs decurionum.ibi, quæ etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit. C.de decurio. lib.x.magis expressè in l.voluntariæ.C.de excusatio.tutor. vbi si quis voluntariè tutelam,quam ex priuilegio recusare poterat,acceptauerit,nihil fecit,quo minus in cæteris casibus futuris,suo,si volet,priuilegio vtatur. Et meritò hoc verbo, voluntariè, lex vsa est. si enim inuitus hoc fecerit & coactus, allegato etiam priuilegio, videtur eo priuilegio deiectus esse & depositus : vt in cæteris repetere non possit.In his enim iuribus contradictio excludit ius contradictum.

§. XXXI.

DROIT de fief ne se peult prescrire par le vassal contre le Seigneur feodal : mais vn Seigneur peult prescrire droit de fief contre autre Seigneur : & aussi se prescriuent les proufits escheuz des fiefz par le vassal contre le Seigneur feodal par lespace de trente ans.



PER HAS leges (inquit Bald.in l.malè agitur. nume.7.versic.si verò præstatio mercedis. C.de præscript.xxx.vel xl.anno.) inferebant maiores nostri, quòd & si dominus per centum annos cessauerit obsequium petere à vasallo, non propterea vasallus illo quantumuis longo tempore liberatur. Neque enim vasallus libertatis possessionem habere censetur, qui interpellatus non est vel vt auctoramentum iniret, vel vt obsequium præstaret.Idem dicit Bart.in l.in filijs. per illum text.de decurio.lib.x.C.facit text.in l.vnus ex socijs.§.fi.cum l.sequen. ff.de seruit.rustic.prædio.& c.j. de feud.sine culp.non amitten.Boër.in consuet.Biturig.§.iij.id amplissimè discussit:ad quem hac de re melius est rem totam remittere. Addam præterea quòd cùm dominus & vasallus sint correlatiua, sibiq; ipsa mutuo respondeant, eodem iure censeri debent pro communi regula.l.si cùm dies.§.fi.ff.de arb.& l.fi.§.sed quia.C.de indict.vid.tollen. vt si ex vasalli cessatione domino nihil de suo iure depereat, nec econtrà possit dominus contra naturam antiqui feudi,aduersus vasallum niti ignorantem,quantocunque tempore id sit molitus.Nec item si feudum per annos centum detinuerit ex causa fidei non datæ : eo quòd ex ea causa possessionem acquirere non potest. l.si duo. §.creditores.ff.vti possid.l.pignori. de vsucapio.& l.interesse puto.ff.de acquir.possess. Et hanc sententiam arresto Senatus Parisiens.esse confirmatam, refert Ioan.Gall. quæstio.xvj.incipiente,Nicolaus de arterio contra Episcopum Altisiodorensem:qui præscriptionem opponebat contra hæredes vasalli, qui ab eo feudum vendicabant. Idem tenuit Ioan.Fab.in l.omnes..in fi. C.de præscript.xxx.vel xl.anno. Diuersum esset si dominus ex alia causa possessionis propria detineret : eo enim casu præscriberet.vt in glo.ij.in c.vigilanti. & in c.fi.de præscript. In summa hæc duo se consequuntur,vt si possideatur, & præscribatur. Sed dominus qui custodiæ causa detinet non possidet.l.is cui legatorum.in princ.ff.vt in possessio.legato.& l.si finita.de dam. infect.l.iij.§.creditores.versic.idemq; in ijs.ff.vti possid.nos suprà satis in §.iij.in verb. mainmises. *Feudi ius nõ præscribitũ.*

MAIS VN SEIGNEVR.

IVRA incorporalia etiam si neque tradi neq; posſideri poſsint.l.ſeruus.§.incorporales.de acquir.rer.dom. tandiu tamen mente retinentur, quandiu nemo alius eorum nactus eſt poſſeſsionem.l.j.§.per ſeruum.ff.de acquir.poſſeſsio.& l.arboribus.in fi.de vſuſfru.qua de re ſuprà ſatis multa diximus. §.xxv. Itaque ex ſuperioribus ſatis conſtat, per eum quis his iuribus obſtrictus tenetur, aut qui horum debitor eſt, neque poſſeſsionem vſurpari neque præſcriptionem compleri poſſe, niſi tempore ſpatioq; legitimo: eoq; poſt recuſationem inchoando: cùm tamen alius quilibet hoc poſsit facere.d.§.per ſeruum. nominatim verò iura feudi. vt per glo. & docto.in c.j. §.præterea.in verb.præſcriptione.de capit.Corra.& doct.in l.ſi quis emptionis. C.de præſcript.xxx.vel xl.anno.

LES PROVFITS.

Feudi emolumẽta quomodo præſcribantur.

DE IVRE communi,quo vtimur,huiuſmodi feudalibus obuentionibus,per annos triginta vaſallus liberatur. vt dicit Bart. in l.comperit. & in l.malè agitur. C.de præſcript. xxx. vel xl. anno. nam actione pœnali petuntur quæ triginta annos tantummodo durat. l.ſicut illo tit. Horum enim iurium alia ſunt ordinaria: vt obſequia,& penſiones,ſi feudum ſit tributarium. Alia verò extraordinaria, veluti ex noua inueſtitura: item vbi nouum ſacramentum præſtatur ob alienationem, veluti quoque apud pleroſque laudemia. apud Biturig.rachapts: apud Pictones, plaids de mortemains: apud nos omnino nihil. Sed tamen pluribus arreſtis mixta iſtiuſmodi iura comprobata ſunt: vt ſcilicet detentorem teneant aut perſonam in optionem creditoris.ex tit.C.ſine cenſ.vel.reliq.fund.comp.

§. XXXII.

SI AVCVN vend ou tranſporte heritages ou choſes immeubles,à cens, rente,ou autre deuoir daucun Seigneur: & lalienant paye au ſieur direct la charge de lheritage ainſi vendu, en ce cas ne court preſcription dudit cens au proufit de lacquereur dudit heritage, ou autre ayant de luy cauſe, par quelque laps de temps quil le poſſede.



EFINIMVS (inquit Iuſtinia.) vt ſiue ſeruus, vel procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quiſpiam alius, per quem licentia nobis eſt, poſsidere, corporaliter nactam poſſeſsionem cuiuſcunque rei dereliquerit,vel alij prodiderit,deſidia forte vel dolo, vt locus aperiatur alij ad eandem poſſeſsionem detinendam, nihil penitus domino præiudicij generetur: ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat.l.ex libris.C.de acquir. & retin.poſſeſsio. Licet autem ius poſsidendi dominus ipſe retinere poſsit, ipſam tamen poſſeſsionem vix poteſt: cùm hanc ſi per colonum retinemus, & per hunc ſcilicet, facto contrario deſerere dicimur etiam ignorantes.l.ſi id quod poſsidemus.§.j.& fin.ff.de acquir.poſſeſſ. Itaque cùm nouum non ſit, imo verò oporteat,

Lex ex libris declarata.

leges

leges ex consuetudine interpretationem accipere. l.si de interpretatione. ff.de legib. dicendum erit dominum facti quidem possessionem perdidisse,sed tamen actionem habere ad eam repetendam.eumq; qui ius libertatis solarij possidet, quantumuis bona fide, præscribere non posse. Quæ vera sunt,si prior colonus rei, quam alij tradiderat,pensionem domino præster: tunc enim possessionem per colonum ille retinet: vt expresse dicitur in l.quamuis pupillus.§.si conductor rem vendiderit.ff.de acquir. possess.cui similis est text.in d.l.ex libris.nisi quàm addita est solutio mercedis quam & statuentes nostri addiderunt:bona ratione. Atque ita d.l.ex libris.est declarata per d. §.si conductor. quod est in iure frequentissimum.vulg. l.non est nouum. Nihil enim dubium est quin sine ea præstatione annua,per priorem dominum etiam dolo malo continuata,fuerit processura præscriptio.l.si de eo. §.si forte colonus. ff.de acq. possess.cum dominus,qui cessat per annos triginta solarium petere, animo satis possessionem deserat. Et quemadmodum possessio nulla acquiri, nisi animo & corpore potest,ita nulla amittitur,nisi in qua vtrunque in contrarium actum est. Vndè fit,vt in præscriptione hæc duo extrema respiciamus, possessionem scilicet præscribentis, titulo & bona fide tuti.l.sine possessione. ff.de vsucapio. & negligentiam domini. l.j. ibi,sufficere dominis,&c.illo tit. Cætera quæ ad hunc locum pertinebant ex Speculato.petenda in tit.de præscript.versic.pone colonus.

§. XXXIII.

PRESCRIPTION ne court contre les mineurs: cestasauoir contre le masle auant vingt ans, & contre la femelle auant seize ans: combien que par cy deuant le masle aagé de quatorze ans fust reputé daage parfait: & la fille de douze, & ledit de minorité est distrait de ladite prescription: soit quelle soit commencee contre le mineur, ou autre son predecesseur maieur. Toutesfois le temps & faculté de reemer ou de racheter par vertu de faculté de reemeré court & ha lieu contre lesdits mineurs, sauf leur recours contre leurs tuteurs.



IN OMNIBVS casibus (inquit Imperaror) in quibus vetera iura currere temporales præscriptiones,aduersus minores concesserunt, per in integrum restitutionem eis subueniebant, eas ipso iure non currere sancimus. Melius etenim est intacta eorum iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere: videlicet exceptionib. xxx. aut quadraginta annorum, in suo statu remanentibus. l.sancimus. C.in quib.cau. in integr.restit.non est necess. Antiqua consuetudo Burboniorum, cuius hoc statuto fit mentio,ibi, combien que par cy deuant, &c.iuri communi circa vsucapionem xxx. annorum consentiјeт vt post annos pupillares,aduersus minores præscriptio,quæ cum defuncto maiore fuerat inchoata,compleri posset.l.sicut.§.nec sufficiat,ibi,nam cùm ad eos annos peruenerint, qui ad sollicitudinem pertinent curatoris, eis similiter vt *Præscriptio cœpta cum maiore,quomodo aduersus minorem cõtinuetur.*

i cæteris

cæteris xxx.annorum interualla ſeruanda ſunt. C.de præſcript. xxx. vel xl.anno. vbi Accurſ. in glo.id extendit vt locum habeat, etiam ſi cœptum ſit præſcribi aduerſus adultum, vt ſolus pupillus excipiatur. idq́; textus apertè ſentijt. contra quem pupillum vt non continuare, ita nec ordiri vſucapionem poſſumus: repugnante ſcilicet bona fide.l.bonæ fidei. de acquir.rer.domi.& ei qui cœpit aduerſus maiorem vſurpare, ſatis eſt, ſi adueniente pupillo,ſua præſcriptio non omnino interrumpatur, ſed tandiu conquieſcat, quandiu durabunt anni pupillares: pòſt exitura ſine iactura vlla alia quàm temporis. Quæ res iure ſingulari introducta eſt, cùm cæteræ omnes interruptiones,præſcriptionis vim ad internecionem extingunt.l.naturaliter. ff.de vſucap.l.j.& l.nec bona fide.C.de long.temp.præſcript. Hoc verò ſtatuto minores, ſiue ſint pupilli,ſiue ſint adulti, neque longi temporis præſcriptione, neque alia breuiori, ſed neque longiori grauari poſſunt. vno ſcilicet caſu, eremodicij, excepto, etiam aduerſus pupillos.l.properandum.§.fi.C.de iudic.

CONTRE LE MASLE AVANT VINGT ANS.

PRAETOR (inquit Vlpianus) minorem xvij.annis prohibet poſtulare.moderatam enim hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum. Et ea ætate aut paulò maiore, fertur Nerua filius etiam publicè de iure reſpondiſſe. l.j. §.initium. ff.de poſtul.ſeruus item à domino eius ætatis libertatem conſequi poteſt. Nam (vt dicitur in §.fi.Inſtit.ex quib.cauſ.manu.non lic.) cùm antiquitas huiuſmodi ætatem & pro alijs poſtulare conceſsit,cur non etiam ſui iuris ſtabilitas eos adiuuare credatur? Plena item pubertas decem & octo annis abſoluitur. l.arrogato. ff.de adoptio. non ita tamen vt continuò firmũ ſit & ſtabile eius ætatis cõſilium,rebusq́; ſuis adminiſtrandis ſufficiens.Quo motus Prætor eo edicto,quo minorum tutelam ſuſcepit, minoribus xxv.annis auxilium pollicitus eſt,& aduerſus captiones opitulationem: quod infirmum ſit & fragile eius ætatis conſilium, multisq́; captionibus & inſidijs expoſitum. Ideoq́; in hanc vſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur:nec antè rei ſuæ adminiſtratio eis committi debet, quamuis bene rem ſuam gerentibus. l.j. ff.de minorib. Noſtri verò ſtatuentes,ſua moti ratione,mediam quandam viam elegerunt: vt anno ætatis viceſimo, ſui iuris adultus fiat, & rerum ſuarum curam ſuo periculo ſubeat. quod tempus lex Elia Sentia elegerat. §.quod ergo. eod.tit.regulariter tamen ætas perfecta & rerum ſuarum adminiſtrandarum capax non dicitur, antè viceſimumquintum annum.l.fi.de condit.& demonſt.

FACVLTE DE REEMER.

CASVS eſt l.Aemilius Largianus.in prin.ff.de minorib.dies etenim committendi in tempus pupilli incidere poteſt:ſi conuentionis legi non pareatur:diciturq́; conuentionalis præſcriptio:quę pupillos tenet: vt dicit Ioan.Fab.in l.fin. C.in quib.cauſ. in integr.reſtit.non eſt nece.Nam vt dicit Vlpianus in l.ad diem.ff.de verb.obligat. ad diem ſub pœna pecunia promiſſa,& ante diem mortuo promiſſore, committitur pœna,licet non ſit hæreditas adita.facit l.ſi traiectitiæ.ff.de naut.fœno. Contrà eſt ſi ſtipulatio ſit per me non fieri, neque per hæredem meum: tunc enim per pupillum committi non poteſt. l.cùm filiusfamil.§.in hac ſtipulatione.ff.de verb.obligat. Hodie tamen minor reſtituitur ætatis priuilegio contra lapſum temporis ſiue ſtatutarij ſiue conuentionalis ad retractum, literis in eam rem à principe impetratis.ſecundum c.conſt

Præſcriptio cõuentionalis pupillũ ſuſficit.

c.constitutus.de in integr.restitut. vbi not.Innocen.& Bartol.in l.fin.in fi. C.in quib. caus.restitut.in integr.non est necessa. Masuer.in titulo de retract. versic.item contra pupillum.

CONTRE LEVRS TVTEVRS.

PVPILLIS autem (inquit Iustinianus)& minoribus nihil nostra lex præiudicat. Est enim eis ne lædantur, duplex quoddam subsidium, & per restitutionem, & per viam contra negligentes curatores.in authen.de hæredib.& falcid.§.pupillis.Similis est text.in §.fin verò. in l.properandum. C.de iudic. ibi, omnem autem iacturam ad tutores curatoresq; redundare. Quod vtrunque remedium hodie in Francia minoribus paratum est.vt & expressum est in d.§.pupillis.

Minor præscriptionis cõuentionalis iacturam à tutore cõsequitur.

§. XXXIIII.

TOVTES prescriptions sont interrompues par innouation, obligation, ou autre promesse: aussi par adiournemens libellez, exploits formelz, declaratifs de la chose querelee: ou par demande iudiciaire. Et ont effect lesdites interruptions combien que les exploits dessusdits ne soient poursuiuis, ou que linstance sur ce commencee soit perie.

VSVCAPIONIS telam (vt ita loquar) aut naturaliter præcisam, aut ciuiliter oportet. vt loquuntur Accurs. & Faber in l.cùm notissimi. §.sed & si quis. C.de præscript.xxx.vel xl.annor. Naturaliter autem interrumpitur præscriptio, cùm quis de possessione deijcitur. l.naturaliter.de vsucapio. Id verò pluribus modis contingit, vt interrumpatur præscriptio. Primò, si is qui possidet, sponte sua desinat possidere.d.l.cùm notissimi. §.imo. Secundò, si vi deijciatur de possessione ab eo qui se dominum esse contendit.d.l.naturaliter. Tertiò, si per fluminis inundationem. Nam cùm in præscriptione requiratur continuatio possessionis. l.sine possessione. & l.Celsus. illo titu. verum est sic interrumpi: cùm & ciuiliter & naturaliter elabatur etiam ab ignorante, si contingat inundatio.l.possideri.§.Labeo.ff.de acquir.possessio. Quod tamen sic debet intelligi, si duret impetus. nam si triduo tantùm alióve modico tempore ipsa fundi superficies aquis adoperta fuerit, deinde eodem impetu recedat aqua quo venerat, dici non debet intermissa possessio.arg.l.si ager cuius. ff.quib.mod.vsuf.amitt. Iason latè in d.§.Labeo. numero 9. Postremò per hostium incursum.l.si vnus.§.fin. ff.de bon.auto.iudic.possid. Cuius generis interruptio non depellentibus tantùm & deijcientibus, sed & alijs prodest omniumq; è re est.d.l.naturaliter.& l.qui vniuersas.ff.de acqui.posses.

CIVILES autem interruptiones sunt huiusmodi. Prima quæ fit per supplicationem principi oblatam etiam extra iudicium.l.j.& fi.C.quan.lib.princ.dat.lit.contest. fac. idq; vbi agitur de temporalibus præscriptio. Secunda quoties per impotentiam præscribentis, absentiam, ætatem aut furorem, contestari litem non possumus: neque eum in ius vocare: His enim casibus fit interruptio, si præsidi prouinciæ libellus

Præscriptio quot modis ciuiliter interrumpat.

in iudicio porrigatur, qui declarationem impedimentorum huiusmodi & protestationem contineat. l.vt perfectius. C.de anna.exceptio. hanc cano. appellant synodalem proclamationem, quòd præscriptionem certò impediat. c.sanctorum. de præscriptio. Tertia fit per solam citationem libello, quod aiunt, munitam. l.omnes.& l.sicut.ibi, nisi fuerit subsecuta per executorem conuentio. C.de præscript.xxx.vel xl. anno. Quod de iure verum erat,quoties de præscriptione odiosa agebatur: quæ est xxx. vel xl.anno. l.fi.in fi.C.de anna.exceptio. Quarta per solam oblationem libelli factam in iudicio parte præsente. d.l.vt perfectius. cum ibi nota. & hoc statuto nostro. Nam si per citationem id fieri,multomagis per iudiciariam conuentionem potest.arg.l.de accessionibus.de diuers.& tempo.præscript.& l.qui scit.de vsur. Quinta fit per litis contestationem. l.fi.C.de præscript. xxx.vel xl.anno.idq; cùm de longi temporis præscriptione agitur.l.more. C.de rei vendica. Sexta per fictam litis contestationem: quod euenit,cùm in rem actione edita,reus differt contestari, ad autorem laudandum. ea enim mora & dilatio pro contestatione est, quod pertinet ad cohibendam præscriptio.l.si quis alterius.C.vbi in rem act. Septima per sententiam diffinitiuam vbi de re mobili agitur. l.si post acceptam. ff.de rei vend. l.ij.§. fin.de vsucap.pro empt.Io.Fab.protestationem & exceptionem spoliationis omnino exclusit in d.l.cùm notissimi.Guid.Pap. præconiam proclamationem non sufficere, arresto Delphinali iudicatum fuisse retulit: in quæst.ccccxvj.in princ. Sed illud notandum,ciuiles istas interruptiones,illis duntaxat qui eas persecuti sunt,prodesse: cæteris autem nihil prodesse. l.non esse. §.præscriptio. ne de stat.deff. & l.intra quatuor. de diuers.& tempor.præscript.

Ciuiles interruptiones quibus prosint.

SVNT & aliæ plures interruptiones, quæ vsurpationes dicuntur, & ad iura incorporalia pertinent & ad actiones. Prima est, debiti agnitio siue nouatio. d.l.cùm notiss.§.sed & si quis debitorum. Secunda, est solutio partis rei debitæ.vt ibidem in glo.in verb.innouata. Ias.in l.qui rem. C.de sacrosf.eccles. num.15.& 16. per solutionem vnius denarij census nomine præscriptionem abrumpi. Tertia ex Accurs.est & Bald. in d.§.sed & si quis. vt scilicet fideiussor datus obligationi nondum præscriptæ, præscriptionem extingat. Id tenuit Barto. in l.cùm quis. §.si quis pro rei. ff.de solutio. & Ias. in l.nemo potest.in prima lect.de leg.j. Postrema est per solutionem fœnoris.vt dicit Fab.post glo.in d.§.si quis,vbi & quinta additur.quam & Fab.ciuilem esse sustinuit,rei scilicet obligatæ apprehensio.d.§.imo.

Præscriptio nominũ quomodo interrumpatur.

COMBIEN QVE LES EXPLOITS
ne soient poursuiuis.

INIQVVM videbitur si hæc verba interpretemur ad casum. l.& post edictum. §.si is.ff.de iudic.vt scilicet satis sit ad interruptionem seu vsurpationem præscribenti dicam impingere, etiam si actor, ad diem vadimonium non sistat. Nam Bald.in l.j.de in ius voc. & in l.fin.in prin. de eo per quem factum er. tenet præscriprionem nihilominus continuari,si ad diem præscribenti constitutum actor non venerit. His autem vtitur ille rationibus: quòd non sistendo renunciet iudicio quod dictauerat. d.§.quòd si is. Deinde quòd talis citatio perfecta dici non possit,& valida, vt præscribentem interpellet. vt dicit Bart. in l.qui accusare. ff.de adult. Præterea vulgata est iuris regula,ex citatione,quæ nulla est, nullum effectum produci.glo.fi. in l.si accusatorib.C.de accusat.adeo vt ex ea, is qui vocatus est, si absit, in absentium numerum


Præscriptio non interrũpitur per citationem, si actor nõ compareat.

rum

rum referri non poſsit. vt dicit glo. in verb.venire. in c.cauſis. de offic.deleg. Iaſ. in rub. ff.de in ius voc. Itaque dicamus hoc ſtatuto actori diem neceſſariò eſſe obeundum : nec tamen referre,ſi vbi nomen dederit apud acta,cauſam deſerat. Atque hoc illud eſt quod volunt verba illa ſuperiora, combien que les exploits deſſuſdits ne ſoient point pourſuiuis. ſimilis text.eſt in d.l.ſicut.ibi,niſi ſubſecuta fuerit per executorem conuentio.

§. XXXV.

INTERRVPTION de preſcription faite contre lun des freres, ou communs en biens, poſſedans par indiuis aucunes choſes, ſert & proufite comme ſi elle eſtoit faite contre les autres communs perſonniers en ladite choſe.



ANCIMVS (inquit Iuſtinianus) aliorum deuotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem, alijs debitoribus præiudicare, & alijs prodeſſe creditoribus. l.fi.ad fin. C.de duob.reis ſtip. Quo textu vſurpatio ſiue præſcriptionis interruptio, facta contra vnum ex ſocijs debendi obligationem integram reſeruat:etiam contra cæteros.Bart. in l.cùm quis. §.ſi quis pro reo. ff.de ſolutio.idem cenſuit, cùm ex multis tutoribus vnus interpellatur: per l.ſi pupillus. ff.de adminiſt.tuto. Et generaliter in omnibus caſib.quos eadem obligatione aut iure metiri poſsis.vt in duobus reis. l.ſi reus. ff.de duob.reis. Illud etiam in iure notum eſt, vt vnius pars tantum affici non poſsit: ſed vbi indiuiſa res eſt, coniunctionis ratione omnis afficiatur.l.ſi quis putans.§.j.ff.communi diuid. Et quia obligatio fideiuſſoria diuerſa eſt, nec eadem cum principali, æquum viſum eſt,vt vſurpatio in reum facta, fideiuſſorem nihil teneat aut moretur, quin præſcribere,quod cœperit,continuet.text.eſt in d.§.ſi quis pro reo.Simile eſt in ea actione, quæ poſt tutelarem non rectè & ritè conſtitutam, aduerſus magiſtratum ſuffecta & inſtituta eſt.cui ſcilicet nihil nocet interpellatio tutori facta.cùm hic vna, ille alius,alia,ac diuerſa actione teneantur.l.j.ff.de magiſtrat.conueni. *Præſcriptio rei inter plures indiuiſæ quomodo fiat*

DES EXCEPTIONS.

TITVLVS IIII.

§. XXXVI.

EXCEPTIONS de deniers non nombrez, nha point de lieu en cour laye, ſinon que la partie ſe vueille rapporter au ſerment du creancier.



LLO (inquit Iuſtinianus) ſemper obſeruando, vt in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere,eis nec iuſiurandum offerre liceat.l.in contractibus.§.illo.C.de non numer.pecu. Itaque ſtatutum hoc noſtrum licet ſit de conſuetudine Franciæ, tamen contra ius commune eſt duobus modis.Primò,quòd exceptionem excludat,cui olim vix poterat ren

rat renunciari.vt dicit glo.in verb.probare.in l.si ex cautione.C.eod.tit.Nam ad confitendum properus, temerè, vt voles, renunciabit.vt dicit Bald.in l.fin.§.idem quæsijt.ff.de condict.indeb. Altero,quod exceptionem partim admittat, partim reijciat. Admittit autem, vbi iureiurando eam decidi permittit. & in eo consuetudini Franciæ ius commune est contrarium.Neque enim ex consuetudine potest exceptio obijci, neque in foro spirituali neque in ciuili. vt dixit Ioan.Imbert. lib.Instit.foren. primo.§.ediuerso exceptiones. & Boër.§.viij. in glo.& pariter in fi.tit.de præscript.post biennium autem non admittitur etiam per iuramentum.d.§.illo. Nec verò contra quancunque confessionem ex omni causa opponitur.l.si transactionis.illo tit.sed tantum in tribus causis.Prima,vbi se mutuo accepisse reus est confessus.l.aduersus.C.illo tit.not.in l.cùm de indebito.§.fin.ff.de probatio. Secunda,ex causa dotis.vt tot.titul. C.de dot.caut.non nume. & in authen.de tempo.non solut.pecu.sup.dot. Tertia, in casu.l.j.& ij.C.si pigno.conuent.numer.secu.non sit. Hanc autem exceptionem duobus modis opponimus. Primò,vt quamlibet aliam exceptionem:eo scilicet tempore, quo actione impetimur:& eo casu verè est exceptio.l.si quasi. C.illo tit. Secundò,per denunciationem, quoties scilicet res ob id differtur,vt biennio reus excludatur : tunc enim reus vt sua sibi exceptio salua sit, aduersario denunciat pecuniam non fuisse numeratam,ne posthac scilicet contrà inficietur. l.in contractibus. §.in omnem. illo tit.& tunc interrumpitur præscriptio. Præterea illud non est omittendum,hoc statuto de pecunia disponi signata tantùm : iure verò ciuili de omni eo quod mutuam functionem recipit.not.in l.pecuniæ.ff.de verb.& rer.signific.

Exceptio nō numerata pecunia quibus casib. opponatur.

Exceptio nō nume. pecu. quot modis oppon.

§. XXXVII.

COMPENSATION ha lieu, liquidi ad liquidum : en faisant apparoir promptement par celuy qui demande compensation de sa debte.

Compensatio in quib. rebus admittatur.



OMPENSATIONES (inquit Iustinianus) obijci tantùm iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida est : & possit iudici facilem sui exitum præstare.l.fi.C.de compensa. Id autem in his rebus quæ recipiunt functionem mutuam in suo genere. Neque enim cum tritico vinum compensari potest : sicut neque in vicem illius solui aut restitui.l.ij.in princ.& §.mutui datio.ff.si cert.petat.soluit verò qui compensat.li debitor, ibi, nec enim interest, soluerit an compensauerit. ff.qui potio.in pigno.hab. Item fit compensatio quoties debita qualitate conueniunt. Neque enim in diem creditor actionem præsentem differet compensationis exceptione. vt dicit Io.Fab.in §.in bonæ fidei. Instit.de actio. Tertiò,fit tantùm quantitatis ad quantitatem.d.l.fi.de compensa.nisi forte quantitas ab altero vt species debeatur.veluti si sit deposita, commodata,vsui data, alióve modo debita pro specie. tunc enim iniquum esset, compensationis prætextu, actorem depositarium aut commodatarium, rerum exactione defraudari.vt dicit text.in d.§.in bonæ fidei.facit l.planè.§.sed hæc ita.ff.de lega.j.Idq; verum est, cùm deposita quantitas à cæteris discreta est : nam si functionem admittat,nihil creditoris interest aliam speciem recipere.l.Lucius.depos.& l.si quis vel pecunias.C.depos.Contrà verò quæ in specie aliqua, vel in quantitate & specie debentur,

tur, compensationem nunquam admittunt.l.si conuenerit. in fi.princip. ff.de pigno. actio.& l.si non sortem.§.si centum debens.de condict.indeb.Generis verò cum alio genere tolerabilis est confusio,vt hominis debitor, hominis crediti exceptione satisfacere videbitur.l.si cogitatione. C.famil.ercisc. & l.qui non militabat.in princ.cum glo.in verb.compensetur.in fin.ff.de hæredib.instit. Hodie verò in Francia sublatus est huius exceptionis vsus: sic vt ea debitoribus vti neque eam proponere liceat: nisi vel proponant creditorem secum de compensando pactum iniuisse: vel nisi à principe rescriptum, quo id fieri mandetur, impetrauerint. licere autem eo rescripto nihil plus potest, quàm licebat iure ciuili: adeo vt oporteat compensationem metiri secundum casus superiores.atque alios quosdam, quos attigit Io.Fab.in d.§. in bonæ fid.Et huiusmodi rescripta contra cedentem obtenta,in cessionarium proferri solere, tenent Cyn.Bald.& Fab.in l.eius.C.de compen. Atque ita aliquando iudicatum esse Tholosæ refert Aufrer.in quæst.cap.Tholo.xciij.in fi & Guid.Pap.quæst.cccccixvij. quod & ipse iudicatum esse scio in parlamento Burgundiæ contra dominum de Marre pro domino de Sauigni.

Compensatio sublata nisi duob.casib.

§. XXXVIII.

AVCVN nest receuable à proposer appointement, accord ou arbitrage, ou departement de proces, en quelque maniere que ce soit, pour empescher la procedure dune cause, sil nen iustifie suffisamment incontinent & sur le champ.



HIS EXCEPTIONIBVS, si quidem si opponantur, vt promptam fidem faciant, litis impeditur contestatio ac progressus: vt not. Bart. in l.fi.C.de edict.diui Adria.toll. & harum proponendarum formam dat Paul.Castr.in l.nulli.C.de iudic. scripto autem vt plurimum proponuntur.alioqui,& alia nulla sit præsens probatio,litem nihil remorantur.vt hîc in statuto nostro. Quod tamen sanè debet intelligi: non vt dicamus eas ob id omnino reijci,sed tantùm non eam vim & potestatem, efficaciamq; (quod aiunt)habere,vt litem principalem impediant.quod faciunt scilicet,quoties scriptura constant ac probantur. Neque verò his ideo excludi debet litigator, quòd inter eos casus non annumerentur, qui scriptura constare ac perfici debent. vt in glo.c.j. de censib.lib.vj.sed sæpe solis testimonijs nitantur: nec item eas sic ius adstrinxit,vt improbari debeant.l.cùm proponas.C.de transact.glo.in l.j.& ij.de iureiur. & §.æquè si debitor.& §.item si in iudic.Instit.de exceptio. Admittuntur enim nihilominus: & super his atque super ipso etiam principali erit contestandum: eò quòd requirant altiorem indaginem.vt not.Bart. in l.nam & postea. in princ.de iureiur. & in l.cùm querebatur. iudica sol.atque ita statutum hoc nostrum iuri communi conforme est. ibi, aucun nest receuable à proposer, pour empescher la procedure dune cause, sil nen iustifie. vnde consequens est vt quod ad alios effectus pertinet, admittatur. Et hoc illud est quod dicimus, proceder à toutes fins.

Practica pro credidi, quâ dicimus à toutes fins.

DES REPROCHES.

TITVLVS V.

§. XXXIX.

COMBIEN que par cy deuant publication denqueſte nayt eu lieu au païs & Duché de Bourbonnois, toutesfois pour le bien du païs, & pour obuier aux inconueniens qui ſen ſont enſuiuis, & pourront par cy apres aduenir, ha eſté aduisé par les eſtats dudit païs, ladite couſtume deuoir eſtre abrogee: & que dorenauant publication denqueſte aura lieu audit païs: & que par ladite publication lecture ſera faite des enqueſtes par le greffier aux parties, ou leur procureur: & que pour faire ladite lecture, le greffier ne prendra aucun ſalaire. Ce neantmoins ſi les parties veullent auoir le double de leurs enqueſtes, ou de ceſſes de leurs parties aduerſes, ou de partie dicelles, le greffier ſera tenu de les bailler, aux deſpens du requerãt: et naura pour fueillet q̃ dix deniers tournois.



IS APVD quem (inquit Imperator) res agitur, acta publica exhiberi inſpiciẽda ad inueſtigandam veritatis fidem iubebit. l. is apud quem. C. de eden. quem text. Bart. ibidem num. 7. ad teſtium publicationem inducit. Iudex enim inquiſitionum editionem decernere dicitur, cùm teſtimonia publicari interloquitur, & reſignari. Sed inter iuris profeſſores nondum conuenit an publicationis defectu iudicium vitietur. Bart. in l. fi. de re iudic. tenet vitiari. Ange. contrà, in l. ſolam. C. de ſenten. & interlocu. omnium iud. Nos verò ſenatus Pariſien. arreſto tenemus, omiſsione publicationis vitioſam ferri ſententiam. Imbert. tamen ex Baldi ſententia, in c. j. ſi de feud. inueſtitu. int. dom. & vaſall. lis oriatur. aliter diſcernit quatuor caſibus. Primò, vt etiam ſi publicationis vſus, regionis more aut edicto concedatur, peti tamen expreſsè debeat: alioqui nihilominus valet ſententia. vt & Bald. eod. loco cenſuit. Secundò, ſi poſtulata ſit & denegata publicatio, appellari iure poteſt. quod cùm fit, non poteſt propter appellationem negotium diffiniri. Tertiò, ſi denegata ſit, nec ſit appellatum, valet ſententia: nec eius rei defectu argui poteſt. Quarto, decreta publicatione teſtium, conqueri litigator non poteſt, nec cauſari quòd teſtimonia non viderit: id enim illi eſt imputandum quòd eius ſocordia ac negligentia omiſſum & prætermiſſum eſt.

Publicatiõis omiſsio an vitiet proceſſu & ſententiam.

§. XL.

L ON peult bailler reproches contre les perſonnes des teſmoins ſeulement, & non contre les dits & depoſitions: & ſe doiuent

uent

uent bailler auant publication : mais lon peult bailler saluations contre les reproches si bon semble.



IVRE communi post didiscita testificata licuit testem refellere tribus casibus:sed quibus cæteri omnes compræhendi ac concludi possunt,vel aduocati sagacitate,vel litigantis proteruia. Primo, si protestatione id fuerit reseruatum. Deinde,si constet id recens, & de nouo (quod aiunt) emersisse,quod obijcitur. Postremo,si iureiurando affirmet qui obijcit, se dolo malo quod facit non facere vt apertè dicitur in c.præsentium.de testib. Quæ res cùm & in se nonnihil iniqua, & hominum malitia ac calliditate perniciosa visa esset (vt plerunque homines, pias & sanctas leges in sua natura remanere minimè permittunt. l.ab Anastasio. C.manda.) constitutione regis Ludo. XII. public.anno 1512. artic.xxiij. ea res repressa & reformata est : scilicet vt comminiscendis falsis testium reprobationibus obuiam iretur. sic enim loquitur, ordonnons que es sieges ou y ha publication denqueste, auant ladite publication, que les parties bailleront reproches de tesmoins, si bon leur semble : apres laquelle publication ny seront plus receuz. Id ipsum quoque, verbis non multum admodum dissimilibus constitutum est rege Caro.VII. artic.xcix. *Testem refellere quo tempore liceat.*

§. XLI.

LES matieres prouisionnales, comme es matieres de fournissemens,surceance de sequestre,dalimens,medicamens,de douaires, dation de tutelle, & aussi es autres incidents qui ne sont decisifs de la matiere principale, publication denqueste nha lieu:ny aussi reproches de tesmoins. Mais si lenqueste faite esdites instances & matieres est employee à la matiere principale,les tesmoins desdites enquestes pourront estre reprochez audit principal : & seront lesdites enquestes publiees.



IVRE ciuili quantumuis causæ essent summariè ac de plano (quod aiunt) expediendæ, testimonia tamen erant aperienda : c.statuta. §.iubemus. de hæret.lib.vj. Quo loco casus vnus duntaxat excipitur, grauis, vt text.loquitur, periculi.propter personarum, in quas inquiritur, impotentiam. in cæteris autem regula locum habet.l.tribunus.§.fin.de testa.milit.& l.cùm Prætor.de iudic.& l.maritus. C.de procura.cano.qualis.xxv.distinct. Franciæ tamen consuetudine & vsu contrà receptum est. superiora nanque incidentia iudex perspectis testimonijs decidere solet:nec permittere vt testimoniorum copia partibus fiat: nisi quoties in principalis quæstionis examen edita sunt. tunc enim ea aperiri ac resignari oportet.vt & nos suprà,§.xxxix.Felin.in c.veniens.de testib.litigantes in his summarijs iudicijs,ad testium dicta reprobanda non solum non vult admitti,eò quòd apud iudicem secreta esse debeant, sed neque ad testium personas refellendas. Idq; bona *Sententiæ sūmariæ & prouisionales quomodo ferantur.*

 ratione:

ratione: in his enim causæ fiduciarijs cognitionibus, non tam de veritate quæritur, quàm de facie, & quadam (vt loquimur) apparentia: vt iudex partibus contendentibus litem & disceptationem sic constituat, vt alterius malitia aut diffugia in alterius necem, quo ad eius fieri poterit, non redundent. veluti in alimentis, medicamentis & cæteris id genus: quorum causa veritati præiudicium non facit. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnosc. l. à diuo Pio. §. si super rebus. de re iudic. Nam (vt dicit Vlpia. in l. si iudex. de ijs qui sunt sui vel alie. iur.) si iudex partum nutriri vel ali oportere pronunciauerit, dicendum est, de veritate deinde esse quærendum, filius sit, an vero non sit. Alimentorum etenim causa nullum veritati præiudicium facit. Qui textus maximè notandus est ad statutum nostrum. Primò, quòd sollicitè de veritate quærendum non sit in huiusmodi causis summarijs. Deinde, quòd illis finitis, partes audiri quæstione ordinaria, & lis instrui debet. Postremò, id tantùm fieri, cùm quod partium interest, ob iudicium summarium, forsan nullo iure acceptum, farciri potest iudicio ordinario. siue (vt nos loquimur) reparari in sententia diffinitiua. alioqui regulam immutari oportet: testiumq; reprobandorum ac testimoniorum publicandorum potestatem partibus fieri. vt voluit Felin. in d. c. veniens. & Imbert. in suis institutio.

§. XLII.

REPROCHES destre larron, pariure, infame, rauisseur, & dautres crimes & delicts, ne sont receuz: sil ny ha sentence ou composition faite à partie.

Testes quomodo repelli possint à testimonio.



CALVMNIATOR (inquit Vlpianus) ita demum notatur, si fuerit calumniæ causa damnatus: neque enim sufficit calumniatum. l. Athletas. §. calumniator. ff. de ijs qui not. infa. & l. capitalium. §. solent, ibi, nec antè sint à præside admoniti. ff. de poen. Accurs. in glo. in verb. diuina. & post eum Io. Fab. in l. j. C. de sum. Trinit. & fid. cath. num. 32. asseruit, testem sine iudicio & sententia infamem esse non posse: sic vt ad dicendum testimonium non admittatur. Quòd si vitæ suæ sordibus, id est ipso facto infames sunt, ad testimonij fidem nullo iure repugnante admitti. quia (inquit) ob crimen nemo repellitur, nisi eius criminis sit damnatus. similis est text. in l. testium. §. lege Iulia. ff. de testib. Quæ opinio vsu Franciæ vbique recepta est. Nec quicquam obest, l. Cassius Longinus. de senato. vt scilicet satis damnatus videatur, qui ob vitæ suæ turpitudinem à senatu motus est. Id enim aliter fieri quàm iudicio & causa cognita non potuit. vt & in Cassio Longino verisimile est factum fuisse. Est autem hæc quæstio dubia, maximè in iudicijs capitalibus, num infami testi sit diffidendum. cùm (vt dicit Iuriscon. in l. honori. ff. de obseq. à lib. & liber. par.) licet verbis edicti infames non habeantur, re tamen ipsa & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam. Qua forte ratione ius Pontificium testes quocunque modo infames omnimodò repulit. satisq; esse putauit, si crimen testi obiectum ostendi ac probari posset, & si non esset iudicatum. d. c. super eo. & c. testimonium. ibi, de crimine conuictus, vel confessus, vel si grauata sit eius opinio. de testib. Quantum autem ad eum qui transegit, num debeat repelli, vide quæ nos infrà, §. lxvj.

§. XLIII.

§. XLIII.

REPROCHE de familiarité & amitié neſt receu : ne auſsi de ſeruice, ſil neſt domeſtiq & ordinaire.

IVRE CIVILI (inquit lex Imperatoria) domeſtici teſtimonij fides reprobatur.l.etiam.C.de teſtib. Hîc autem ſtatuentes noſtri nullum nouum ius induxerunt.Sed cùm ius ciuile eſſet quodammodo ſubobſcurum, qui familiares eſſent à teſtimonio repellendi, nihil melius, nihil commodius ad illius interpretationem adduci potuit, quàm receptus in Francia vſus & longa conſuetudo. l.ſi de interpretatione. de legib.ff.qua obſeruamus vt obiectatio amicitiæ non aliter recipiatur,quàm ſi teſtis ordinarius eſt & domeſticus : id eſt,ad potum & ollam:quod eſt Gallicum prouerbium. Domeſticus enim is eſt,qui in domo moratur,aut qui apud nos degit.l.reſpiciendum.§.j.ff.de poen. ibi,in cuius domo moratur.& ibi,ijs qui apud nos degunt.facit.l.præſenti.§.ſanè.C.de ijs qui ad eccl.confug. & l.ſi libertus.ff.de furt. Sed tamen hîc adnotandum eſt,ſtatuti huius regulam iure ciuili non ſemper admiſſam eſſe,ſed quoſdam caſus excipi. Primò,ſi de eius rei probatione agatur, quæ per domeſticos & familiares duntaxat fieri poteſt. tunc enim & pro parentibus liberi, & econtrà pro liberis parentes admittuntur.per text.elegantem in l.quoties. de naufrag. lib.xj. C. vbi Bart.& cæteri notant. Zazius in l.prætor ait. §.prætor. de eden. Secundò,in criminalibus ad innocentiam aut ad excuſationem probandam, recipitur domeſticum teſtimonium. vt dicit Angel.in l.ſi is cum quo. ff.de confeſſ.& Specul.in tit.de inquiſitio. §.j.verſ.ſed nunquid. dummodo tamen is qui teſtificatur, nulla alia exceptione quàm domeſticitatis aut familiaritatis repelli poſsit. Nihil enim dubium eſt, ſi alia quauis ratione, aliôve modo non ſit idoneus, admitti minimè debere.

Teſtis domeſticus aut familiaris qs repellatur.

Teſtis domeſticus interdum admittitur.

§. XLIIII.

OBIECTZ & reproches generaux,ne ſont admis,ne receuz: mais fault quilz ſoient ſpecifiez & declairez.

SVMPTVS eſt hic §.ex c.præſentium.de teſtib.lib.vj. & ex c.vt circa. de electio.eod.lib. Neque enim homicidij generalis obiectio teſtem offendit,aut repellit.Nam vt dicit Auguſt.in cano.homicidium.xxiij. quæſtio.iij. Iudex aut eius miniſter hominem nocentem, item is cui inuito aut imprudenti telum è manu effugit aut elabitur, hominem occidere dicuntur,nec tamen aliquid peccant. Item qui ſe defendit, aut qui alij ſubuenit.vt in glo.in d.c.ſi homicidium.& cano.ſi homo.xxij.quæſt.v. Lex enim xij.tabularum nocturnum furem impunè occidi permiſit. l.furem nocturnum. ff.ad leg. Cornel.de ſicar.Ideoq; in ſpecie debet homicidium objici : ſponte dolóve malo admiſſum.l.j.in princ.& l.qui cædem.eod.tit.Item quoque infamiæ mentio indeterminata nihil releuat.nec vlla eius habetur ratio,niſi vel iudicata vel tranſacta ſit,vt plenè ſuprà diximus,§.xlij. Et ſimplex iniuriarum oppoſitio reijcitur : nec niſi capitales

Homicidij generalis obiectio non ſufficiat.

Teſtis in ſpecie reprobandus.

aut certè graues testem reijciunt. qua in re quæ grauitas sufficiat, arbitrio iudicis remissum est.l.j.de quæstio.Item familiaritas sola, aut amicitia sola, si cum ea neque habitatio neq; intimum consortium cõiungatur, nihil est.vt & suprà dictum est, §.xliij. Nec enim vagari licet cum discrimine famæ alienæ: sed factum designari debet. Et qui crimen aliquod intendit, illud debet specialiter exprimere. vt dixit Vlpianus in l.Prætor edixit.in princ. ff.de iniur. vbi Bart.& Angel.per illum textum tenuerunt obiecta in testem non admitti, nisi specialiter expressa sint.idem Bart.in l.j.ad finem. versic.ad vnum. C.de testam. per text. in d.c.præsentium. §.testes. Boër.amplissimè decis.cccxxj. in ij.parte. quo loco aliud etiam dubium decidit: an iudex testem non reprobatum, possit ipse non admittere, si eum ex eius testimonio viderit reijci oportere.Et post multa in vtranq; partẽ adducta, concludit posse: secundum Bal.in l.etiam iure ciuili. vers.sed quæro. ibi, & dic hic.C.de testib.licet plerique contra tenuerin.

§. XLV.

LES aduocats ne doiuent sur peine damende & suspension de postulation à temps, ou priuation à larbitrage du Iuge, articuler aucun fait de reproche, sinon quil soit receuable, & quilz ayent charge des parties: ce quilz sont tenus dafermer par serment, silz en sont requis.



ADVOCATI (nanque lex Imperatoria) ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra quàm litium poscat vtilitas, in licentiam conuitiandi & maledicendi temeritatem prorumpant.l.quisquis.in princ. C.de postul.vbi glo.in verb.vtilitas.id induxit in obiecto testium corruptorum. Francisci quoque regis constitutio idem edixit: punitq; calumniantem pœna duplici.arti.xlj.ex his quæ publicatæ sunt anno 1539. Hic obiter adijciam contra Bart.& Alex.in l.fi.ff.de hæredib.instituend. eum qui falsa conuitia in testem obiecit aut dixit, non tenere, duntaxat in Francia: quòd iuris executio in iniuriam detorqueri non possit.nemo verò eorum nomine teneatur, quæ legis permissione fiunt.l.fi.quod quisq.iur.& vulg.l.Gracchus.

Testis calũniosa reprobatio mulctanda.

§. XLVI.

LES parties ne doiuent estre appointees à informer sur les faits de reproches et saluations, sans voir lesdits reproches ou saluations auec les proces principaux. Et ne sont receuz en preuue desdits faits, sinon quilz fussent concluants, & contre tesmoins, sans la deposition desquelz lesdits proces ne se pourroient iuger.



STATVTVM hoc ad verbum transcriptum est ex constit.reg. Ludo. XII. public.anno 1512. artic.xxxix.sub his verbis: Item auons inhibé & defendu, inhibons & defendons à tous Iuges de nostre Royaume, de nappointer les parties à informer sur les faits des reproches, sans voir lesdits reproches auec les principaux

principaux proces: & de ne receuoir lesdites parties en preuue desdits faits, sinon quilz fussent concluants, & contre les tesmoins sans lesquelz ne se pourroient decider lesdits proces.

§. XLVII.

ET NE sont les parties receues à bailler reproches contre les tesmoins examinez sur les faits contenus es premiers reproches, sinon que le Iuge en voyant le proces le feist pour vrgente cause.



ANDAMVS (inquit Honorius III.) quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super negotio principali, partes duxerint producendos: quos si rursus pars altera vel vtraque voluerint reprobare, contra illos probationes admittere procuretis. Ita quòd vltra non liceat partibus ad reprobationem testium aspirare: Ne si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps partibus licentia tribuatur, negotium diutius protelari contingat. c. licet dilectus. de testib. Nihil autem referre videtur remissáne sit iudici tertia testium productio. Id enim magis statuentes constituisse videntur, vt diffugiorum finem aliquem & exitum constituerent, quàm vt ipsam sic coarctarent. Super his, inquam, iudex confirmabit motum animi sui ex argumentis & testimonijs quæ ipse comperiet. Idq; perpetuo verum est, vt scilicet causa aliqua & vrgens occasio mouere debeat, si testes iam productos audierit. Tunc enim magis scire potest quanta fides habenda sit testibus. iuxta diui Adria. epistolam, in l. iij. §. j. ff. de testibus.

Testiũ reprobatoriorũ receptio quatenus fiat.

DES DELATIONS DE SERMENT.

TITVLVS VI.

§. XLVIII.

CELVY à qui est deferé le serment, nest tenu iurer ny referer, si le deferant ne le veult croire, tant sur la demande que sur les exceptions, & defenses peremptoires: lesquelles il est tenu proposer, & bailler promptement: à fin que le deferant declaire, sil veult persister à sadite delation ou sen retirer.



I IVRAVERIT debitor (inquit Paulus) se mihi nihil præstare oportere, distinguendum est & replicatione emendandum, vtrum ideo iurauerit quòd post promissionem exhibuerit, an verò quia soluerit. l. duobus. §. j. vers. si verò iurauerit. de iureiur. Doctorum verò nostrorum hîc vna vox non est: nec inter eos satis conuenit: sed paucis controuersiam referam. Accurs. in glo. l. si quidem. C. de exceptio. rem istam acutè & diligenter absoluit. multum enim interesse putauit, an reus iuret se non purè, neque ita vt intenditur, sed sub conditione aut modo promisisse. Tunc enim vnum

Iureiurando rei quatenus actor stare teneatur.

factum est: quod nec distingui nec separari potest:sed vel totum atque integrum acceptari, vel totum recusari debet.an verò dicat reus & iuret se quidem promisisse:sed vel persoluisse se, quod promiserat, vel ei acceptolatum esse ab ipso actore, vel pactum inter eos factum ne peteretur. Hoc enim casu poterit actor confessionem huiusmodi acceptare, quatenus illi erit commoda, & intentioni conformis, eo reiecto quod dissonans aut contrarium esse videbitur. l. perfecta. C.de donatio. quæ sub mod. Quam Accursij sententiam Bart. Ange. alijq; plures secuti sunt. per textum in l.Publia.§.fi.ff.depos. Contrariam opinionem secutus est Fab.autoritatis homo maxime, in l.vnic.num.5. C.de confess.& in §.item si quis postulante. in princ.Instit.de actio. allegat d.l.Publia. asseritq; actorem, qui reo iuramentum detulit, cogi omnia, quæ iurata erunt, sequi : atque illis stare, etiam si super ijs quæ ad rem iurantis faciunt, delatum non sit iuramentum. Pro hac sententia facit text.in l.si filius.j.§.exceptionibus. ff.de interro.actio. Sed tamen hæc sententia recepta non est, sed illa Accursij superior. vt refert Nicol.Boër.in decis.ccxliij.num.9.in ij.parte. Refert autem ille ex pluribus professoribus quasdam cautiones, quæ mihi cassæ quodammodo & subinanes esse videntur. In summa, nullum videri potest cautius absolutorium, quàm quod statuto nostro datum est, vt scilicet reus iusiurandum non recipiat, nisi prius deferentem actorem promisione adstrinxerit, de eo quod erit iuratum, pro re iudicata habendo atque etiam præstando. Ias.consil.86.num.1.volum.j. materiam statuti nostri discutiens, reum dixit, cui ab actore sacramentum delatum est, sic posse excipere, Non teneor iurare super actione tua, nisi velis me iurare super exceptione mea. Id ipsum ante Ias.tenuerant Geminia.& Imo.in c.cupientes.in princ.in glo.malignantium. de electio.lib.vj. Alioqui standum erit opinioni Accursij in d.l.siquidem.quæ apud bene consultos pro decreto est. Iurari enim oportet, eo modo quo iusiurandum delatum est.l.ait Prætor.§.fi.de iureiur. Quæ causa est, vt actor simpliciter deferens, de eo quod intenderat & petierat, vt iuraretur, voluisse videatur. nec valet quod ad excludendum iuratur, nisi omnino negatiuè fiat, & nisi delatio ita sit concepta, vt hoc statuto dicitur, iusiurandum rei, exceptione se liberantis prætor non tuebitur. vt apertè Ias.in l.manifestæ.num.8.ff.illo tit. Sed tamen vt hoc postremum dicamus, si quæ reus excipiendo iuramento addat, quæ adeo connexa sint, vt commodè ac rectè separari nequeant, illis standum esse mihi videtur. veluti si reus se mutuò accepisse fateatur, & reddidisse iuret, hic enim absolui debet. Connexa autem quæ dicantur, iudex existimabit. vt per glo.in c.si cautus.de sentent.excom. declarat Alcia referente Ioan.Montaigne in l.j §.si quis simpliciter.num.75.de verb.oblig.

Accursij opinio recepta.

§. XLIX.

HOSTELIERS, tauerniers, & reuendeurs publiqs sont creuz par leur serment, des viures & marchandises prinses en leurs maisons : comme pain, vin, huile, chandelle, espicerie & autres denrees vendues à destail, iusques à cinq solz, dens trois moys à conter du iour quelles ont esté baillees: pourueu que le marchand qui les aura baillees, soit de bonne renommee. Et ne sont pource les

defend

defendeurs condemnez es despens. Et auant le serment fait, peult le defendeur alleguer & prouuer payement si bon luy semble, par vn seul delay seulement.

BONA fides non patitur, vt leui de causa contendatur diutius in iudicio. Itaque ad contundendam vitilitigatorum proteruiam, æquum visum est, vt pro re, proq; summa modica mercatorum fidei iuratæ staretur. inter quos longissimi illi litium anfractus ex legis autoritate præcisi sunt: etiam si de maximis rebus agatur. vt not. Bart. in l. si fideiussor. §. quædam. & in l. Quintus. ff. mand. & amplissimè Iason in cons. 82. num. 2. volum. j. facit l. bona fides. ff. depo. neq; bene apud bonos audire is potest, qui ob rem aliquam minutam, tam fastidiosè reluctatur. vt & dixit Iuriscon. in l. scio. ff. de rest. in integr. in l. metum. de eo quod met. caus. facit text. in l. si oleum. ibi, ecce imprimis si modica summa sit. de dol. Modica autem summa quæ sit, magis est vt sit arbitrarium: cùm in eo vertantur multa, quæ iudicem æstimare pro sua solertia & grauitate oportet. Iason modicam summam existimauit esse quinque solidorum: in consilio 184. versic. secundo principaliter, ibi, vel quod quinq; solidi. volu. iiij. vbi præterea tenuit, ob huiusmodi summam tam modicam, testamentum infringi non oportere. facit l. res bona fide. (quam tamen ille non allegat) ff. de contrah. empt. Nec verò sine mysterio statuentes nostri, eius mercatores secundam famam præscripserunt, cui iusiurandum deferretur. Illa enim cùm in cæteris multis tum verò hic multum ad rem facit. prout dicit Bart. in l. desertorem auditum. §. is qui ad hostes confugit. vers. sed si ex improuiso. per illum text. ff. de re milit. Et alio loco Arrianus, si bonus, inquit, miles antè existimatus fuerit, prope est, vt eius affirmationi credatur: si emansor sit, non credatur. & l. non omnes. §. à barbaris. illo tit.

Mercatoris fides stari.

Modica summa quæ sit.

§. L.

TVTEVRS, curateurs, procureurs de fabrique, marguilliers, executeurs de testamens, & autres subietz à rendre contes, sont creuz par leurs sermens, de leurs mises, iusques à cinq solz en chacun article, sans quittance, des choses concernans leurs administrations: quand il est vraysemblable quilz les ont baillees, sans fraude: sinon que la partie voulust prouuer le contraire.

SI ALIQVA (inquit Aug. Imperator) dubitatio orta fuerit, vtrum tota quantitas, an verò pars eius in ædificijs expensa sit, hoc domini domus sacramento dirimitur. l. si quis pro redemptione. §. eademq;. C. de donatio. ibi Bald. id tranferri voluit, ad executores testamentarios: Ludo. Roma. lxxvij. in quibuscunque administratoribus locum habere. Sic tamen hoc Bal. intellexit, vt verum sit si expensa sit modica. Deinde modicæ rei sumptus neq; satis commodè neque satis facilè probari aliter possunt, quàm administratoris affirmatione. & ideo in diarium coniecisse satis est. arg. eorum quæ

not.

not.Cyn. in l.id quod pauperibus. C.de episc.& cleric. in sexta quæst. Quæ res fiet magno ecclesiæ, magno reip. magno pupillorum & hæredum commodo, quorum impensa probationem suæ administrationis ipse administrator instrueret. Secundò id maximè verum est, si sumptus huiusmodi, de quib.agetur, procul facti sint: tunc enim credendum est illi qui eos fecit, iuranti: scilicet si homo sit probatæ opinionis. text.est.express.in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.& dixi §.superiore.

DES ASSEVREMENS.

TITVLVS VII.

§. LI.

L'ON ne peult faire adiourner en asseurement par deuant le Seneschal du Duc de Bourbonnois, à Moulins ou autre iusticier du païs & Duché de Bourbonnois, sinon que ce soit pour transport abusif de iurisdiction: ou pour exces, information & decret de Iuge preallable: ou que les adiournez fussent vagabonds & non domiciliez dudit païs & Duché. Et si aucun est adiourné en asseurement, en autre cas que les dessusdits, il nest tenu de comparoir personnellement: & est tenu celuy qui laura fait adiourner es despens dommages & interests dudit adiournement.

Securitas quando præstetur.



FIDEM hanc iudicialem (quam Vlpia.in l.j.ff.ad l.Iul.maiesta.securitatem vocat) implorare passim quacunq; occasione aut quolibet prætextu non licet. Sed tantum propter futurum aliquod periculum. vt dixit.Io.Fab.in l.denunciamus.in princip.C.de ijs qui ad eccl.confug. & apertius in §.post quod.Instit.de fideicom.hæred. Ex quo loco bona pars huius statuti desumpta & penè transcripta est. Licet autem & iure & multorum opinione probanda esset causa timoris, vsu tamen communi satis est, metum eiurari ab eo qui securitatem implorat.not.Saly.in d.l.denunciamus. cuius opinione inimicitiæ præcedentes aut minæ sufficiunt. Non desunt qui in securitate præstanda considerari velint, vtrum is qui odio habet, aut qui interminatus est se aliquid facturum, is sit, qui, quod verbis egerat, re ipsa soleat exequi. Abb.Sicu. in c.j.de offic. deleg. sed melius est vt tota ista res iudici æstimanda relinquatur. Bart.in l.hæc autem.ff.si cui plus quàm per l.falc.lic. Expendet personarum qualitatem & potentiam. Illud tamen videat ne se sic difficilem aut morosum præstet in officio suo exhibendo, vt implorantem cogat exactè causam dicere, cur securitatem imploret, aut lege agere & causam persequi. Nec enim leges se in huiusmodi necessitatibus semper expectari volunt. Cùm ei (inquit Cicero pro Milo.) qui expectare velit, antè iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. Præclarè in eam rem lex Imperato. melius est (inquit) in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.l.j.quand.lic.vnicuiq. C.vbi Bald. obfirmat, eum qui mortem alteri comminatur, impunè occidi posse.

Iudex in præstãda securitate non sit difficilis.

similis

similis est text.in l.fin.C.in quib.caus.in integr.restitut.non est necessar.ibi melius est etenim intacta sua iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere. Nam cùm quis sibi aut suis rebus ne quid mali aut incommodi importetur, timet, curiæ præsidium liberè nanciscitur, etiam si periculum non appareat. l.eorum qui bona fide.in fi.ff.de damn.infect. æquius verò est illi subueniri qui persona sua periclitari affirmat.l.sancimus. C.de sacrosf.ecclesf.nemo enim negabit, rebus ipsas personas præferri. l.iustissimè.in princip. ff.de ædil.edict.& §.fi.Instit.de iur.natur.gen.& ciui. Addam hoc loco,iudicem,periculi causa cognita,si ea eiusmodi esse videbitur, vt meritò timendum sit,metuenti eam potestatem facere posse,vt sit in armis,vbi volet, eaq; deferat ad tutelam (vt loquimur) sui corporis: etiam si alioqui generaliter armorum vsus sit interdictus. Silent enim leges inter arma, nec placidæ ipsæ & pacificæ contrà stare audent gladijs oppositis. sed sæpissimè auget & exasperat, vt magis inter se committi contingat: iuxta id quod dicitur in l.quia satisdatio.ff.de susp. tutor. Tamen talia neque peti, neque obtineri possunt sine causa speciosa: alioqui cuique calumniatori in alterius inuidiam obstrepere & furere liceret: quod tantum abest vt ferendum sit, vt etiam data sit in eum qui petit,iniuriarum actio. l.senatusconsulto.ff.de iniur.& l.capitalium.§.ad statuas.ff.de poen.

§. LII.

EN MATIERE dasseurемens, les parties en cas susdit sont tenues de comparoir en personne, iusques à ce que par le Iuge en soit autrement ordonné. Et pour iceluy prester,nha lieu renuoy: mais si apres lasseurement, les parties ou aucune dicelles requierent, la doleance faite, estre renuoyees par deuant leurs Iuges ordinaires,estre le doiuent,si la matiere y est subiette.



BARTOL. in l.sed si susceperit.in fi.ff.de iudic.quæstionem mouit, an exterus qui huc commigrauit,mihiq; periculum intendit, cogi possit securitatem præstare? resoluit ita: vt licet commigrandi tantum,non autem habitandi causa diuerterit,tamen aliquot dies immoretur,non possit iudicem vt incompetentem reijcere: sed cùm in eius autoritate sit, in eo casu aduena interdictum iudicis sequi debet: alleg.l.ij. C.vbi de crimine agi oportet. Si verò hospes in diuersorio non adeo immoretur, vt quid in eo loco possit dici fecisse, eo casu conueniri non potest. Hodie verò obtinuit vsus Franciæ, vt in securitate præstanda declinari forum non posset: sed omnibus exceptionibus amotis,iudex,etiam extraneus vim interdicere & dare fidem curiæ potest.vt per Aufre.in parla.stylo.tit.de assecuramen.§.fi. *Securitas præstatur corā iudi. incompetenti.*

§. LIII.

ASSEVREMENT baillé vne fois ne peult estre reiteré,pour le cas, pour lequel il ha esté baillé, en faisant promptement appa-

roir quil ha esté baillé : auquel cas ladiourné doit auoir despens, dommages & interests.



Securitas semel præstita durat perpetuò.

VM, bona ratione, litium modus statuendus sit, ferendum non est, de eadem re iterata lite aliquem conterere : vt dicitur in l.prima. in fi. C.si aduers.sentent. & in l.postquam liti. de pactis. & in l.fratris. de transact.nam hæc præstatio securitatis durat perpetuò. vt dicit Ioan. Fab. in l.denunciamus. nume.7. C.de his qui ad eccles.confug.alleg. l.si dominus in seruos. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Prætor enim in perpetuum potest interdicere. l.moris. ff.de poen. & l.j. de postul. item quod non mutatur stare non prohibetur.l.præcipimus.C.de appellatio.& l.sancimus.de testa.facit,l.venditor. ff.de iudic.& perpetuum est quod non reuocatur.c.j.de empt.lib.vj.

§. LIIII.

SI CELVY qui est adiourné en asseurement refuse de le bailler, il est contraint par emprisonnement de sa personne, & sans luy bailler aucun delay.



Potentior renuere securitatem nec humilior temere petere potest.

VM etenim lex ciuilis omnibus securitatem æqualiter tribuat, meritò visum est, vt cùm proteruus calumniatur se timere, cùm non timeat, coërceri debeat, & in vincula publica duci, per textum ita expressum in l.capitalium. §.ad statuas. ff.de poen.& l.senatusconsulto. ff.de iniur. bene perpenso iudicio, & æquali iure, si humilior iniuriam sine calumnia præuidere affirmet, aut doceat, pari vinculorum coërcione potentior, si renuat, cogi debet officio iudicis ordinarij qui coërcendi & detinendi ius habet.l.si quid erit.ff.de offic.Procons.

§. LV.

FILZ de famille aagé de vingt ans, & fille de famille aagee de seize ans, & femmes mariees peuuent estre es cas dessusdits adiournees, & faire faire adiournemens en cas dasseurement actiué & passiué, sans autorité de leurs peres ou marys.



Filiusfamilias accusat & defendit sine patre.

OAN. FAB. in l.cùm non solum. nume.12. C.de bon.quæ liber.tenet filiumfamil. posse prosequi, aut subire securitatis præstationem : cùm illa publici iuris sit, & in societatem delicti veniat : vt dicit Bartol.in l.sed si susceperit.in fi. ff.de iud.idem dici debet in accusatione.quam etiam inuito patre intendere & defendere potest. l.inter liberas. §.filiusfamilias. ff.ad leg.Iulia.de adulter. vindictam enim proprij doloris consequi sine autoritate potest.l.filiumfamil. eod.tit. item & iniuriarum agere potest. l.sed si vnus. §.filiofamil.ff.de iniur.& l.fi.C.illo tit.idem si personales actiones prosequatur, vt latè per Guidonem Pap.quæst.liiij. Idem in vxore cuius accusatio admittitur, si suam

Vxor sola accusat aut defendit.

aut

aut ſuorum iniuriam proſequatur,d.l.fi.& l.de crimine.& l.vxor tua. C.qui accuſare non poſſunt. Quantum ad pupillum attinet,eius tutor poteſt tutorio nomine accuſare.l.Polla.& l.tutorem. ff.de his quib.vt indig. & l.ſenatuſconſulto. C.qui accuſ.non poſſ.tamen ſe inſcribere tutor eo nomine non poteſt,ſed proprio tantùm. l.ſi cautiones.illo tit.C.Nec incongruit quod alio nomine ille accuſet & alio ſe inſcribat.d.l.fi. C.de iniur. ratio eſt, quòd inſcriptio tutoria non admittatur, quia pupillo defuncto, ceſſarent & inſcriptio & accuſatio,nec cogeretur tutor implere.l.diuus. ff.ad Turpil.

Tutor licet accuſare,tamen ſe inſcribere tutorio nomine non poteſt, ſed proprio.

§. LVI.

ASSEVREMENT eſt enfraint par battre & frapper induement celuy à qui eſt donné ledit aſſeurement, par luy, ou autre à ſon adueu & pourſuite, ou autre de ſa famille & maiſon, & non pour iniures verbales. Toutesfois ſi celuy qui donne ledit aſſeurement, iniurie verbalement celuy à qui il aura eſté donné, il eſt puny plus grieuement de peine pecuniaire à larbitrage du Iuge. Et eſt reputé laſſeurement enfraint, ſi celuy qui ha fait faire ledit adiournement ha eſté oultragé par ladiourné depuis ladiournement poſé.



SI QVIS, inquit Vlpianus, pulſatus quidem non eſt, verùm manus aduerſus eum leuatæ,& ſæpe perterritus eſt,quaſi vapulaturus, non tamen percuſſus, vtili actione iniuriarum aget. l.item apud Labeonem. §.j.de iniur.& ideo erit hic caſus effractæ ſecuritatis ſtatuto noſtro addendus. Alium ponit Fab.in d.l.denunciamus. ſi vxor aut filia compreſſa ſit, etiam volens.l.raptores. C.de raptu virgi. facit l.j.§.vſque adeo. ff.de iniur. & expreſsius in l.ſed eſt quæſtionis.§.fi.cum l.ſequenti. ff.illo tit.& l.vel luxurioſum. ff.de ſer.corrupt. idq; adeo verum eſt, vt etiam maior iniuria fiat ſi ſollicitetur & perſuadeatur,quàm ſi compellatur.l.j.§.perſuadere. ff.illo tit. Hoc enim caſu corpus tantùm corruptum eſt: illo verò, & corpus & animus corrumpuntur. apud Liuium Lucretia,corpus (inquit) tantùm violatum eſt,animus inſons: mors teſtis erit. Alius eſt caſus quando neque pulſatus, neque verberatus eſt is qui iudicialiter fidem obtinuit.ſed eius veſtimenta vi ſciſſa ſunt.d.l.ſed & eſt quæſtionis. in princip.ff.de iniur. Idem ſi domus eius vi introita eſt.l.lex Cornelia.§.j.ff.eod.tit. Idem ſi coitio aut turba facta ſit contra eum.l.prætor edixit.§.ſi mihi plures.ff.illo tit. Notanter autem in textu dicitur, induement, quia ſi iuſtè offendit ſecuritatem calumnioſè proſecutum, & inde irritantem,non tenetur:arg.l.fallaciter.ff.de abolitio.

Territus offendi dicit.

Securitas qbus infringatur.

Perſuadere magis eſt q̃ cõprimere.

Securitas defenſionẽ non aufert.

§. LVII.

INFRACTION daſſeurement emporte punition corporelle,ou pecuniaire, à larbitrage du Iuge, ſelon les qualitez des

personnes, & exigence des cas:& en appartient la congnoissance au Iuge, par deuant lequel aura esté posé ladiournement.

Securitatem aut publicã aut priuatã infringentis pœna.



IBERIVS & præsenti nimis animo quidam hic pœnam capitalem constituerunt ex lege Iulia, lata in perduelliones. inter quos primarius Ioan.Fab.in d.l.denunciamus.alleg.l.primam. ff.ad legem Iul.maiest. ibi, vel aduersus securitatem. Budæus in d.l.prima.annotauit securitatem ibidem dici, quod nos saluum conductum dicimus, idq; Vlpia. suis verbis satis mihi videtur subnotasse :nam post verbum, securitatem, subdit hæc verba,Is cuius opera consilium initum erit,quo obsides interciderent. Guid.Pap.decis.ccccxviij. vsum curiæ Delphinal.pro legis interpretatione adducit, quo securitatem pro fide publica sumi dicit, & huius violatorem reuera pœnæ mortis subijci. d.l.prima.Ideo cùm priuatæ securitatis effractorem lex ciuilis non designauit,iudex, causa cognita,& secundum qualitatem personarum & facti, extraordinem pro arbitrio puniet.l.hodie.ff.de poen. & l.j.ff.de effract.& expilatorib.seuerius tamen quàm commune delictum,ad instar forsan violatorum pacis.

§. LVIII.

LES subietz en iustice ne peuuent vser dasseurement, contre leur Seigneur iusticier : toutesfois, se peuuent asseurer par deuant le superieur.

Securitatem an subditi à domini sui tia obtinere possint,& à quo.



NE POTENTIORES viri,inquit Vlpia.humiliores iniurijs afficiant, ad religionem Præsidis prouinciæ pertinet.l.illicitas. §.ne potentiores. ff.de officio Præs. similis est textus in l.cùm satis inhumanum. §.caueant.C.de agricol.& censit.lib.xj. Caueant,inquit, possessionum domini, aliquam violentiam colonis inferre : si enim hoc approbatum fuerit,ipse prouinciæ moderator omnino prouideat. Et ea ratione notanter in statuto hoc dictum est : se peuuent asseurer par deuant le superieur. Officium enim Præsidis prouinciæ est huiusmodi violentias summariè quidem quo ad eius fieri potest, sed tamen acerrimè vindicare, quoties contentio est inter dominum & rusticum: idq; etiam si rusticus nihil petat. procuratorem autem siue publicum accusatorem his adesse oportet,vt dicit Bened.in repetitio.sua.in notula,condidit.j.numero 65. de testa.& præclarè Boër.decisio.xxxiiij.in ij.part.num.5.& sequentibus vsque ad finem. Paul.Castrens.in l.qui bona. §.qui damni. ff.de damno infect.tenuit dominum non teneri subdito securitatem præstare,ex eo quòd præsumitur peti causa libertatis onerandæ.alleg.l.primam. §.qui onerandæ. ff.quar.rer.act.non det. Alexan.tamen in d. l.qui bona.§.si quis iuxta.numer.5.tenuit contra:& post hunc Aufrer.ad decis.capel. Tholo.cccclxxxix. vsu obseruari dicit, vt dominus non possit securitatem denegare subdito, qui neque debet à domino contumeliam accipere, neque ferre verbera : vt dicit Bart.in d.l.cùm satis. imo possunt domino subditi obsistere & reluctari. vt dicit Ioan.Fab. in l.omnes iudices. C.de appellat. Debent enim subditos domini ab iniuria defendere : non econtrà committere, vt ab ipsis opprimi videantur. vt dicit Bald.

Bald. in c.primo.qui feud. dare possunt. & licet securitatem obtineant subditi: non tamen armorum vsum, qui semper in superiorem denegatur, etiam si exceptum non sit generali permissione principis: solet autem specialiter excipi clausula expressa. Hic verò occurrunt miseriæ, quæ passim deplorantur à subditis, qui ex dominorum arbitrio ac potius potestate ac nutu adeo pendent, vt iam iniurias & sæuitiam ex consueto pati didicerint. Quæ res, si qua alia in tota politica ac repub. coërceri & iuris interpretatione moderari debet: quo iure dominus armis subditos tueri, & legibus gubernare: & contra, subditi dominum mutua quadam obligatione reuereri, & quæ non nimium asperè aut immoderatè tributa petuntur, præstare bona gratia debent. vt dicit Bart. in procemio Digestorum. §.j. Item & mutua est pœna: Nam subditus contumax mora sua possessionibus deijcitur. vt no. in l.ij. C. de iure emphyt. econtrà dominus crudeli tractatione à seipso in omnibus subditum eximit. §.fi. Instit. de his qui sunt sui vel ali.iur. Referam hic præclara verba Antonini Imperatoris ad Aelianum Marcia. quæ adscripsit iurisconsultus, in l.si dominus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. cognosce, inquit, de querelis eorum qui ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confugerunt. & si vel durius habitos quàm æquum est, vel infami iniuria affectos esse cognoueris, venundari iube, ita vt in potestatem domini non reuertantur. Ad id extat notabilis historia Clotarij regis Franc. qui ob vasallum de Hyuetot iniuria occisum, omne ius ditionis hæredibus concessit, nihilq; etiam regium sibi reseruans: adeo vt ad hæc tempora is ager, regnum, & huius dominus, Rex dicatur. faciunt quæ no. idem Fab. in l. vnica. per illum textum. C. de offic. comit. sac. palat. & in l. prima. C. si quacunque præd. potestat. per textum in l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adult. & in l.ij. de his qui sunt sui vel ali.iur. text. est in c. primo. de form. fidelita. vbi dominus reddere tenetur vicem subdito, debetq; iura illius conseruare, alioqui domini nomen non retinet, sed amittit, vt dicit Bald. consi. 439. volu. iij. Et quia quotidie contingit, vt talium iudicia à colonis vix possint obtineri: quæ etsi data sint, executio tamen grauioris expensæ est ob ingentem difficultatem & dominorum impotentiam, prouinciæ gubernator manu armata, illa & cætera iudicia, vt res expostulat, debet exequi. illud etenim nominatim mandatum est gubernatoribus prouinciarum literis suis à rege concessis, vt lectum memini in auditorio nostro forensi ex parlamenti Parisiensis sumpto, post publicationem illic factam literarum illustris domini Ioannis Dalbonij militis ordinis regij, gubernatoris nostri, quem honoris gratia nomino, & cui his diebus post eius decessum publicè luctum, successit in eadem prouincia felicissimus eius filius Iacob. Dalbo. illius ordinis miles, & in Francia celerum Tribunus. Hi enim prouinciarum gubernatores, cùm regis vices teneant, cuius est vi sua iustum conseruare: nihil magis eorum officio incumbit, quàm vt iudicia non eludantur. textus est formalis in casu nostro, in d. l. cùm satis. §. caueant. ibi, si per iudicem pronunciatum erit, ipse prouinciæ moderator omnino prouideat. vbi glo. interpretatur, vt ille prouideat prouisionem exequendo in prima opinione quæ melior est, & magis approbata.

Armorum vsus in superiorē nō permittendus.

Dominus et subditi mutua obligatione inuicē tenentur.

Gubernatores prouinciarum debent exequi iudicia difficilia.

§. LIX.

ASSEVREMENT special peult estre baillé par le Seigneur hault iusticier ou Iuge à ses subietz. Et qui enfraint ledit asseure-

 ment,

ment, il y eſchet enuers le Seigneur & la partie iniuriee amende arbitraire, qui ſera tauxee ſelon la qualité des perſonnes & du delict.

SECVRITAS generali interdicto obtineri non poteſt niſi à principe: ſpeciali verò poteſt, etiam à quocunque iuſticiario contra certum hominem qui timendi occaſionem dedit. extat conſtitut. Ludo. xij. publicata anno 1512. artic. lx. Et alia Fran. data Cremiaci.

§. LX.

QVAND laſſeurement du hault iuſticier, & de ſon ſuperieur, concurrent enſemble, celuy du ſuperieur eſt preferé, & luy appartient lamende pour linfraction diceluy.

Dignius attrahit minus dignũ.

AEQVVM eſt, vt nemo duobus, ob idem negotium, iudicijs diuexari debeat. l. in ius vocari. §. fin. & l. quique litigandi. in princ. ff. de in ius voca. concurrentibus enim his, meritò id quod à maiori iudice geſtum eſt, ſartum tectum haberi oportet. quod verò ab inferiori exijt, impunè deſeritur: iuxta iuriſconſ. verba in l. contra pupillum. §. fi. ff. de re iudicat. ad maius, inquit, auditorium vocatus ſi litem inchoatam deſerat, contumax non videtur. valet vt lex, id triuiale, magis dignum id ſibi attrahere, quod minus dignum eſt. c. in dubijs. cum glo. de conſecrat. eccle. vel altar. & c. primo. eo. tit. lib. vj. & glo. in c. ieiunio. lxxvij. diſtinct. facit l. cùm in diuerſis. ff. de religioſ. & ſumptib. funer. aliàs autem ridiculum eſſet inferiori magis deferre. l. iuſtiſsimè. in princip. ff. de ædil. edicto.

§. LXI.

ASSEVREMENT eſt enfraint, par batture, & voye de fait, commis à la perſonne de celuy qui eſt en aſſeurement, & non pour iniures verbales.

SVPRA §. lvj. hæc nominatim erant deſcripta, vbi adnotauimus quoſdam caſus ſecuritatis offenſæ. Hic ſummatim aſſerendum, ſecuritatem offendi iniuria quacunque, ob quam legibus xij. tab. Aquilia aut Cornelia actio data eſt, vt toto tit. Inſtit. de iniur. Quòd ſi actio prætoria eſt, ob conuitium propoſitum, aut carmen conſcriptum, aut aliud aliquid factum in inuidiam, his ſecuritatem nihil infringi. l. apud Labeonem. §. Prætor ait. ff. de iniur.

DES CRIMES.

TITVLVS VIII.

§. LXII.

LE SEIGNEVR, en la iuſtice duquel le delict ha eſté commis, peult congnoitre dudit delict, & punir le delinquant: & neſt

tenu

tenu iceluy rendre, au Seigneur du domicile, si ledit delinquant ha esté prins en present meffait, ou pour la poursuite faite incontinent apres ledit delict.

HIC §.limitat & interpretatur §.vndecimum. suprà tit.ij. des renuoys. vbi quædam à nobis scripta sunt pro communi vsu & vtriusq; §.declaratione. & eò materiam præsentem reuocare visum est. illic enim in quacunque litis parte & in quocunque casu, verbis statuti, domino licet subditum è vinculis iudicis extranei euocare : hic verò præhensum in fragranti delicto, aut sine interuallo, & protinus consectatum non licet. quæ paria sunt.argu.l.in laqueum.ff.de acquir.rer.domi.

§. LXIII.

LE PROCVREVR doffice peult poursuiure les delinquans auec information precedente decretee : soit quil y ayt plaintif,& denunciateur ou non. Et quand il y ha partie, se peult ledit procureur ioindre auec ladite partie.

DELINQVENS nihilominus punitur, quem nullus denunciat, licet non constet, in cuius iniuriam deliquit. voluit enim senatus publica quæstione rem vindicari, etiam si nomen adiectum non sit : vt dicit textus, in l.quod senatusconsultum. ff.de iniur. vbi glo.in verbo, publica. delictorum enim impunitas maximè incommoda est. l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquil.& ideo est,quòd in euidentia admissi sceleris, accusatoris clamor expectari non debet. c.euidentia. de accusa. Vsu Franciæ generali id receptum est,obfirmauit autem constitutio Fran.publicata anno 1539. arti.cxlv. ibi,& si tost que la plainte desdits malefices aura esté faite, ou quilz auront autrement esté aduertis. Quæ posteriora excludunt denunciantem. & arti.cxlviij.ibi, il communiquera les confessions à partie priuee, si aucune en y ha. Iason amplissimè id docuit, in l.ea quidem. numer.17. & 26. C.de accusat.& quia sine accusatore nomen rei deferri non potest.l.rescripto.§.si quis accusatorem non habet.ff.de muner.& honorib. item & iudex nemine accusante delinquentem accusare non debet.c.de manifesta.ij. quæst.j.ideo vt maleficia impunita non sint, bona causa, fisci procurator accusatoris vices exercet,ratione d.c.manifesta. sine quo nullus alius, quantumcunque graue delictum deferat,admittendus est. l.omnes iudices.de delatorib. lib.x. C.licet ille solus deferre possit,vt suprà dictum est:acer enim & verax esse debet, cùm in eo videatur conquiescere salus reipublicæ.defendit enim & subleuat multos etiam accusans. De eo succincte Cicero in actione in Verrem, In hac, inquit, libidine hominum nocentissimorum, & populi quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione,hoc vnum tot incommodis remedium est, vt homines idonei,atque integri causam reipubl. legumq; suscipiant. & paulò pòst. accusatorem (inquit) firmum verumq; esse oportet. Ideoq; licet iure ciuili procuratoris qualitas vilis sit.§.fi.Instit. de exc

Crimina etiã sine denunciatione puniuntur.

Procurator fisci publicus accusator est.

Procuratoris fisci dignitas & commendatio.

de exceptionibus.tamen fiſcalis,eſt laudabilis.ideo Io.Fab.in §.fi.cum in Francia dicit eſſe magnum magiſtrum.accuſationis enim periculum nihil reformidat ſi officij ſui neceſsitate deferat. l.monente. de delatoribus.lib.x.C.item & ſi cum hac integritate accuſet, vt dolo, fraude & concuſsionis vitio careat, ex iudicio nihil ſiniſtri ei poteſt contingere. textus eſt expreſſus, in l.Prætor ait. §.ſi publicanus pecus meum. ff.vi bono raptor.

Procurator fiſci litis periculum nõ timet.

§. LXIIII.

SI LE denonciateur ou plaintif ha faulſement denoncé,il eſt tenu à lamende, & es intereſts & dommages de partie: & ſil eſt partie au proces,& il ne pourſuit ſon accuſation ou denonciation dens les delays à luy donnez,il doit eſtre condemné en lamende enuers iuſtice, & es deſpens, dommages & intereſts de partie, ſi elle le requiert.

ET IN priuatis, inquit Paulus, & extraordinarijs criminibus omnes calumnioſi extra ordinem,pro qualitate admiſsi plectuntur.l.& in priuatis.ff.ad Turpil. facit l.ab accuſatione. §.nunciatores. ff.& illo tit.& expreſsius in l.prima. C.de curio. & ſtationar.lib.xij.ibi,crimina iudicibus nuncianda meminerint, non citra periculum, ſi ſumptibus eos nexuiſſe calumnias conſtiterit. meritò enim mulcta hoc ſtatuto indicta eſt denuncianti ſi deſtitit, aut ſuccubuit, quod cùm in deſuetudinem exijſſet, aduerſus calumniatores, etiam in ciuilibus repetitum eſt Franci. noua conſtitutione, artic.xl.id tenet Fab.in l.ea quidem.numero 11. C.de accuſ.facit c.fi.de calumniatorib.

Accuſans calumniator aut denuncians quomodo mulctetur.

DENS LES DELAYS A LVY DONNEZ.

DESTITISSE, inquit idem Paulus,videtur, qui intra præfinitum tempus reum ſuum non peregit. l.ab accuſatione. §.deſtitiſſe. ſuprà alleg.nam ſæpius contingit vt denunciator,aut probationibus non ſatis munitus,aut crimini diffidens,rem differat, aut colluſione proprias probationes diſsimulet, adeo vt ſi munere accuſatoris nolit in totum defungi,attamen moretur cautus, vt tranſlatitiè deſiſtat. vt dicitur in l.prima.§.præuaricatorem.ff.ad Turpil.ideo re cognita,ſolet curia ſuprema accuſatori & iudici tempus certum dicere, quo præcisè accuſationis litem abſoluant. idq; ex epiſtola Alex.Imperatoris,in l.ſi ea.C.qui accu.non poſſ.ſi ea,inquit,quæ crimen intendit, cognitio. [illegible]n moratur, certa perferendæ accuſationi tempora, iudex competens præſtet, intra qu[illegible]i proſequi ſuperſederit, renunciaſſe cauſæ intelligitur. notanter autem in fi.ſtatuti [illegible]tur,ſi partie le requiert,quia in rebus etiam manifeſtiſsimæ calumniæ,iudex nihil præſtabit,niſi parte petente.l.fi.& ibi not.ibi,ex querela patroni. ff.de in ius vocand.Barto. in l.quod ſi minor. §.ſi ſeruus. ff.de minoribus. & Iaſ.in §.pœnales. Inſtitut.de actionibus. Doct.in l.iiij. §.hoc autem iudicium. ff.de damno infecto.

Accuſatori tẽpus datur ad accuſationem perficiendam.

§. LXV.

COMBIEN que le plaintif ou denonciateur ne ſoit en proces, ſi le defendeur accusé eſt abſoulz, ledit denõciateur ou plaintif ſur ce appellé, ſera condemné en lamende enuers le Seigneur, & auſsi es deſpẽs dommages & intereſts de laccusé ſil le requiert.

NON ignorat, inquit lex Imperatoria, is cuius ex interpellatione aliquis protractus fuerit, quòd ſi culpa ſua fuerit dilata cognitio, vel minimè actioni ſuæ affuerit, vel delata non probauerit, pro calumnia quidem pœnam luet. l. non ignorat. C. de fructib. & lit. expenſ. parum enim differt ab accuſatore is, qui accuſatorem ſummittit, aut qui inſtigat, aut qui mandat, qui item inſtruit ad accuſationem capitalem, dando probationes & allegando crimina: in ſumma, qui effecit vt rei nomen delatum eſſet. verba ſunt Marcelli, in l prima. §. incidit. ff. ad Turpil. & ideo curia Franciæ eos damnare ſolet, qui ſuppreſſo nomine accuſationem procurarunt, aut vtcunque fouerunt, in id quod rei interfuit accuſationem tuliſſe, perinde ac ſi eam mouiſſent cum fiſco. ita ſentit Fab. in l. ea quidem. numero 11. ibi, & eodem modo qui promouit. C. de accuſat. facit l. in ſenatuſconſultum. ibi, qui ſubieciſſe accuſatores. ff. ad Turpil. Aufrer. not. ad Thol. cappell. deciſ. vij. facit c. fi. de calumnia. & Bart. in l. vna. de ſumpt. recup. lib. x. cod. Maſuer. in tit. de expenſ. inter. & damn. verſ. item falſus denunciator. Et licet in fi. ſtatuti ſcriptum ſit, neceſſe eſſe eum reum id expoſcere, Imbert. tamen lib. primo Inſtitut. forenſ. §. quoniam autem. in glo. aſſerit etiam parti non petenti, damnum acceptum iuberi reddere.

Inſtigator accuſationis etiã nõ nominatus ſolet dãnari.

§. LXVI.

SI LE denonciateur ou accuſateur compoſe, ou appointe pendant le proces auec laccusé, & rapporte proufit diceluy appointement, laccusé eſt tenu en lamende enuers le Seigneur iuſticier: & ſi laccusé ne rapporte proufit diceluy appointement, ou ne baille aucune choſe à laccuſant, ou denonçant, ledit accuſant ou denonçant eſt tenu en lamende: & ſera tenu celuy au proufit duquel eſt fait lappointement, iuſtifier diceluy au procureur doffice du lieu ou pend le proces, dens quinze iours, apres ledit appointement fait, pour faire retenir lautre partie en lamende: & à faulte de ce eſt condemné en lamende.

TV QVI defenſione omiſſa, inquit Martianus ex epiſtola Seueri & Antonini, redimere ſententiam maluiſti, cùm tibi crimen obijceretur, non immeritò quingentos ſolidos inferre fiſco iuſſus es. omiſſa enim ipſius cauſæ inquiſitione, ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti. obtinendum eſt enim, vt hi quibus nego-

Accuſatus paciſcẽs mulctari debet ſi quid præſtet accuſatori.

m tia

tia mouentur, ad defensionem causæ bona fide veniant, non aduersarios aut iudices redimere tentent. l. Imperatores Seuerus. ff. de iure fisci. & alibi Vlpia. pacti enim, inquit, cum delatoribus, pro confessis habentur, si modò pretium vel modicum dederunt. l. in fisci. & l. eius quæ. in princip. illo titu. & l. fin. ff. de præuaricat. nihil mirum igitur si mulctetur is, qui & pro confesso & pro victo habetur. sed tamen ex hac regula quosdam casus excipiemus.

Accusatus capitaliter potest pacisci.

PRIMO, quando in capitalibus pacto aut transactione denunciator compescitur: tunc verum est reum neque victum, neque confessum esse. d. l. fin. de præuaricat. cùm de his, excepto adulterio, pacisci aut transigere liceat. l. transigere. C. de transactionib. lex ciuilis enim ignoscendum ei putauit, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluit. l. prima. in princip. ff. de bon. eor. qui ant. sentent. mort. sib. consciuer. nec ex quo causa redempta est, condemnatio facta videtur, verum oportet constare prius, & de crimine pronunciari. vt expressè dicitur in d. l. eius qui. in princip.

Accusatus qui pactus est, si decedat nō mulctandus.

SECVNDO, quando post transactionem decessit è vita reus, quia magis est vt aduersus eum tantum locum habeat statutum hoc: cæterum aduersus hæredem eius transire non debet. d. l. eius qui. in princip. vers. sed enim. Verùm criminis delationem, si contestata sit, instaurari lex permittit: nisi in latrones, quos, si corruptis accusatoribus diem obierint, vt confessos de crimine non relinquere defensionem hæredibus rationis est. vt dicit text. in l. ij. in princ. ff. de bon. eor. qui ant. senten. mort. sibi consciuer. vbi & alia est specialis ratio, cùm scilicet latrones, metu pœnæ, mortem sibi consciuerunt: secus si aut morbo, aut casu id contigit. tunc enim locum habet d. l. eius qui. de iure fisci.

Accusatus timens delatoris impotētiam si paciscatū nō mulctandus.

TERTIO, si ab innocente extorsit, aut per impotentiam, aut calliditatem: tunc innocens opprimi non debet fictæ confessionis inductione. l. in omnibus causis. ff. de præuaricat. nam accusatus, qui ob potentis patrocinij metum, ei qui accusationem instituit, aurum & argentum dedit, magis accipientem tenet quàm accusationi deferat: vt dicit text. in l. serui ob violatum. C. de adulter. vbi etiam repeti potest ob turpem causam acceptum, & delator puniendus qui turpiter accepit.

DENONÇANT EST TENV A LAMENDE.

PAR enim, inquit Alexand. Imperator, delictum est accusatoris, præuaricatoris & rei fugientis veritatis inquisitionem. l. de crimine. vbi glo. in verbo, præuaricatoris. & ibi Azo statutum nostrum hoc modo interpretatur. C. de adulter. nam quemadmodum is, cuius nomen inter reos delatum est, si cum delatore transigat, pro victo habetur, vt suprà amplissimè dictum est, ita & delator, si desistat, aut pacto aut transactione, debet mulctari.

Accusator qui desistit, quando mulctandus.

diffidendo etenim crimini quod mouit, & eximendo se periculo calumniæ, vel desertionis, meritò calumniantis & desistentis pœnæ subijci debuit. verba sunt Marcelli, in l. prima. §. incidit. ff. ad Turpil. nam ex senatusconsulto tantundem à delatore qui transegit exigi potest, quantum apud ærarium ex ea causa quam detulerat remanere oporteret, si professionem suam impleßet, vt dicit Iabolenus, in l. Arrianus. §. quod autem. ff. de iure fisci. Adnotandum autem hoc loco est, iuri contrarium esse, si generaliter delatorem, qui quod sua interest gratis remisit, mulctare velis: nam sæpe precibus exoratus aut amici gratia iniuriam remittere impunè potest, vt dicit tex. in l. qui cœtu. vers. & si pater iniuriam suam precibus exoratus remiserit. ff. ad legem Iulia. de vi public.

IVSTIFIER AV PROCVREVR.

DIVI fratres, inquit Callistratus, rescripserunt, totiens fisco ædenda esse instrumenta, quotiens de iure capiendi; vel iure dominij, vel de re nummaria quæratur, non autem si de causa capitali agatur. l.ex quibusdam. §.item diui fratres. ff.de iur. fisc.ea autem ædenda sunt tantùm,quæ ad eam causam pertinent,quæ delata est. l.ne quisquam.ff.de ædendo. *Fisco quādo ædendum.*

§. LXVII.

SI AVCVN delinquant obtient remission,pardon ou autre prouision de grace, il est tenu payer tous les frais faits pour la poursuite en laquelle aura esté procedé contre luy: mais pour raison diceux naura le hault iusticier retention du prisonnier.



IVRE COMMVNI, sumptus qui erogantur in delictis inquirendis & vindicandis desumuntur ex bonis reorum,quos delicti vehemens suspicio tenet.l.Circensium.C.de decurionibus.lib.x.C.idq; verum si hos sumptus ferre possunt.l.lex Cornelia.§.eadem pœna.ibi,pro modo, &c.ff.de iniur. alioquin autem, si ferre non possunt vindictam, petentium expensis res agitur: qui si desint, ad publicum ærarium occurri æquum est,argu. l.fi.de erogat.milit. anno.lib.xij. C.& l.lex Cornelia.ad Silleia. idq; firmatum est constitutione Franc.publicata anno 1539. artic.clxj. *Accusatiōis sūptus quis ferre debeat*

RETENTION DV PRISONNIER.

NOTANTER hîc dicitur,le hault iusticier naura retention du prisonnier, ex eo quòd personaliter eum adesse oportet, cùm remissionem offert: prout cautum est constituti. Ludo. XII. publicata anno 1499. artic. cxxvj. & sequenti. Et licet pro sumptibus retineri non possit à domino, tamen pro expensis per eum in carcere à custode potest retineri. l.si necessarias. in princ.ff.de pignor.actio. Et licet quidam, inter quos primus est Iacob.de Aret.teneant non posse, sed tantùm actione consecuturum custodem quæ præstiterit,per l.omnes.C.de poe.& l.ob æs.C.de actio.& obligatió. tamen vsu Franciæ contrà obseruatur, vt scilicet custos captiuum non teneatur à custodia liberare & emittere, si non ei prius expensorum omnium nomine satisfactum sit.vt dicit Guid.Pap.quæst.ccccxlviij. *Reus pro expēsis an reti neri possit.*

DES RESPITS ET QVINQVENELLES.

TITVLVS IX.

§. LXVIII.

RESPITS dun, deux, trois, quatre ans, quinquenelles, ou autres delays de ne payer debte,nont lieu contre la debte adiugee par sentence, louages de maisons, arrerages de cens,rentes, ou au-

tres deuoirs annuelz emportans directe Seigneurie, Bail à ferme, & accenses dheritages, fruits, & reuenus diceux deuoirs, de recepte, apprentissage, pension pour nourriture & entretenement de personnes, debtes de prodigues, insensez, de mineurs, contraictez auec eux, ou auec leurs tuteurs, ou curateurs, durant leur tutelle ou curatelle, biens & deniers baillez en depostz, reliqua dadministrations & gouuernemens, que les debteurs ont eu les biens de lesglise, & choses publiques, acheteurs de viures, & victuailles, ne pareillement de sommes prouenans de crimes & delicts, & exploits de iustice, ne de sallaire de ceux qui ont besongné & serui pour les debiteurs.



Sẽtẽtia quæ à moratorio rescripto excipiatur.

SVPERIORA ferè omnia iure communi excipiuntur: eaq; partim enumerat Masuer. in iudiciorum praxi. tit. de solutio. compen. versic. item dilatio moratoria solutionis. partim Imbert. lib. primo Institut. §. sed vt expletam. Quantum ad iudicatum attinet, vtcunque controuersum est, quarum sententiarum exceptio recipiatur. Guid. Pap. quæstione xcvij. arresta curiæ tantùm excipit. Masuer. autem etiam quascunque sententias, & maximè eas quas protinus exequi æquum est. Mihi videtur, eas intelligi, quæ vim rei iudicatæ sortitæ sunt: cùm enim arrestorum vim habeant, certæ sunt satis, cùm de his amplius non quæratur, vt dicit text. iuncta glo. in fi. in l. post rem iudicatam. ff. de re iudicat. Igitur talia rescripta solutionis moratoria contra sententiam huiusmodi extendi non solent. l. fi. C. sententiam rescin. non poss. & per hunc text. Bal. consi. 400. in iij. parte tenuit, principis rescripto, effectum sententiæ, quæ vim rei iudicatę obtinet, neque differri, neq; impediri posse. facit text. in l. causas. C. de transactio. & scripta per Ias. in consi. 48. numer. 2. volu. iij. talia enim cùm priuatæ legis sint & stricti iuris. c. porro. de priuileg. magis restringi debent. vt no. in c. querelam. & in c. priuilegium. de reg. iur. lib. vj. & maximè vbi alij grauia sunt. l. beneficium. ff. de constitutio. Absurdum igitur non erit dicere, alios casus præter hic expressos, quos excepit ius commune, ab his prouincialibus obseruandos, argu. l. commodissimè. ff. de liber. & posthu. plures enim sunt, quos hic solicitè non refero, cùm passim leguntur. vt cùm emptor rei ab eo detentæ pretium debet, hoc priuilegio solutionem non potest differre. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. statutum tamen nostrum esculentorum emptorem tantùm expressit, quem pretium statim debere soluere iussit lex ciuilis. l. ij. ff. de nund. & hanc exceptionem declarat Boër. quæst. ccxcvj. num. 6. in ij. part. Item & secundò, si debitor ante impetrationem in mora fuit soluendi: tunc enim fideiussorem suum hoc priuilegio nihil iuuat, nisi nominatim de eo sit rescriptum: aut si de facti obligatione agatur, vt latissimè differit Cyn. in l. quotiens. C. de precib. Imper. offer. Bal. post eum ibidem, cautionem negotij dissoluit, vt scilicet fideiussoris interpellati causam & defensionem debitor suscipiat, quia tanquam procurator, inquit, in rem suam admittetur, & fideiussoris obligationem differet, iure sibi priuatim

Pretij solutione emptor nõ potest differre.

Fideiussor in rescripto non comprehenditur nisi nominatim.

priuatim concesso. Ibiq; conijcit Bal.regulam notabilem, quòd necessarius defensor potest proprio iure reum principalem iuuare.alleg.l.idemq;. §.generaliter. & l.fideiussor.§.quædam. ff.rem rat.hab. Tertiò, in præteritum concipiuntur talia priuilegia,nec futuris prouident, & ideo debitor à posterioribus liberè cogi potest. l.Aurelius.§.Titius Seio.ff.de liber.legat. Quartò, generaliter exercentur in eos creditores tantùm qui onus moræ ferre possunt: quòd si non posint,grauandi non sunt. Videretur enim ius eorum magis euerti quàm differri:quod principem velle credendum non est,argu.l.j.§.Trebatius.ff.de aqua quot.& æsti.& c.suggestum.de deci. Quintò, in liquidis & dilucidis locum habent,non autem in his quæ controuersia,aut cognitione rei elucidanda sunt: vt in his quæ ex rationibus administrationum explicanda sunt,& in reliquorum summam conijcienda. l.Aurelio. §.Caius Seius.ff.de lib.legat. Et licet statutum casum reliquorum administrationis tantùm in exemplum retulit, tamen sunt & alia plura quæ sub hac exceptione continentur. Sextò, licet in pluribus casibus,sortis solutio retardetur: tamen vsurarum cursus nihil impeditur, vt per Ludo.Ro.singulari,clxxiij.Cynus autem in d.l.quotiens.sanius sentijt,vsuras ob moram debitas dilata sorte differri: per l.lecta. §.sed cùm sortis. ff.si cert.pet. duntaxat nisi aliter cautum sit, aut rursum nisi sorte ob dilationem promissæ sunt: nam & eo casu non solent differri. l.item quia. in fi.ff.de pact. Septimò, si in fraudem dilatio prætenditur, vt interim decoquere posit debitor,aut alienare: nam & tunc intercedere possunt creditores, atq; etiam prohibere quo minus rescriptum huiusmodi aut offeratur aut oblatum admittatur, nisi prius datis à debitore qui debitum fide sua esse iubeant. Et id etiam simpliciter erat de iure communi. l.vniuersa. C.de precib. Imper.offer. Octauò, in debito iurato, vt volunt Cyn.& Salic.in l.fi.C.si contra ius vel vtil.publ.tamen si cum debitore à prælato dispensatum est,admittendus erit:idq; vsus obseruat. Nonò,debita priuilegiata excipienda sunt,quorum vnum in text.ponitur, scilicet depositi. l.si quis pecunias. C.depositi. Boërius refert arresto Burdegalensi ita decisum iij.die Maij, anno 1524. Item & fiscale debitum. l.nec damnosa fisco.C.de precib.Imper.offer.Alij sunt casus infrà,vt in vidua & cæteris vltra text.

Futura debita inducia-rio rescripto nõ differuntur.

Dilatio grauis non admittenda.

Liquida debita tantùm differuntur.

Vsura an peti possint pẽdente dilatione.

PRODIGVES, INSENSEZ, MINEVRS.

VIDVAS omiserunt statuentes, quæ semper cum miserabilibus personis annumeratæ sunt cum superioribus.l.vnica.C.quand.Imper.inter pupil.vel vidu. Et aliæ sunt miserabiles personæ ad iudicis arbitrium: prout dicit Guido Pap. quæstione ccccclxvj.& nominatim viduam ab his rescriptis excipit Imbert.in d.§.sed vt expletam.eamq; cum pupillo, prodigo, furioso & alijs miserabilibus personis annumerat. Hi enim omnes si locupletes sint, tamen, quia fortunæ iniuria eorum conditionem commiserationi subiecit, miserabiles & inopes dicendi sunt. vt dicit Io.Fab. in d.l. vnica.C.quand.Imper.inter pup.& vid.

Vidua est miserabilis persona.

PROVENANS DE CRIMES ET DELICTS.

QVANQVAM, inquit Vulp.ex contractu in id tantum quod facere potest,actio in eum detur,tamen ex delictis in solidum conuenitur.l.sed si ex parte.§.primo.vers. quanquam.ff.quod cum eo.similis est text.in l.si rerum amotarum.ff.de re iudic.amplissimè declarat Boër.quæst.cccxlix.numer.8.& 9.in ij.parte. alia verò ratione talia non differuntur,quàm quia ob iudicatum debentur,& ideo exigi possunt.l.post rem. ff.illo tit.& suprà amplius dictum est prima glo.

Debitũ ex delicto non comprehendit sub priuilegio.

§ LXIX.

RESPITS nont lieu contre le mary pourſuiuant la dot de ſa femme, ne contre la vefue, & ſes enfans pourſuiuans le payement & reſtitution de ſa dot, ou partie dicelle.

DOTIS cauſa, inquit Vlp. ſemper & vbique præcipua eſt. nam & reipubl. intereſt dotes mulieribus conſeruari. l. prima. ff. ſol. matrimo. adeo vt etiam compenſatio contra dotis petitionem non admittatur. §. tractat. l. vnic. C. de rei vxor. actio. Maſuer. tit. de ſolutio. hunc caſum contra dilationem moratoriam excipit ad fi. titu.

§ LXX.

RESPITS à vn an, ou à cinq ans, ne ſont interinez ſans appeller les creanciers.

Dilatio annalis cognitionem cauſæ nõ deſiderat.



ANNALES induciæ, creditorum conſenſum nihil deſiderant: ſed tantùm hi vocantur, vt ſignificetur, ne tempore quo poſſunt, in debitorem irruant. & ſatis eſt ſi debitor iureiurando affirmet, ſe ad id neceſſariò & ſine dolo adductum: & alia probatione opus non eſt. nec audiri debent creditores, ſi contrà niti velint, aut ſi cautionem aut debiti agnitionem petant. moram enim tam modici temporis princeps indulgere ſuo iure potuit, vtpote parum nociuam. l. ſi debitori. ff. de iudic. & quod differtur non aufertur. l. quotiens. & l. quamuis. ff. de arbitr. qua in re vſus obtinuit contra Iaſ. in dicta l. quotiens. qui annalem cautionem impediri ſentit, ſi cautio non detur: nam ea licet de iure requiratur. l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer. tamen eodem vſu iuratoria ſolet tantùm præſtari. Quinquennales verò, non niſi creditorum maiori parte conſentiente promulgantur. & ea maior pars æſtimari debet, aut numero, ſi debita paria ſunt: aut ſumma, ſi grauiora quædam ſunt. l. cùm ſolito. C. qui bo. ced. poſſ. Item & cautio præſtanda eſt. d. l. vniuerſa. & ideo ad annalium præſtationem, creditores tantùm vocantur ad cautionem debitoris, ne in poſterum vexetur: ad quinquennalium verò publicationem vocantur, vt audiantur, & conſentiant. Et cùm hic tria ſint tempora conſideranda, ſcilicet, reſcripti, præſentationis, & tertium promulgationis, Guid. Pap. quæſt. cix. & ſingul. M. cccxv. tenuit, tempus aut quinquennij, aut aliud, incipere à die reſcripti conceſſi, argu. c. eam te. de reſcript. & c. dilectus. de præben.

Cautio an debeat à debitore differēte præſtari.

Tempus induciarū debiti quando incipiat.

DE CESSION DE BIENS.

TITVLVS X.

§ LXXI.

QVI veult faire ceſſion de biens, il eſt tenu de faire appeller tous ſes creanciers demeurans au païs, par deuant le Iuge par deuant

uant

uant lequel il veult faire ladite cesſion : & filz ſont de diuerſes iuriſdictions & chaſtellennies audit Duché, ilz ſont appellez par deuant le Seneſchal de Bourbonnois ou ſon lieutenant.

IVSTINIANVS Imperator deciſione ſua in l.fin.C.illo tit.huius ſtatuti priorem partem ſatis ſubnotauit : vt ſcilicet creditores vocari, aut adeſſe iudici oporteat:cùm inter eos ortam controuerſiam coram debitore ad ceſsionem parato decidat. nam æquum eſt vt id negotium, niſi præſentibus omnibus quorum intereſt, expediri non debeat. l.de vno quoque.& l.ſæpe.ff.de re iudic.& in l.in hoc iudicio.ff.famil.erciſc. & licet Pet. Iacob.tenuerit, neceſſe non eſſe alios vocari quàm inſtantes, in tit.de ceſsio.bono.ad princip.tamen bona ratione puto alios præteriri aut omitti non oportere : tum quòd plura ſunt, quibus id beneficium impediri poteſt, tum verò quòd & nonnulla huius conceſsionem aut promulgationem neceſſariò præcedunt, & quæ creditoribus imprimis per debitorem præſtanda ſunt. nam facti creditor obligationis executionem retinebit : cùm quantumuis inops ſi non dare,attamen facere poſsit, vt ſubditus operarum debitor, aut aliter ex conuentione, aut qui promiſit facere aut tugurium, aut aliud opus.not.Ioan.Fab.& Iaſ.in §.fin.Inſtitut.de actio. Item ex delicto ad pœnam nummariam damnatus ceſsione nihil agit.l.ſi ex parte.§.quanquam.ff.quod cum eo. Illud enim vulgatum eſt, vt qui non habet in ære,luat in corpore. l.j. ff.de pœn. & l.penult. ff.de in ius voc. quod tamen verum puta in mulcta fiſco data, non autem in ea quæ parti ciuili danda eſt: quia contra hanc,exceptio bonorum ceſsionis auditur,non autem contra fiſcum. vt ampliſsimè declarat Boër.deciſ.cccxlix. nume.8.& ſequentibus in ij.parte. & arreſtis curiæ ſæpius declaratum eſt. vt dicit Imbert. in fi. lib.iiij.Inſtit.for. Item & quotiens foro cedunt nummularij,ſolet primo loco haberi ratio depoſitatiorum, dicit Vlp.in l.ſi hominem.§.quotiens. ff.depoſ. Cedere enim foro olim dictum eſt,quod nos hodie,faire banque roupte,dicimus.vnde Iuuenal.

Cedẽs bonis nõ liberatur facti obligatione.

Reg. qui non habet in ære luat in corpore in mulcta fiſcali tãtũ obſeruat.

Cedere foro.

Hi plerunque gradus, conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur. inde vbi paulum
Neſcio quid ſupereſt, & pallet fœnoris author,
Qui vertere ſolum, Baias & ad hoſtia currunt.
Cedere nanque foro iam non tibi deterius, quàm
Eſquilias à feruenti migrare ſuburra.

HIS enim foro cedere, & bonis cedere ſine diſcrimine vſi ſunt Iureconſulti. vt l.fi.ff.de curato.bo.dan. Item creditores cedentem meritò repellent,ſi data opera & vltro ad bonorum deſertionem irruat. nam cùm ſit indignisſima & miſerabilis,alacriter & ex induſtria peti non debet, ſed tantùm creditoribus vehementer & inſtanter vrgentibus, adeo vt ad corporis libertatem conſeruandam, nihil ſit illi refugij præter hoc beneficium.imo omnia prius eum tentare oportet,vt id effugiat.l.fi.C.eo. tit.& notauit Boër.vbi ſuprà.& maximè cùm huius negotij cedentem pœnitere non poſsit.vt dicit Maſuer.in titul.de oblig.& renunc.verſ.item debitor. Secundò caſu, creditoribus ante omnia debet iureiurando aſſerere dolo ſe ad id non venire : Item & bona indicare,vt infrà, §.proximo dicetur.quæ omnia niſi præſentibus creditoribus expediri non poſſunt.Poſtremò illud notandum,iure communi huius cognitionem

Cessionem bonorum præses tantum admittit.

nem ad prouinciæ præsidem spectare l.si pater tuus.ibi,æquitatem præsidis. & l.legis Iuliæ.ibi,præses prouinciæ.C.illo tit.& Masuer.in tit.de oblig.& renunciat.vers.item si debitor.ibi,coram domino senescallo.idq; non tam occasione miseri negotij,quod quilibet iudex in manu satis habere potest, quàm retinendorum creditorum causa; quibus iudex inferior, aut alius quàm præses inhibere debiti executionem aut aliquomodo differre non potest,prout nec instrumento absolutam fidem aut executionem dare non potest.facit l.nihil est tam naturale.ff.de regu.iur.

§. LXXII.

CEVX qui veulent faire cesion de biens, doiuent comparoir : & la faire en personne : & ny sont receuz par procureur. Et sont tenus faire serment solennel deuant ledit Iuge, de ne faire ladite cesion pour frauder leurs creanciers : & quilz nont fait aucune alienation de leurs biens par fraude : & quilz declaireront leurs biens, si aucuns en ont. Et sont tenus de eux desceindre, & ietter leur ceinture à terre, pour demonstrer quilz delaissent leursdits biens. Ausi feront serment, que silz viennent à plus grande fortune de biens, ilz satisferont à leurs creanciers.

Cessio quomodo veteri et nouo iure fit.



BONIS cedi, inquit Martianus, non tantùm in iure sed extra ius potest:& sufficit vel per nuncium,vel per epistolam id declarari.l.fi.ff.illo tit.veteri autem iure solenniter fiebat cesio coram iudice, in iudicio,& sistente se profligato,cum iureiurando, & alijs verborum & negotij formulis quæ explosæ sunt. d.l.fi.& l.in omni. C.illo tit.adeo vt per procuratorem,clam, & extra iudicium, id fieri permissum fuerit. quod obseruatione traductum est ad tempora regis Ludo.x i i. qui bona ratione, rem ad ius antiquum reuocauit,constitut.publicata anno 1512. artic.lxx.sub his verbis: Pource que plusieurs marchands, & autres ne craingnent à faire cesion de biens,pource quilz y sont receuz par procureurs, ou en lieux secretz : Nous ordonnons que doresenauant nul ne soit receu à faire ladite cesion de biens par procureur : ains se feront en personne en iugement durant laudience,desceints & la teste nue. Et vt debitores magis retrahantur quàm alliciantur ad tam infamem actum, dicit Pet.Iacob. in tit.de cess. bono.optimum esse,vt pudendis detectis,& ignominiosisimè palam fiat ad pœnam magis quàm ad solam liberationem:vt multorum petulantiæ exemplo sit:deterreanturq; plures vnius turpitudine.argu.l.saccularij.§.sunt quædam. ff.de extraordin.crimi. & l.aut facta. §.fin.ff.de pœn.tamen hæc etiam turpia cedentem nihil infamant. l.debitores.C.ex quib.caus.infa.irroget.glo.in l.fin. in verbo,existimauit. C.qui bon. ced.poss.

Cessio bonorum ignominiosa.

Cessio fraudulenta non valenat.

AD SECVNDAM partem statuti, ibi, & sont tenus faire serment, &c. & quilz nont fait aucune alienation par fraude : æquum est vt qui fraude alienauit hoc beneficio excludatur : nihilominus enim in eum dabitur actio,etiam vsque ad carcerem: quia

quia Prætor non tam emolumentum actionis intueri debet in eo qui exutus est bonis, quàm pœnam. verba sunt Venuleij, in l.fi.§.fi.ff.quæ in fraud.cred.

TERTIA statuti pars, ibi, & declaireront leurs biens, desumpta est ex glos.prima.in fi.l.primæ. C.qui bon.ced.poss.vbi cedens bonis debet officio iudicis cogi ad bona sua indicanda: not.Bart.in l.fi.illo tit.& ea manui regis committenda sunt, tradendaq; curatori constituto, & inde auctioni publicæ subijcienda, vt creditoribus satisfiat: cedentiq; tantùm vestis & lectus relinquenda, quibus necessariò eget. vt no. in l.prima.C.qui bo.ced.poss.& in l.diuus.ff.de bo.damnat. *Cedens bonis indicare tenet quæ habet.*

AD QVARTAM partem, ibi, sont tenuz se desceindre: & paulò pòst, delaissans tous leurs biens, tenent Io.Fab.& Ias. in §.fi.de actio.Instit. quòd his nihil magis relinquitur ad corporis velamen, quàm his qui ad vltimum supplicium deducuntur. d.l.diuus.§.pannicularia. adeo vt neque peram neque zonam, aut aliud sibi retinere possint: vnde illud triuiale in eum qui decoxit, Zonam perdidit. *Cedēti bonis quæ relinquantur.*

ILZ SATISFERONT.

CONFIRMAT text. in d.§.fi.Institut. de actio. nam cessio debitorem non liberat, sed eximit à carcere, ideo aduentu fortunæ beatioris debet satisfacere. l.prima. C.illo tit. Notandum item est, quòd bonis cedens fideiussores suos neque liberat, neque differt.argu.l.hæres à debitore.§.quòd si stipulator.de fideiussorib.& formaliter, in §.fi.Instit.de replicatio. Nec hoc statuto sublatum est priuilegium, vt si debitor ex sordibus emergat, conueniri tantùm eatenus possit, quatenus potest facere. d.§.fin. Instit.de actio. Notandum item, quòd si creditores petierint, aut passi sint, cessionem fieri turpiter & ignominiosè: id ad instar pœnæ corporalis haberi, & in totum debitorem liberari, creditoresq; perpetuò excludi: & si beatior & melior fortuna contingat, vt dicit Guido Pap.quæst.cccxliij. ad id Pet.Iacob.not. vbi suprà debitorem pœnam pati maximam si palàm tam indignum factum ferat, eo modo quem suprà retulimus.idem etiam Guid.Pap.quæst.xxij.dicit arresto Delphinalis curiæ decisum, vt qui cum iuramento renunciauit beneficio, nihilominus admittendus sit, etiam non solutus iureiurando.esset enim contra bonos mores, & ideo non seruandum.arg. l.alia est causa.§.eleganter.ff.solut.matrimo. *Cedentis bonis fideiussores non liberantur.* *Cedere bonis nihil impeditur qui iurauit nō cedere.*

§. LXXIII.

SEPARATION de biens dentre mary & femme, & aussi les cessions de biens ne sortiront effect, & ne seront dites vallables, iusques à ce quelles soient insinuees, & publiees en iugement, & enregistrees en la iurisdiction du Iuge, ou sont demeurans ceux qui font ladite separation & cession: & doiuent estre faites telles separations & cessions de biens, par deuant les Iuges seans iudiciairement à iour ordinaire ou dassize. Et sentendent lesdites separations de celles, qui se font & intentent principalement deuant lesdits Iuges, sans toucher aux separations qui ac-

n cessoir

cessoirement en cas de diuorce se demandent deuant les Iuges ecclesiastiques.



Societas quomodo distrahatur & separetur.

CVM HVIVS prouinciæ coniuges mobilium & quæstuum communionem habeant, huius dissolutionem causari, vt ius commune dictauit, si non tam liberè, at certè possunt non dissimiliter. voluntate enim distrahitur societas, & renunciatione. l. verum est. §. si. ff. pro socio. Item & separatione, siue expressa, vt renunciatio est, siue tacita, vt cùm separatim agere cœperint, & vnusquisque sibi negotiatur, sine dubio ius societatis soluitur. verba sunt Callistrat. in l. itaque cùm separatim. ff. illo titu. tamen hîc alia quàm iudicialis non valet: calor enim iudicij actum facit magis firmum. vt dicit Bald. in l. ij. C. de iur. & fac. ignor. alleg. l. qui se patris. C. vnde libe. & l. si filius. prima. ff. de interrog. actio. Et ideo inferam hoc agi renunciatione & separatione statutaria, vt si quid postea acquisitum sit, aut obueniat, communicandum non sit, si dolus in eo admissus non est. verba sunt Pau. in l. actione. §. quòd si post renunciationem. illo titu. quod vtique obseruandum erit, vt si dolo quid admissum sit, veluti cùm hos coniuges societas statutaria teneat, si alter horum cùm præuideret hæreditatem sibi obuenturam aut aliud quodpiam commodum, aut cùm esset aliquid acquisiturus, defraudandi alterius gratia, societati renunciet: nihilominus communicare cogetur. text. est his expressis verbis, in d. l. actione. §. diximus. vsque ad fin. §. Renunciare autem societati & separationem petere non passim permittitur, sed tantùm, cum bonis causis expedit: non autem, cùm mea interest, & tu causam non habeas. quod ita verum est, vt etiam renunciatione sic facta non dirimatur societas. semper enim, non quod priuatim interest vnius, obseruari solet, sed quod societati expedit. verba sunt textus in d. l. actione. §. Labeo. Et ideo cautè hic statuentes iudicij calorem adiecerunt: in quo neque dolus neque fraus præsumitur, sed valent acta vt bona fide expedita. l. si filius. prima. ff. de interrogat. actio. Hodie in Franc. solet hæc separatio peti cum causa sine rescripto. sed in prouincijs quæ iure scripto vtuntur, princeps hanc ex iusta causa solet indulgere non autem iudex, cùm agatur de dote tantùm à marito distrahenda: nec societas nisi conuenta inter coniuges solet esse.

Iudicij calor firmat magis.

Separationis effectus.

Separatio in fraudem facta non valet.

Separatio in prouincijs iuris scripti à principe obtinetur.

Parafernaliũ fructus maritum suos facit uxore non prohibente.

ALIA sunt bona extra quæstus & mobilia, in quibus vir, vxore prohibente, nullam habet communionem, vt dicit text. in l. hac lege. C. de pact. conuent. illa enim, si vxor conniueat, maritus liberè administrat, & fructus sibi acquirit. l. fin. C. illo titu. & Ioan. Fab. in d. l. hac lege. & And. Tiraq. homo eruditionis immensæ, in glo. fi. ll. connubial. Quod tamen vxor potest hac separatione impedire. quamuis enim, inquit Imperator bonum erat, mulierem, quæ seipsam marito committit, res etiam eiusdem pati arbitrio gubernari, attamen quoniam conditores legum æquitatis conuenit esse fautores, nullo modo virum se in parafernalibus volumus immiscere. d. l. hac lege. plenè declarat Guid. Pap. quæstio. cccclxviij. Quantum ad dotem apertum remedium est si maritus decoxerit aut accedat ad inopiam. l. vbi adhuc. C. de iure dot. tamen in hac prouincia Forensi non solet fieri sine principis concessione vt suprà diximus.

DES

DES NOTAIRES.

TITVLVS XI.

§. LXXIIII.

VN NOTAIRE ou tabellion ne peult receuoir aucun contract,s'il ny ha deux tesmoins,ou quilz soient deux notaires.



SED ET SI, inquit Imperator, instrumenta publicè confecta sint, licet tabellionum habeant supplementum, adijciatur & eis antequam compleantur, testium, ex scripto, præsentia. in authen.de instrument. caut.& fid.§.sed & si instrumenta.duo enim sufficiunt tam ex statuto, quàm iure communi: maximè vbi testium certus numerus adiectus non est.l.vbi numerus.ff.de testib.Et quandò testes simpliciter desiderantur,hæc pluralis locutio duorum numero completa est.d.l.vbi. & inter illam conditionem. ff.de rer.& verb.signific.Et in his casibus in quibus duo testes sufficiunt,cauere debet notarius, ne infames testes adscribat instrumento suo, quia vnius infamia inficitur. vt not.Bald.& Dec.in c.tertio loco.in fi.de proba.& Boër. quæstio.xxj.numero 6. parte prima. *Testiũ subscriptio necessaria.*

SVNT autem plura negotia, quæ plures quàm duos testes desiderant. vt si quis scripturæ nescius,solenniter testari velit,octo testes debet vocare.l.hac consultissima. C.qui testa.fac.non poss. Quilibet alius regulariter septem testes, & non minus, debet habere,vt ibidem.Si quis autem ruri testetur,ei quinque testes sufficiunt.l.fi.C.de testa. Totidem debet adhibere qui volet codicillari. l.fi. C.de codicill. Item & qui donat causa mortis.l.fi.C.de dona.caus.mort. Chirographaria instrumenta, quorum summa quinquaginta libras auri excedit, siue sint ad obligandum, siue ad liberandum,tres testes requirunt necessariò.l.super chirographarijs.C.si cert.pet.Hæres item qui ad falcidiæ detractionem hæreditaria describit,tres testes,& non minus adhibere debet,tabularijs non comprehensis.§.hinc nobis.vers.si verò absunt aliqui.in auth. de hæredib.& falcid. *Testes plures q̃ duo q̃n requirãtur.*

SVNT item & quædam quibus sine testium subscriptione creditur, vt actis coram iudice. his enim testes inseri non solent. l.in donationibus. C.de donationibus. glo.in c.quoniam contra falsam.super verbo,duos viros.de probat. Alia plura huius iuris retulit Boër.decis.ccxxviij.in ij.parte. *Acta iudicu nullũ testem requirunt.*

CAETERA regulariter duobus testibus expediuntur. vt hoc statuto, quod desumptum est ex constitutione Ludo. XII. publicata anno 1499. artic.lxvj. sub his verbis: Que vn seul notaire ou tabellion ne puisse receuoir aucun contract, sans ce quil y ayt deux tesmoins, nonobstant quelque coustume contraire. Cætera infrà sequenti glossa absoluemus.

OV QVILZ SOIENT DEVX NOTAIRES.

HAEC, inquit Imperat.apertè nobis suspecta sunt & nulla digna ratione, dum in iudicando inuenimus,quòd cùm multæ pecuniæ dicantur solutæ,tabularij duo tantummodo hoc dixerunt se audiuisse nullo teste præsente.§.& licet dudum. versi.hæc nanque. in authen.de testib. & alibi.§.si verò absunt aliqui. in authen.de hæred.& falcid. *Notarij duo sine testibus de iure communi an faciunt fidem.*

 falcid.

falcid.tabularijs, inquit, solis non credimus:adeo vt necesse sit iure ciuili, cum duobus notarijs testes assumere.glo.in c.si post cessionem. in glo.j.de probat. tamen vsu communi regionis Franciæ generaliter id obseruatur, vt duo notarij sufficiant, sine testibus.& id cautum est constitutione Ludo. XII. suprà inserta. ibi, vn seul notaire, ergo si duo, contrà est.l.qui testamento. §.mulier. ff.de testa.sumptum id est ex Fab. dictis in l.hac consultissima.in fi.nume.9. C.de testamen.vbi resoluit, quòd notarius à partibus requisitus, testis vnius loco habendus est, adeo vt si sint duo notarij, res gesta dicetur coram testibus, & id quidem sufficienter, per l.vbi numerus. suprà alleg. quod notanter verum est, si notarij sint rogati: & in ea sententia fuit Accurs.in glo. præsente nullo.in d.§.& licet dudum. Contrà tenuit Bald.in c.ij.vers.sed pone quòd vnus.de fide instrument. sed vsus id adeo probauit, vt reciderit in ius commune, vt dicit Boër.quæst.xxj. numero 6. parte prima. necesse autem erit vtriusque signo instrumentum subscribi, alioquin nihil actum erit, argu.l.cùm magistratus. C.quando prouoc.non est necess.& c.prudentiam.de offic.deleg.nec possent hic aptari quæ notat Benedict.in c.Raynutius.in verb.mort.itaque testa.primo.nume.418. & sequent. vsque ad fin. Primò, quòd instrumentum à duobus notarijs susceptum, fidei publicæ autoritatem nihilominus retinet, etiam si ab altero tantùm confectum sit.abundans enim cautio etiam omissa nihil detrahit.l.testamentum.C.de testa.modò tamen eum notarium qui omittitur, aut omnino impeditum, aut de medio sublatum esse constet. Secundò, quòd ante eum notauit Ias.in authen.si verò contigerit. C.de iudic.& in l.Prætor ait.§.cogentur. ff.de ædend.quòd instrumentum à duobus notarijs exceptum & conscriptum, nihil minus habet roboris, si alter horum turpitudinem aut infamiam subierit & sit incapax. Vtroque enim superiori casu testes assumpti sunt, & notarius vnus cum his sufficeret: alioqui si sine testibus res agatur, vt hoc statuto, notarios ambos fideles esse & capaces, & præterea subscribere oportet: quia cùm nihil superfluat, nihil erit omittendum, argu.horum quæ de testibus notant Bald. & Dec. in d.c.tertio loco.de probat.& Dec.in c.cùm super.de offic.deleg.

Statuti interpretatio.

Notarij si duo exceperint unus quando sufficiat.

§. LXXV.

LES tesmoins nommez en linstrument du notaire doiuent estre masles, & maieurs de vingt ans, & doit ledit notaire mettre leur demeurance: & silz sont valets seruans, doit mettre le nom des maistres quilz seruent, & doiuent les notaires congnoitre les tesmoins.

Testis sit masculus et maior.


NEQVE mulier, inquit Imperat.neque impubes, neque seruus, neq; furiosus, neque is cui bonis interdictum est, neque hi quos leges iubent improbos, intestabilesq; esse, possunt in testium numerum adhiberi. §.testes autem. Institut.de testa. similis est text.quo ad impuberem, in l.testium.§.lege Iulia.ff.de testib.& quantum ad mulierem, in l.qui testamento.§.mulier.ff.de testam.vtriusque enim fragilitas edicto causam dedit: vt dicit glo.in d.§.mulier.nam in his timor est falsitatis.not.in l.fi.C.de fideicommiss. accedit pudor matronalis, qui non patitur, vt palàm omnibus mulier se manifestet. vt dicit

dicit text. in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. neque cœtui virorum mulieres demonstrari debent. vt dicitur in l. omnes. §. j. C. de his qui ve. æta. impetra. fiet etenim, si passim testes matronæ scribantur, vt asserendi testimonij obtentu, sæpius pro re aliena conuenientibus virorum adesse eas oporteat: & sic in contumeliam pudoris naturalis cuilibet irruere permittatur: vt dicit formaliter text. in l. maritus. C. de probat. & ideo sola fragilitas eas ab hoc munere repulit: nam etiam constantissimæ non admittuntur: imo pati non debent, vt admittantur. Ratio sumitur ex verbis l. sancimus. C. de arbit. mulieres, inquit, suæ pudicitiæ memores esse oportet, & operum, quæ eis natura permisit, & à quibus eas iussit abstinere, licet summę sint atque optimæ opinionis. Et ad hæc facit quod not. Franc. de Rip. contra Bald. in l. j. si cert. pet. Quòd licet mulier testis instrumento adhiberi, aut rogari non posit, tamen ad probandum tenorem instrumenti perditi illa auditur, si perita sit: per text. in l. ex eo. ff. de testib. quod & in viris idem est: nam si periti non sint, ad id non audiuntur. c. cùm olim. j. & ibi Panor. in glo. vlt. de priuileg. adeo vt inferri posit, nihil, aut certè parum, fragilitate muliebri legislatores moueri: sed tantùm vt occurratur pudicitiæ detrimento. nam lex viros & mulieres ferè æquales reputauit ad fidem testimonij. d. l. ex eo. licet Plato lib. xj. de Legib. muliebre testimonium non admiserit ante ætatem xl. annorum, vt refert amplè Tiraq. in ix. lege connubiali. num. 42. & sequentib. vbi plura pulchra quæ ad eam rem pertinebant retulit copiosissimè, vt cætera solet vir copiosissimus.

Testimoniū muliebre quare reijciatur in instrumento.

CONGNOITRE LES TESMOINS.

OPORTET verò, inquit Imperat. & testes, & tabularios adhiberi, in quibus locis sunt tabularij, maximè autem testes non ignotos contrahentibus. in authen. de instru. caut. & fid. §. oportet verò. & §. si verò ignoti. in auth. de testib. & in §. si tres. in feud. de pac. tene. not. Io. Fab. in l. cùm aliquis. numer. 11. C. de iure deliber. Optima autem ratione statutum est, notarium scire testes quos suo instrumento subscribit, esse fide dignos, & optimæ opinionis in ciuitate, possidentesq; substantiam, vt dicit idem Imperat. in §. si verò absunt aliqui. in authen. de hæred. & falcid. Præterea testes debent eos qui inter se contrahunt cognoscere, idq; maximè in tribus casibus. Primò, vbi imperitus contrahit in scriptis. Secundò, in inuentario. Tertiò, vbi instrumentum non conscribitur. hosq; casus recitat Accurs. in glo. in verb. cognoscant. in l. fi. §. sin autem dubius est. C. de iure delib. facit text. in d. §. ibi, testibus videlicet assumendis qui hæredem cognoscant. tamen in omnibus actibus mihi videtur, testi contrahentes ignotos esse non debere. Notarius autem & testes omni casu debent testatorem cognoscere, alioqui fraudibus sexcentis res subijcitur. glo. in l. iij. §. j. ff. de testib. & posset facilimè committi falsum. l. Titio. in princ. ff. ad municip. illum enim videre debent & certo cognoscere. l. si non speciali. & l. si vnus. C. de testa. Hinc est, dicit Ias. cons. 97. vol. iiij. quòd cortina inter testatorem & testes, etiam vocem illius satis cognoscentes, vitiat testamentum. Secus est in contractibus & actibus inter viuos: quia etiam paries inter eos medius, quorum vox mutuo cognita est, nihil obest: & ita excusatur Accurs. in glo. l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcend. Adijciendum & hoc est, notario non magis testes quàm partes ipsas, quod dicimus, notas esse oportere: vt & olim cautum est constitutione Ludo. x 11. publicata anno 1 4 9 9. artic. lxv. sub his verbis; les notaires ne receuront aucun contract, silz ne congnoissent les personnes,

Testes sint noti contrahentibus.

Testes sint noti notario.

Testes debēt cognoscere cōtrahentes.

Cortina inter testes & testatorē impedit. sed inter contrahē tes nihil.

Notarius debet cognoscere contrahētes.

nes, ou quilz soient certifiez & tesmoingnez estre ceux qui contractent, sur peine de priuation de leurs offices. tamen his temporibus indiscriminatim quoscunque etiam ignotissimos seu contracturos, seu testes admittunt, aut ignorantia, aut auaritia: quæ notarios adeo tenet, vt horum audaci temeritate omnes fermè periclitemur. dicit Ias. in cons. 97. in prin. vol. iiij. Quantum verò ad testium requisitionem attinet, licet dicantur ex more notariorum rogati, tamen id necesse non est, cùm etiam fortuna obuij sufficiant. text. est in l. ad fidem. ff. de testib. duo tamen casus sunt, quibus eos oportet esse rogatos. Primò, in testamento. l. hæredes palàm. §. fi. ff. de testa. Secundò, in diuortio & coniugum separatione. l. nullum. ff. de repud. hæc enim negotia ardua sunt, & maximè consideranda antequam compleri possint: nec si motibus primis fiant, absolui dicuntur. & ne in leuem causam ferantur, datum est frænum probationi; vt, nisi per testes rogatos facta, non valeat. nam præsumendum est deliberationem & voluntatem maturè consultam operis absoluendi præcessisse, cùm ad id accingitur testari aut diuertere volens, vocatis & requisitis testibus. Alij duo casus à quibusdam referuntur, quos tamen non recepit vsus: vt quando stipulatio fit creditori eius debiti quod erat in scriptis. Item & quartò, cùm creditor fatetur debitum sibi solutum. l. testium. & auth. rogati. C. de testib. & §. licet. in auth. de testib.

Notariorum auaritia. Testes an rogati esse debeant.

Testamentum & diuortium ardua, & ideo leuiter non fiant.

§. LXXVI.

LESDITS notaires doiuent inserer & mettre en leurs notes & lettres quilz reçoiuent, le lieu, auquel ilz les reçoiuent, autrement lesdites lettres seront reputees escriture priuee, & le notaire condemné en lamende: & auront les parties interessees leur recours contre lesdits notaires, pour leurs dommages & interests.



Loci data necessitas unde in iure sit desumpta.

LEX CIVILIS nominatim locum subscribi nihil indixit: sed quod per manus doctorum ad nos transmissum est, ex canonum præscripto est, & adhuc inter eos parum conuenit. Qui volunt necessariò apponi, dicunt instrumentum aliter non subsistere. allegant text. in c. abbate sanè. §. præfatas igitur. vers. ex his. ibi, propter illa, quæ specialem comitantur causam, & necessariò adesse debent, veluti locus, & tempus, & huiusmodi quæ sunt solicitè attendenda, & sine quibus causa vacua & inualida censeretur, & cætera. de sentent. & re iudic. lib. vj. & c. qui contra falsam. ibi, loca designando, & tempora. de probat. Io. Fab. in §. item verborum. numer. 3. Instit. de inutil. stipul. & in l. optimam. numer. 11. C. de contrahend. & committ. stipul. doctorum autoritate tantùm nititur: dicitq; illos solere dicere, etiam locum generalem non sufficere, sed requiri specialis loci specialem appositionem; vt, acta sunt hæc Lugduni in pomi diuersorio, aut alibi. Et pro his facit §. quantum verò in militijs. in auth. quib. mod. ibi, illa die mensis, anno illo, consule illo, venerunt apud eum, in illam orationis domum. Notant doctores, in l. fi. C. de tabul. lib. x. Bald. in d. l. quoniam contra falsam. rationem allegat, quæ multum mouet. vt scilicet loci subscriptio rem certiorem faciat, & sine ea res est ambigua & generalis: nec tam facilè reprobari potest: & sæpius falsum eo prætextu tegitur, quod est euitandum. not. amplissimè Boer. decisione xxxiij.

xxxiij.num.27.in ij.parte. Aduerte tamen,quòd iura suprà in testimonium data,instrumenti formam nihil attingunt expresse. Nam c.abbate sanè. de forma actionis proponendæ. c.quoniam contra falsam. de actis iudicialibus. & §.quantum.de confessione connubij exprimenda in templo, seu domo orationis, cùm instrumenta nuptialia nulla facta sunt,apertè concepta sunt: tamen nihil magis rationabile,quàm vt locus non omittatur. Io.Fab. in d.§.item verborum. rem ad locorum consuetudines reuocat: ideo videmus instrumentis, quæ sub Parisiensis præfecti sigillo conficiuntur,locum nunquam apponi,nedum generalem: idq; adeo inualuisse,vt ibi ius in eo sit. Corn.tamen cons.60. in iiij.volu. & do.de Rota.decis.ccccccccxxxix. in antiq.& decis.ccccxl.tenent consuetudine quantumcunque inueterata induci non posse,vt sine loco fiat instrumentum. Aufrer.ad quæstio.Tholos.cccxcj. id refert,& pluribus ampliat,maximè quantum ad locum loci: & in eo consuetudinem sequi vult. Quærit ille denuò,an si notarius locum omiserit,posit addere? nihil scripsit,quo quæstioni satisfaciat: sed puto id posse,ante quàm in integrum partibus expedierit.argu.horum quæ scripsit formaliter de die Philip.Dec. in l.si librarius. ff.de regul.iur. valet enim argu.de tempore ad locum.l.vinum. ff.si cert.pet.& l.miles ita.ff.de testa.milita. Quòd si omnino expedierit,non potest: quia iam functus est officio suo. l.iudex. ff.de re iudic.tamen quandocunque potest sine periculo,si iudicis præcepto, instante parte & alia audita faciat.arg.l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui no.infa. & l.quanquam. in prin.ff.de aqua plu.arcend. vide latè per Guid.Pap.quæst.ccccclxxxij. in fi.primi numeri. Non omittam quòd testamentum inter cætera requirit magis locum loci exprimi: & si notarius omiserit, & tantùm locum generaliter designauerit, intelligendum erit,in domicilio testatoris id actum esse.l.quæ conditio.§.fi.ff.de conditio. & demonst.& ibi Bart.Secus in contractibus qui sine loco valent.l.qui insulam.ff.de verbo.obligat.

Loci datam in iure non requiri.

Locus Parisijs non solet apponi.

Locus an de cõsuetudine omitti posit.

Locũ an notarius postea posit addere.

Locũ magis in testamentis quàm cõtractibus requiri.

ESCRITVRE PRIVEE.

ILLA enim probat, etiam si neque diem, neque locum habeat.l.cùm tabernam. §.idem quæsijt.ff.de pignor.& etiam scribentem obligat. l.Publia. §.fin.ff.depos. & alia quæcunque inducit, quæ ad rem faciunt; in præiudicium scribentis. vt dicit Io. Andr.in c.abbate sanè.de sentent. & re iudica.lib.vj.& Io.Fab. in l.optimam. in fin. C.de contrah. & committ.stipulat. Sed quantum ad alios quàm scribentem ipsum, omnino submittitur: quia si de ordinandis temporibus creditorum in auctione agatur, ille fiet posterior, qui scripturam habet sine die & Consule: idq; bona ratione, cùm tempus dignosci non posit, etiam si res scripta in confesso est,tunc enim ea ordinatio tempore substat: quòd si deficit, nihil attenditur scriptura, quamuis rerum hypothecam contineat.quòd si nullam contineat nisi à tempore cognitionis,etiam si locum & diem habeat,adscribitur.

Scriptura priuata valet sine die & loco.

Scriptura priuata quãtum valeat in ordinãdis hypothecis.

LEVRS RECOVRS CONTRE lesdits notaires.

POSTQVAM in sermonem hunc incidimus,commodè ad notariorum imperitiam orationem conferemus.& id quidem ad rem multum facit. Nam cùm videantur priuatorum ferè omnium fortunæ in illorum manibus versari, inter alia quibus eos munitos atque ornatos esse oportet, duo mihi videntur esse maxima:artis scilicet peritia,

Notarius sit peritus & integer.

peritia,& fidei integritas. Quantùm ad primum attinet,ingens,varium & multiplex officij argumentum desiderat vt notarij periti sint & leges sciant, vt dicit Accurs. in glo.sub verb.seruituti. in l.generali.de tabul. lib.x.C. vastum enim est negotium, & periculi plenum:cùm ferè infiniti sint contractus,quorum & nomina,vim, & discrimina nosse illos oportet.vt venditio,permutatio,emphiteosis,locatum,arrę, commodatum,precarium,vsus,mutuum,vsura,depositum,constitutum, promisio,fideiusio, acceptilatio,stipulatio,pactum,pollicitatio,transactio,donatio simplex,ob causam,ob nuptias,ante nuptias,mutua, reciproca, remuneratoria, causa mortis, sponsalia, dotis constitutio,matrimonium,diuortium,societas, diuisio, separatio, renunciatio, cesio, pignus, & alia infinita. Item & cùm vltimarum voluntatum frequentior sit vsus,insunt testamenta,institutiones,substitutiones,legata,ademptiones,fideicommissa,codicilli: non refero iudicialia,quæ retulit Pontifex, in c.quoniam contra falsam.de probatio. Quæ omnia superiora per notariorum manus tractari solent, & eorum fidei committi: & inter ea plura sunt, quæ ius omnino repulit, quorum notitiam habere illi non possunt,nisi legum & iuris sint periti. & pœnæ iuris subduntur qui homines huiusmodi ignorantes admittunt,vt priuationis officij,& grauioris mulctæ. l.prima. vt nemo ad suum patroci. suscip.rustic. Igitur cum talia & pleraque alia quæ notariatum attingunt, peritia legum consistant, turpe erit notario, si ius omnino ignoret, iuxta Caij dictum, in l.ij.§.denique nec versantur. ff.de origine iur. sed res in eum vsum hodie recidit, vt etiam hebetiores ad id admittantur sine delectu,& vt pica & psittacus quæcunque audita malè componunt, & peius conscribunt, vt dicit Boër.in additio. ad Dy.in c.non est sine culpa.de reg.iur.lib.vj. ideo nil mirum si hoc statuto,quod iuri communi omnino conuenit,notarius ob imperitiam suam teneatur his quorum interest,eum peccasse,etiam si per imprudentiam peccauerit: nec debet eius imperitia partem opprimere,vt dicit Accurs.quem sequuntur Cy.& Bald.in glo.l.fi. C.de fideiusso.ille enim omittens aut locum aut diem, parti neque ex contractu neq; ex maleficio obligatur:sed quia vtique peccasse intelligitur, licet per imprudentiam, videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione,prout dicit Iurisconsl.in l.ex maleficijs.§.si iudex.ff.de actio.& obligat.& sub ijsdem verbis similis est text.in l.fi.ff.de var.& extraord.cognitio.& alijs in prin.Instit.de oblig.quæ ex quasi.delict.nasc. Sed hic aduertendum est,maximè referre,an dolo, an vero per imprudentiam peccatum sit. Nam primò casu, notarius insolidum tenetur, & fit infamis vt falsus,vt ibi dicit glo. in d.l.fi.& alia in princ.Institut.de oblig. quæ ex quasi.delict.nasc.facit l.fi.C.de pœ.iud.qui malè iudi.notarius enim iudex dicitur chartularius. vt dicit glos.in fi.in l.j.in princ.ff.de iudic. Secundò verò casu, tenetur quatenus facere potest, & non insolidum,ex verbis d.l.fi.ibi,& in quantum de ea æquum religioni iudicantis videbitur,pœnam sustinebit.& ibi Accurs.in gl.artifex enim,inquit Celsus,in l.si quis fundum.§.Celsus.ff.loc.culpam præstare debet.quòd si imperitia peccauit,culpa est,quia imperitia culpæ annumeratur.l.idē iuris.in fi.ff.ad leg.Aquil.Idem est in medico,cui licet euentus mortalitatis imputari non debeat,tamen quod per imperitiam commisit, prætextu fragilitatis humanæ innoxium esse non debet, vt dicit text. in l.illicitas. §.sicuti medico.ff.de offic.Præsid. nimis enim remissum esset, culpas has impunitas haberi,vt rem pessimi exempli,& vt quandam delinquendi illecebram: & his artificiorum industria circunduceretur.artem enim suam quilibet & scire, & sequi debet: & sine culpa non est,qui arti,quam ignorat,se immiscet. c.non est sine culpa. de reg. iur.

Notarius circa quæ versetur.

Notarius sciat contractus illicitos.

Notario turpe est iura ignorare.

Notarij hebetiores fiunt hodie.

Notarius quã ob imperitiã teneatur.

Notarius quã imperitia et quando dolo peccauit quomodo teneatur.

Imperitia sua artifex tenetur.

Artem suã qlibet sciat & sequat.

iur.lib.vj. Et ad id circunfertur triuiale scitum, Turpe est doctori cùm culpa redarguit ipsum. eleganter & plenè ad id Cicero Tuscul.quæstion.lib.ij. Hoc,inquit,mihi videtur turpissimum, vt si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi musicum: hoc turpior est, quòd in eo peccet, cuius profitetur artem. sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur, artemq; vitæ professus delinquit in vita.

Artem professus si peccet in arte turpior est.

AD SECVNDVM transeo, quod erat de notarij integritate. Nam vt inquit Fabius lib.xij.Institut.orator.c.ij. rerum ipsa natura in eo quod præcipuè homini indulsisse videtur, non parens, sed nouerca fuerit, si artem & facultatem dicendi sociam scelerum, aduersam innocentiæ, hostem veritatis inuenit. multos enim nasci & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere. & paulò pòst. Nihil enim tam occupatum & tam multiforme, tot ac tam varijs affectibus concisum atq; laceratum quàm mala mens. Hæc ille de oratore, quem bonum virum esse oportet, & ad notarium non temerè inferendum est: cuius causa plenæ sunt leges, tam Cornelij Syllæ, quàm Senatus & Imperatorum cautionibus contra falsas scripturas. Crimen enim falsi capitale reputatum est, vt reprimeretur. l.falsi.C.de fals. & eius supplicium capitale iudicatum est lege scripta. l.penult. illo tit. licet sæpe sit deportatio & publicatio omnium bonorum. l.j.§.pœna falsi. ff.eo. extat constit.Francisc. plena indignatione iusta principis contra notariorum corruptelam. Hos enim ille summo supplicio plecti voluit. quod bonum & æquum fuit, cùm sub his periclitemur omnes, & sit autoritas in horum manibus, tanquam gladius in manu furiosi. ideo cum malitia, spe lucri, & malis inuentionibus insidiantur: curis & labore illi distringuntur: & inter hæc literis aut arti bonæ vllus locus esse non potest, nihilo magis, quàm frugibus in terra, sentibus & rubis occupata. Dicam amplius, horum moribus deprauatis atque etiam corruptis, non tantùm artem, si quam habeant, impediri, sed & reddi perniciosiorem. Et ideo cùm in cæteris criminibus accusatori tantum quæstio incumbat, & iudex officio suo parum experiatur, nisi rogatus: tamen vbi falsi crimen incidit, tunc acerrima fit indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, alijsq; vestigijs veritatis, nec accusatori tantum probationis necessitas indicitur, sed inter vtranque personam ad veritatem inuestigandam iudex est medius, prout dicit Imperator, in l.vbi falsi. C.de fal. ab omni enim suspicione debet carere, & negotium eius contractus quem conscripsit neque directè neque indirectè pertinere debet: & illa causa, Senatus Parisiensis consulto inhibitum est, ne quis procurationis & notariatus officia simul exerceret, cùm sæpe contingat, vt inuicem commisceantur. quòd si vtrunque susceperit aliquis, optare cogendus est, quod velit deserere, & quod malit sequi. tex. est formalis, in l.ij.de tabul.lib.x.C. & in l.vniuersos.de decurionib.eod.lib. vbi glo.in fi. idq; arresto Andegauis decisum ab eodem Senatu retulit Imbert. qui nihil alleg.

Notarium ignarũ esse præstat q̃ reprobum.

Falsi criminis grauitas & pœna.

Notarius habet autoritatem tanquã gladium in manu.

Falsi crimen odiosius cæteris.

Notarius postulare non potest.

§ LXXVII.

ET SONT lesdits notaires tenus descrire les contracts, auant que les receuoir, & apres faire lecture hault & clair, en presence des parties & tesmoins.

LVCIVS Titius, inquit Paul. notario suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequam literis perscriberetur, vita defunctus est. quærebatur an hæc dictatio valere posset? respondi militibus, quoquomodo velint, & quoquomodo possint, testamentum facere, concessum esse: ita tamen, vt hoc subsecutum esse, legitimis probationibus ostendatur. l. Lucius. in princ. ff. de milit. testa. Accurs. hoc Pauli responso, testamentum valere dicit, priuilegio militari. qui quidem (vt mihi videtur) legis sensum assecutus non est, licet plures eum imitentur. Paul. enim contrà asserit non tantopere militum priuilegio deferri in testamentis, quin claris probationibus eorum voluntas debeat innotescere. & videtur innuere satis, notas & breuiaturas (quæ aduersaria rectius dicuntur) in exemplum proiectas, solas non valere, cùm expressè desideret cum his, dictantis voluntatem probari: quod etiam sine notis esset necesse, cùm scriptura non requiritur. Accedit quòd in hoc casu voluntas completa non fuit: compleri autem tantùm dicitur, cùm nihil superest aut desideratur. l. penul. C. de his quib. vt indig. Quotiens enim quis testamenti exemplum præparat, & prius vita defungitur, quàm testetur, valere non possunt quæ in exemplo scripta sunt: verba sunt Vlp. in l. fideicommissa. §. j. ff. de legat. iij. idq; defectu voluntatis: quæ si absit aut imperfecta sit, nihil agitur. d. l. pe. Quòd si lex fauori militiæ, aut piarum causarum, aut liberorum quid detulit, aut testamentis ob has causas suppleuit: id totum quod suppleuit solennitatis est, & non voluntatis: vt expressè cauetur, in d. l. Lucius Titius. quicquid malè obstrepat Accurs. notat Bald. in l. ex ea. ff. de testa. Paul. de Castro consil. 365. consultus de testamento scripto, recitato & perfecto tam solennitate, quàm voluntate, tamen post negotium perfectum, testator id distulit ad aliquot horas: respondit nihil actum esse, voluntatemq; completam dici non posse. Idem erit si testator post omnia consummata, dixerit, se velle notarium adhiberi: vt consuluit Oldra. Lauden. consil. 119. & latissimè disserit Ias. in consil. 196. vol. ij. In summa cùm de voluntate imperfecta agitur, etiam priuilegiarij testamentum non valere, & Accurs. hallucinatum constat. Bart. in d. l. fideicommissa. §. j. tenet per illum text. quòd si testamentum lectum non est coram testatore & testibus, id nullum esse: allegat d. l. Lucius. nec satis esset illud notis scribi: sed literis & recitatione opus est: quia notæ literæ non sunt, & his voluntas nihil probatur. l. sed cum patrono. in fi. de bonor. possessio. ff. Probabiliter infertur de testamentis ad contractus, & econtrà, l. seruum filij. ff. de lega. j. l. successori eius. ff. de negot. gest. & l. non est mirum. ff. de pignor. actio. Apertè dici potest in contractu rem perfectam non dici, nisi omnia quæ ad rem faciunt, consummata sint. l. contractus. ff. de fid. instrum. Masuer. id expressè tenet, vt in statuto nostro scriptum est, in tit. de literis not. & not. vers. item tabellio dum scripserit notulam. alleg. glo. in d. l. fideicommissa. §. j. Corn. consil. 77. volu. iiij. numer. 11. consuluit, quòd licet de iure hæc publica recitatio sit necessaria, tamen quia in Italia contrarium obseruatur, instrumentum nihilominus valebit, etiam si notarius rem conclusam & transactam inter partes neque scribat neque legat: sed sufficit, quòd postea scribat. allegat text. in principio authen. de tabellio. vbi notarius præsens stipulari poterat & non scribere: alij autem absenti demandabatur, eorum quæ gesta fuerant, scriptura. dicit tamen quòd in casibus, qui aliàs quàm scripto expediri non possunt, id locum non haberet: & in his scripturam differendam non esse. idq; Panor. in c. j. & in c. cùm P. tabellio. de fid. instru.

Accursius lapsus in l. Lucius. de milit. testa.

Notæ et aduersaria nõ sufficiunt.

Testator qui post perfectũ testamẽtum differt ad aliquot horas aut desiderat notariũ.

Testamẽtum palàm legi debet.

Contractus debet legi corã partibus & testibus.

§. LXX

§. LXXVIII.

ET pareillement seront tenus de faire prothocolles & registres des lettres perpetuelles par eux receües.

TABELLIONES, inquit Imperator, non alia charta pura scribant documenta, nisi in illa quæ vocatur prothocolon. §.illud quoque.in auth.de tabellio.Fran.reg.constitutione publicata anno 1539. artic.clxxiij. idem edictum fuit: & ante eum idem sancierat Ludo.x11. constitu.sua publicata anno 1512. artic.lxiij. Et cùm notarios Castelleti Parisiensis excepisset, & ex eius constitutione prothocolo omnino abstinuissent, visum est æquius & fidelius eos ad cæterorum instar reduci, vt nouissimè factum est, eadem Fran.constitutione.ibi, que tous notaires & tabellions tant de nostre Chastellet de Paris que autres, seront tenus faire fidelement registres & prothocolles de tous testamens & contracts quilz passeront. & cætera. vbi etiam temporales contractus comprehenduntur, statutum verò eós exclusit. *Notarij ansaciant protho colon.*

§. LXXIX.

EN TOVS contracts de vente, eschange, permutation, & autres alienations & dispositions dheritages & choses immeubles, les notaires doiuent inserer & faire mention esdits contracts des cens, rentes, & autres deuoirs deuz à cause desdites choses immeubles, & à qui ilz sont deuz, & pource faire interroger les parties: & si lesdites parties sur ce interrogees dient & afferment nen sauoir aucune chose, lesdits notaires de leurs affirmations & interrogations sont tenus faire mention en leursdits contracts sur peine damende arbitraire.

SI PRAEDII venditor, inquit Paul. non dicat de tributo sciens: tenetur ex empto. Quòd si ignorans, & non prædixerit, quòd forte hæreditarium prædium erat, non tenetur.l.si sterilis.§.j.ff.de actio.empt. Constitutio est similis Fran.1. publicata anno 1539. artic.clxxx. & sequenti. Aptè autem pœna datur arbitraria, cùm nulla talis legitima sit, nec item legitimum hoc delictum est, vide pro hoc statuto Guid.Pap.quæst.xxiiij. *Venditor debet tributū rei uendita declarare.*

§. LXXX.

AVSSI tous contrahans sont tenus de declairer les rentes, charges, hypotheques speciales, & assignations sur les heritages & choses immeubles, quilz vendent, eschangent, ou alienent à tiltre

onereux : autrement ilz seront grieuement punis. & silz les vendent franchement, & elles sont trouuees chargees de leur fait, ou dautres dont ilz sont deüement aduertis, ilz sont punis comme faulsaires.

Stellionatus in quibus cõsistat.

MAXIME, inquit Vlpianus, in his stellionatus locum habet, si quis forte rem alij obligatam, dissimulata obligatione, per calliditatem alij distraxerit, vel permutauerit, vel in solutum dederit. nam hæ omnes species stellionatus crimen continent. l. stellionatus accusatio. §. vbicunque igitur. ff. de crimi. stellio. similis est text. in l. si quis in pignore. §. j. ff. de pignor. actio. & in l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de actio. empt. Fallit in eo qui rem pignori submisit, alij tamen pignoratam, si adeo ampla sit, vt vtrique sufficiat : quia etiam si de dolo actio competat, cessat tamen titulus criminis. vt d. l. si quis in pignore. in fi. Et ad fi. statuti, rectè falsi incusandus est, qui onus obligationis rei quam distrahit non tantùm denegat, sed liberationem mentitur, vt dicit text. in l. si à debitore. ff. de fals.

Debitor pignus duobus obligãs quod vtrique nihil peccat.

§. LXXXI.

AVSSI sont punissables comme faulsaires ceux, qui vendent, ou autrement alienent chose à autre par eux au parauant vendue, ou alienee.



QVI duobus, inquit idem Vlp. in solidum eandem rem diuersis contractibus vendidit, pœna falsi coërcetur : & hoc diuus Adrianus constit. l. qui duobus. in prin. ff. de fals. Fallit autem, cùm primus emptor calumniosè, aut alias in præiudicium venditoris differt pretij solutionem. l. venditor ex hæreditate. & ibi Oldral. not. ff. de hæred. vel actio. vend. quem referunt & sequuntur Bal. & Salicet. in l. quotiens. C. de rei vendic. dominium enim propriè translatum dici non potest, nisi soluto pretio. §. venditæ. Instit. de rer. diuis. Secundò fallit, si iudex ex officio vendat duobus, vbi primus emptor non est omnino admissus, aut vbi iudici videbitur vtile, vt not. Ias. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. numer. 5. per illum text. in fi. ff. de re iud.

Vẽdi eadem res q̃ñ bis potest.

§. LXXXII.

LA TAVXE requise des contracts receuz par notaires se fait par le Iuge ordinaire ou garde des seaux ou lun deux, & se peult faire en labsence des parties : & ne peuuent lesdits notaires exiger pour chacune peau de grosse plus de x x. solz, & de plus, plus : & de moins, moins. & doit contenir chacune, soixante lignes, & chacune ligne, soixante mots.

COMMODVM est contrahentibus & vtile, vt pro salario à lege taxato sumptibus non diuexentur, & ideo etiam si res eos tangat, his tamen absentibus expeditur. Limitationem infert Ias. in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconf. col. 2. id salarium in pauperem constituendum non esse, aut si sit constitutum eo non audito, ab eo tamen non exigendum pro instrumento in eius causam confecto. Nos in prouincia Forensi ita vtimur, vt cùm nullus alius quàm Comes in eo comitatu ius notarios creandi, prothocola vendendi, & sigillum tenendi habeat: id ius taxandi soli prouinciæ præsidi aut eius vicario pertineat: idq; cæteri, quantumuis ordinarij, hactenus non vsurparunt. tamen audiui quosdam nouos iudices, licet non pedaneos, aut auaritia, aut etiam temeritate id cœpisse vsurpare: quibus cùm primarij obstiterint, ad curiam supremam negotium immissum est: nihil adhuc decisum scio. Sed in hac prouincia alia videtur esse ratio, quæ sumitur ex §. lxxxiiij. infrà. Quòd si contingat arresto Curiæ id ordinarijs nostris neque sigillum neque ius tabellionatus habentibus concedi, accessorium à principali distrahitur.

Taxa cõtractuũ fit contra absentẽ.

Taxa cõtractuũ ad quẽ pertineat.

§. LXXXIII.

LOFFICE de notaire nest tenu que par la mort & mutation du Seigneur qui lha creé & institué.

CVM munera id genus precario teneantur, pendeantq; ex bene placito concedentis, per communem clausulam, tant quil nous plaira, æquum est vt & morte concedentis, aut alienatione reuocari posint ab hærede, aut successore particulari. Primum probat text. l. cùm precario. §. j. ff. de precario. Secundum verò firmat tex. in l. quæsitum est. §. illud tamen. ff. illo tit. Fallit tamen cùm à principe tenentur: quo casu, licet eo mortuo dicantur quodammodo reuocari, per c. si gratiosè. de rescriptis. & Bald. in l. meminisse. ff. de offic. Proconf. tamen & vsu & ratione cofirmari solent: non posset Rex successor confirmationem renuere, & alium dare successorem, nisi ex magna causa, quæ ad destitutionem sufficiat: & adhuc eos audiri oportet, cùm contra impedientes habeant remedia iuris possessoria, etiam non confirmati. c. ex tenore. de restitut. spoliat. Nec decens est, beneficium à principe datum leuiter tolli. c. decet. de reg. iur. lib. vj. De his præclarè Bened. in c. Raynutius. in verb. duas habens filias. num. 38. & sequenti. de testa. nec eius placitum potest reuocari sine maxima ratione, quæ leuis non sufficeret, secundum Bart. in l. iurisperitos. ff. de excusat. tuto. quod de iure etiam habet locum in priuato. l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommiss. libert. nam licet ea clausula, tant quil nous plaira, ferat simplex arbitrium, tamen nihil magis his dignum est, qui se principes profitentur, quàm eorum autoritatem à iuris autoritate omnino desumere, putareq; reuera imperio multò maius esse, eorum principatum legibus & rationi submittere. l. digna vox. C. de legib. Fallit secundò, quando id munus obtentum esset dato pretio, aut in compensationem, aut alio titulo oneroso, vt fit in Francia. quia neque princeps neque alius inferior posset vnquam reuocare, argu. l. si pater. §. j. ff. de donat. Imo neque Rex etiam successor absoluto iure id debet facere: nisi restituto pretio, & cæteris quæ in obtinendo munere erogata sunt. vt not. Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. allegat text. in §. fi. qui feud. da. poss. princeps enim videtur contraxisse accepto pretio: & ideo suc-

Munera quæ reuocentur.

Officiorum confirmationes an rex possit renuere.

Clausula, tant ql nous plaira, quomodo intelligatur.

Officia empta non reuocantur.

cessorem suum obligat, qui reclamare non debet: quia talia sunt de iuregentium, & ea sequi tenentur principes, imo & summus ipse Pontifex. l. digna vox. C. de legib.

§. LXXXIIII.

LES prothocolles, & registres desdits notaires de Bourbonnois, apres leur deces, appartiennent à Madame. Et à semblable les prothocolles & registres des notaires des vassaux ayans seaux à contracts, appartiennent apres le deces desdits notaires, esdits vassaux: & en doit estre fait inuentaire, & baillee quittance & descharge aux heritiers desdits notaires.

Prothocolon debet in archiuum publicum deferri.

ID IVS mihi videtur fundari in constitutione Imperat. in authen. de defenso. ciuitat. Nam cùm olim parum in tuto apud hæredes hæc prothocola relinquerentur, qui cùm nullum haberent archiuum, in quo ex fide publica gesta reponerent, deperibat quod erat à defuncto conscriptum, idq; magis apud eos erat venale quàm fideliter obseruatum, vt dicit text. in d. auth. in princ. vers. Si verò quædam. Ideo cùm talia diligenter adseruari tam acta quàm contractus & quidquid aliud est monumentorum proprium, reip. maximè intersit, vt ibidem. §. iusiurandum. tutissimum visum est ea hæredibus non committi, sed principis custodiæ: eaq; eius archiuo distribui, aut Præsidi prouinciæ, qui huius habet custodiam. Ita enim manent incorrupta: & facile inueniuntur à requirentibus, vt ibidem dicit text. in §. si verò egerint. in fi. Præses denuò committit, qui fideliter aduersaria & notas expediant. vt dicit Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. per illum text. ff. de æden. dicit relinquenda hæredibus esse. & Guid. Pap. quæst. xix. in fi. idem tenet. In hoc comitatu Foresi idem obseruatur, quod hic statuitur, vt scilicet prothocola omnium notariorum, tam regiorum, quàm comitalium, publica auctione commodo regis veneant: quarta tamen parte pretij, notarij hæredibus reseruata, ex concessione Petri Burbonij Ducis: hac tamen lege, vt hi teneantur infra trimestre post notarij mortem in archiuos comitales Montisbrisonis prothocolon inferre, idq; minutatim à secretario archiuorum describendum, expensa hæredum, & eius cui horum expediendorum cura demandata est. quod si omittatur, illa pretij pars fisco quæritur. quod ego sæpius legi in archiuis comitalibus, quorum custodia mihi credita est. Nec tamen exactè noui hactenus obseruatum. Sed cùm plurium notariorum hæredes id sine dolo omisissent, & procurator regis vrgeret in pœnam antiquitus datam, nondum obtinuit: visumq; semper est, hæredibus negligentibus satis esse incommodi, iacturam facere prothocoli hæreditarij: ideo eos tantopere non esse affligendos. Et in eo vsus sum semper consilio aduocati regij Petri Castellionæi, quem & familiæ nobilitas & probitatis vsus adeo insignem facit, vt illum inter eos quos hic nouerim maximè ego putem commendandum, vt æquitate, experientia, & constantia præcipuum. Id enim prothocolorum ius regi in eo comitatu patrimoniale est, vt sæpius contra hæredes notariorum reluctantes supremæ Curiæ arresto declaratum est. Nec ego putaui leui causa supprimendum, vt quidam sollicitarunt his temporibus, notariorum

Prothocola quomodo ueneat in prouincia Forensi.

Petrus Castellionæus.

riorum forte, quorum expensa id obtineri debuit, magna iactura. Ad rem nostram redeo: licet enim Burbonia in prouincia vasalli sint, qui simili iure vtantur, tamen in comitatu Forensi nulli hactenus tale quid licuit, aut sigillum habere cùm generaliter huius emolumentum ad comitem spectet, vt & creare notarios. Sunt enim hæc principi reseruata, vt not. Innoc. & scriben. in c. cùm P. tabellio. de fid. instrumen. & Abbas in c. cùm dilectus. eo. tit. vlti. notabili. per illum text. Tamen hodie in Francia aut consuetudine, aut statuto, aut priuilegio, aut concessione principis eo iure vtuntur vasalli. & id tractat Ias. in cons. 28. prope fi. in ij. vol. & suprà diximus. §. ij.

§. LXXXV.

LES notaires esquelz sont vendues, ou donnees les notes non grossoyees, les peuuent grossoyer & mettre en forme, appellee de retulit, auquel retulit ilz doiuent inserer les payemens, & choses qui se treuuent escrites au doz, ou au pied, ou au dedens de ladite note. Aussi doiuent faire mention si elle ha esté grossoyee, ou non, & pour qui.

MASVER. in tit. de liter. not. & nota. dicit, quòd notario mortuo, dari solent notæ eius alij notario, qui illas potest in mundum scribere, & signo suo expedire, iuxta not. in c. penult. de fid. instru. & per Bart. in l. de eo. §. istud constat. ff. de fals. Guid. Pap. quæst. cxviij. negat hæredem, aut alium notarium id facere posse, nisi à Præside commissum. id tenet Feli. in c. cùm P. tabellio. 2. col. de fid. instru. de iure contra. per l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de æden. Nec tamen debet committi alius quàm notarius. Idq; soleo obseruare: per not. Ias. in §. fuerat. Instit. de actio.

Prothocolum expediendi negotio quomodo prouideatur.

DES LETTRES, CONTRACTS DE vente, reuente, & ou est tenu le debiteur porter ce quil doit, des cas de saisine, & de nouuelleté, & simple saisine, & matiere possessoire.

TITVLVS XII.

TITVLVS hic corruptissimè compactus est, cùm plura promittat quàm subijciantur, nec conueniat aliqua ex parte materiæ paragraphorum inferiorum, nisi quantum ad possessorias prosecutiones attinet: & in hijs verè conceptus est. Sed de instrumentis venditionis, & reuenditionis nullum verbum. Nec item de loco solutioni destinato. Subijciuntur autem materiæ nouæ contractuum generaliter captiosorum vltra dimidiam iusti pretij, & æquorum redhibitionis, & reconuentionis, quas hic titulus nihil omnino complectitur. Ideò ita mihi videbatur componendus. ESQVELZ CONTRACTS RESTITVTION N'HA LIEV, REDHIBITION, RECONVENTION, CAS DE NOVVELLETE, ET SIMPLE SAISINE. Nemo non videt,

det, quàm malè hæ materiæ conueniant & inter se continuentur. Tamen quia statuta eo ordine conscripta, apud acta parlamenti relata sunt, nihil immutandum. Adijciam tantùm locum solutionis, de quo loquitur hic titulus, licet temere, eum esse, quem debiti aut actionis qualitas tribuat. Nam debita personalia quæ rem nihil afficiunt, petuntur & recipiuntur in domicilio eius qui debet. glo. in l. item illa. in verbo, non venit. & ibi docto. ff. de constitu. pecu. Agri autem tributum in ea ciuitate debet leuari in cuius territorio possidetur: verba sunt Vlpia. in l. forma censuali. §. si verò quis agrum. ff. de censib. & de his amplissimè discutit Ias. cons. 8. vol. j.

Locus solutionis facienda.

§. LXXXVI.

RESCISION de contract doultre moitié de iuste prys, & autres benefices de restitution, nont lieu en vente de chose mobiliaire particuliere, ny en vente, ou louage de fruits dheritages faite à trois ans, ou au dessouz.

Rescissoria ob decep. ultra dimid. i quibus locū non habeat.

ACCVRS. in l. rem maioris pretij. in glo. mag. in fi. C. de rescin. vendit: asserit in venditione mobilium remedium legis illius non dari, nec venditorem restitui: Tamen si ageretur de re mobili multum pretiosa, tunc minori restitutio deneganda non esset. Aut si res incerta sperata vendatur: tunc etiam si contingat maius emolumentum, tamen propter euentus incertitudinem, rescindi placita non possunt. l. ea lege. C. de vsur. Io. Fab. exemplum dedit in retis iactu. Tertiò, si in prædijs locandis dominus insignem deceptionem referat, non restituitur. Item in venditione fructuum etiam minori decepto non succurritur: nec item in rebus quæ fortuitis casibus subditæ sunt: nisi sordes aut euidens gratia tutoris aut curatoris suadeat. l. & fine. §. & districtè. ff. de mino. Imbert. in suis Instit. §. cæterum. de commentitijs. lib. j. post Chassa. in tit. des successions. §. v. numer. 27. asserit vsu nostro minores æque vt maiores habere fructuum administrationem.

§. LXXXVII.

VN VENDEVR de cheuaux nest tenu de vices: excepté de morues, espousses, corbes, & corbatures, sinon quil les ayt vendus sains & nets: auquel cas il est tenu de tous vices latens & apparens huit iours apres la tradition.

Venditor quā de vitio teneatur.

IVLIANVS lib. xv. Digestorum (inquit Vlpia.) inter eum qui sciens quid, aut ignorans vendidit differentiam facit in condemnatione ex empto. Ait enim, qui pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, si quidem ignorans fecit, id tantum ex empto actione præstiturum quantò minoris esset empturus, si ita esse sciisset. Si verò sciens reticuit, & emptorem decepit, omnia detrimenta, quæ ex ea emptor traxerit præstiturum ei. l. Iulianus. in princ. ff. de actio. empt. facit l. ædiles aiunt. in prin. & §. sed enim. versic. sed si emptor. ff. de ædil. edict. Morbos hic expressetunt

ferunt statuentes, quos vitia vocant, non satis aptè. Morbus quo equus mucosus est, dicitur Cymorra, contingitq; propter frigiditatem diutius delatam, nullaq; alia infirmitas adeo tenax, aut periculosa est, nec curari potest, si inueterata sit. Alia est, quæ hic secundo loco exprimitur, scilicet anhelatio, & anhelator equus pulsiuus dicitur, & fit hic morbus in canalibus pulmonis oppilans equum, ita vt vix anhelitum possit reddere: & inde fit narium velut continua suffocatio, & iliorum pulsatio perpetua: quòd si equus vetus sit, morbus non curatur. Curuatio autem, quæ curba dicitur, equo accidit sub summo suffraginis, ob magnum neruum in longum tumescentem, vnde dolor immensus: quia cùm is neruus corpus equi maximè iuuet, eius offensa claudicandi causam dat. Et ferè tales morbi accidunt equis iunioribus via, aut onere grauiori oppressis: & passim curantur si recentes sint. Alia sunt vitia complura corporis, quæ partim latent, partim videri possunt: & propriè dicuntur morbi. Animi autem vitia ita demum præstabit venditor si promisit: si minus, non. l. ob quæ vitia. §. idem Pomponius. ff. de ædil. edict. ea enim sunt, si equus ob malam eruditionem calcitrosus, retractans, pauidus, mordax, & desidiosus est. Nec iccirco morbosis annumerabitur, sed vitiosis: & ob id redhiberi non potest, nisi dictum est vitium abesse, & non abest, vt dicit Iurisconsul. in d. l. ob quæ vitia. Sunt & casus, quibus ob morbum redhibitio non competit: vt si apparere possit nec lateat, vt si veneat equus cæcus, aut calcitrosus, aut claudus. l. quæritur. in fi. illo titu. Tempus verò redhibitionis de iure sex menses vtiles habet, & quantò minoris annum vtilem, & currit tempus à die venditionis. vt dicit tex. in l. sciendum est. §. fi. ff. illo tit. Quantò minoris autem actione agi solet iure ciuili in casibus in quibus redhibitoria denegatur. l. j. in fi. illo tit.

Cymorra. *Pulsiuus equus.* *Curuatio.* *Equi vitia.*

§. LXXXVIII.

RECONVENTION nha point de lieu.

Hoc §. sublata esset compensatio, nisi suprà nominatim de compensatione cautum esset: hæc enim reconuentio est. l. si constat. C. de compensat. additio est ad glo. in l. Titia. §. qui iumenta. ff. de lega. ij. Item & exceptionis speciem refert: d. l. si constat. & ideo statutum hoc iure communi contrarium est. Nam (vt inquit Iurisconsul.) cui damus actionem, fortius & exceptionem non denegamus. l. inuitus. §. cui. ff. de reg. iur. not. in l. iij. per illum tex. C. de cond. inde. Iurisconsul. in l. si idem cum eodem. in §. pe. ff. de iurisd. om. iud. eam mutuam petitioné vocat, passimq; receptam dicit. Adeo ité iure Romano huic fauebatur, vt à iudice eam non admittente prouocari posset. l. j. §. fi. ff. quæ sent. sine app. resc. facit l. cùm Papinianus. §. fi. & auth. & consequenter. C. de sent. & interl. om. iudi. Imo & post litiscontestatoné audiri reconuenientem oportuit. vt tenet Bart. in auth. de execut. in fi. Tamen quibusdam casibus reijciebatur. Primò, si actoris causa non erat liquida & confessa, quia cõtra eam reconueniendum non fuit. l. fi. quib. ad liber. prouo. non licet. C. & §. cæterũ. in auth. de execu. Secundò, in causis de quibus simul cognosci non potest, quia tunc alterius differendum est iudicium, donec de altera iudicatum sit. vt not. in d. l. cùm Papinianus. Tertiò, in causis quæ coniunctæ sibi præiudicant, vel quarũ vna est præparatoria ad aliam. l. j. C. vbi causa stat. & d. l. cùm Papinianus. Quartò, si actor petijt restitui contra reum qui spoliauit, rei vendicatione reconueniri non potest. c. super spolia-

Compensatio est reconuentio & exceptio. *Reconuentio quibus casibus repulsa fuit à iure communi.*

P tione.

tione.de ordin.cognit. Quintò, si minoris quàm sit actum reus velit reconuenire. l.fin.C.qui legi.perso. Sextò, quando actoris causa summaria est, & de plano tractanda, & rei causa ordinaria & altioris indaginis. l.& hæc. §.non solum. ff.de procurat. c.j.de mutu.petiti. vt in stipulatione legatorum.l.si is à quo. in princ.ff.vt in poss.legat. Aut in iudicio damni infecti quod summarium est.l.j.ff.de dam.infect. Alia sunt plura in l.j.in fin.ff.de var.& extraord.cognit. Septimò, cùm causa celeritatem exposcit.c.cùm dilecti.de ord.cognit. Octauò, si agatur ciuiliter, reconueniri criminaliter non potest.l.interdũ.ff.de pub.iudi. Nonò, criminaliter accusatus ciuiliter reconuenire non potest.l.ij.§.sed si agam.ff.de iud. Decimò, criminis reus non auditur accusatorem volens accusare.l.is qui.ff.de publ.iudic. & c.j.iij.quæst.xj. Vndecimo, apud arbitrum non potest fieri reconuentio, nisi generaliter de omnibus controuersijs in illum compromissum sit. Aliàs non potest iudicare de causa, de qua litigatores in eum non compromiserunt,l.de his.ff.de recept.arbi. Duodecimò, contra dotis petitionem non admittitur reconuentio.l.vna.§.taceat.C.de rei vxo.actio. Hodie verò tam in hac prouincia, quàm cæteris regni huius, vsu generali, nullo casu reconuentio admittitur, nisi quum illa vsque adeo actoris intentioni inest, vt diuelli aut dissolui iustè non possit, & maximè si aduersus actorem faciat præiudicialem actionem.vt dicit Imbert.Insti.lib.j.§.ediuerso.

Reconuentio hodie nõ admittitur in Francia.

§. LXXXIX.

QVANT aucun possesseur par an daucun heritage, ou droit reel corporel, ou incorporel reputé immeuble est troublé en sa possession & iouissance, il peult soy complaindre, & intenter complainte en cas de saisine, & de nouuelleté, dens lan du trouble à luy fait, & donné audit heritage, ou droit reel, contre celuy qui le trouble.

SAEPIVS, ante statutum hoc, constitutionibus regijs idem edictum fuit. & nouissimè per Fran.anno 1539. artic.lxj. Nec contra hanc præscriptionem annalem princeps potest restituere. Vt nominatim sancitum est Caro. VII. constitutione, artic.lxx.& alia generali Fran.artic.cxx.anno eodem. Causa enim possessionis postliminio non continetur, neque reuolui potest, cùm facto maximè constet. & ideo re vera, & facto iuris naturalem interrumpi oportuit. & id est quod decidit glo.in l.cùm miles.§.j.in verb.quasi coniunctim.ff.ex quib.caus.maio.& Rapha. Cuma.in l.Pomponius.§.quæsitum. ff.de acqui.poss. Prætor autem, iudiciorum extraordinariorum, siue interdictorum quæ prodidit, quædam perpetua esse voluit, alia anno conclusit, ad imperij sui limitationem. §.eas verò. Institut.de perpe. & tempo. actio.& l.j.in fi.ff.de interd.iuncta glo.fi. Inter annalia autem, iudicium vti possidetis annumeratur, vt etiam vnde vi. l.ex quibus. ff.de interd.& l.j.in princ. ff.de vi & vi arma. Vulgo autem, connumeratio fit per annum & diem : licet lex ciuilis & regia constitutio diem omittant. Id autem alia causa non fit, quàm vt fieret indubium, posteriorem anni diem computari non debere. secundum l.qui calendis. ff.de verb. obliga.

Perëptio annalis possessorij rescripto non restauratur.

Anni connumeratio quo modo fiat, et cõtra quem non valeat.

obliga. Superiora intelligenda sunt, aduersario tantùm pacificè possidente, quia tunc per annum & diem excluditur actor. Quòd si non possideat, contra est: quia posterius impedimentum viam dabit interdicto, neque reus nisi ex sua possessione annali interdici petentem repellet. vt plenè nota. in l. si duo. ff. vti poss. & per Bar. in l. si prius. ff. de noui ope. nuncia. & in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss.

INCORPOREL REPVTE IMMEVBLE.

NOTANTER ad immobile ius restrictum est, cùm sit ius mobile, vt nomen, actio, & alia quæ hoc interdicto recepta non sunt, vt infrà dicetur §. xcj. Io. Fab. in §. retinendæ. numer. 15. dicit, conuenire inter Docto. nostros pro horum iurium quasi possessione interdictum vti possidetis passim concedi. Quod verum est (inquit) quando illa adhærent rei immobili, alias propriè non possidentur. pro eo facit l. j. in fi. ff. de interd. ibi, vt de itinere actuq; & cætera. Tamen hodie in Francia indifferenter eo interdicto vtimur, etiam pro his iuribus quæ rem mobilem nihil concernunt, per l. querelam. de electio. *Possessorium interdictum quando pro iuribus admittatur.*

§. XC.

SIL y ha opposition à la complainte en cas de saisine & de nouuelleté, ladite opposition vault trouble de fait, & doit estre la chose contentieuse sequestree par le Iuge, sinon que loppoſant allegue possession triennale de luy, ou de celuy dont il ha droit, ce quil est receu prouuer & monstrer par vn seul delay seulement. Et se perit linstance possessoire contre capables dagir, par discontinuation de poursuite par an. Et si apres ledit an de discontinuation lune des parties iouist par an de la chose contentieuse, il en est fait possesseur, en maniere que apres il nen peult estre inquieté au possessoire par sa partie.


IOAN. FAB. in l. vna. numer. 6. C. vti poss. dicit non esse necessarium actori probare possessionem suam à reo interturbatam esse. Ex eo enim (inquit) quòd reus se opponit, satis turbat. Idem tenet Bart. in l. si duo. ff. vti poss. Tamen notandum est, quòd si reus non opponat neque contendat possidere, sed turbasse neget, cùm duo huius interdicti extrema sint, possessio ex parte actoris, & turbatio ex parte rei: actor tenetur exprimere turbationis modum & probare. vt nota. in l. j. §. hoc interdictum. prope fi. ff. de interd. alioqui cum expensis reus dimittendus est. Nemo enim in ius duci temere debet. l. si verò. §. j. ff. qui satisd. cogant. *Oppositio facit turbam.* *Turba probāda contra nitantem.*

POSSESSION TRIENNALE.

AD sequestrationem impediendam, notanter dicitur possessionem propriam, aut autoris valere. & eo casu sufficiet ab aduersario, vi, clam, aut precario non possideri. quòd si ab alio possideatur, prodesse debet possessio etiam vitiosa. l. si. ff. de acquir. *Sequestrationem que possessio impediat.*

possess. Neq. in hoc interdicto refert, iusta, an iniusta sit aduersus cæteros possessio. Qualiscunque enim possessor, hoc ipso quòd possessor est, plus iuris habet, quàm ipse qui non possidet. verba sunt text. in l. j. §. fi. & in l. ij. ff. vti poss. facit textus in l. cùm à te. ff. de vi & vi arma. & in l. res alienas. C. de rei vendica.

SE PERIT LINSTANCE.

Peremptio instātia possessoria quæ annalis est.

HOC interdictum vti possidetis, cùm annale sit tam lege ciuili quàm regia, vt superiore §. adnotauimus, iure communi & Franciæ receptum est, præscriptionem huiusmodi sola conuentione iudiciali non omnino interrumpi, ad hoc, vt interdictum intra annum propositum, videatur perpetuatum: sed oportet litem sine interuallo agitati, & absolui. Quòd si intermissa sit anno integro, reuiuiscit præscriptio prima. vt not. Ias. in §. pœnales. Instit. de actio. & hæc lege ciuili mihi videntur posse probari, per text. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. cum l. sed & si nolit. secundum interpretationem Zasij. ff. de acq. poss. Ille enim hoc modo dilucidè, & veraciter induxit. Absentis possessio per annum iniuria occupata est: si reuersus possessionem ingredi volens, impediatur, debet iure, aut vi & armis experiri, vt repellat violentum: & eo casu possessionem amisisse dici non debet: quia alius magis vi quàm iure possidet: & is est casus §. qui ad nundinas. Cæterum si nolit tentare fortunam, & potentia aduersarij territus, aut litis impendia pertimescens desistat, tunc siue cœperit, & postea destiterit, siue omnino cessauerit, semper possessionem amisisse dicendus est. & is est casus d. l. sed & si nolit. Id tamen non semper verum est, quia si lis contestata est, neque interdictum, neque possessio elabuntur, & non potest illa prima præscriptio excitari. Item & secundò, si res de cuius possessione quærebatur, sequestro deposita est, quo casu cùm neuter litigatorum possideat, præscriptione hac translatitia neuter ab altero poterit repelli, vt statuti verba innuunt. ibi, lune des parties iouist. Idem & tertiò, si sine sequestro res extra vtriusque detentionem remaneat: iisdem verbis statuti. Quartum casum compromissaria dilatio poterit inducere. Solet materia eremodicij ita subduci: litem scilicet non contestatam super annali actione anno deseri & præscribi à tempore cessationis assumendo. l. cùm notissimi. in prin. & l. sicut. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. l. naturaliter. cum ibi notat. ff. de vsucap. glo. in d. l. sicut. in verb. per executorem. quæ est optima. Quòd si contestata lis est, videtur perpetuata actio. l. ij. C. quand. libel. ptin. dat. Quidam perpetuationem ita intelligunt: vt si xxx. annorum sit actio, in decem annos hanc elargiri oporteat, & quadraginta annorum fiat. Si verò sit decem annorum, xx. annorum fiat. Si quantò minoris, aut redhibitoria, aut annalis in x. annos amplianda sit: per glos. in. d. l. cùm notissimi. in verbo interrupta. & Ang. in l. ij. ff. de vsucap. pro empto.

L. clam possidere. §. qui ad nūdinas.

Instātia possessoria quādo anno non perimatur.

§. XCI.

AVCVN nest receuable dintenter complainte en cas de nouuelleté, pour vne chose mobiliaire particuliere, sinon quelle fust adherent ou dependant de chose immeuble, ou quelle fust vniuerselle, comme pour biens dune succession, ou pour maison & tous les biens estans en icelle.

HOC

OC INTERDICTVM (inquit Vlpianus) de soli possessore scriptum est: quem potiorem in soli possessione habet.l.ij.§.ij.ff.vti poss. Nec pro mobili datur, sed aliud proprium, & speciale, quod vtrobi dicitur. Idq́; etiam annale est, vt cætera sunt, & obtinuit vim exæquatam vti posidetis interdicto, quod de rebus soli competit. verba sunt Vlp.in l.vna.ff.vtrobi. Hodie in vsu magis sunt alia remedia: vt furti, vi bonorum raptorum, aut ad exhibendum. Quæ tria ius vetus induxit: vt dicit text.in l.j.§.illud vtique.ff.de vi & vi arma. Tamen aliquibus casibus hic expresis in §.statuti, agitur vti posidetis pro mobili. Primò, si accedat rei immobili: Nam si quæ res sunt in ædibus, vnde quis deiectus est, earum rerum nomine interdictum competit. vt dicit text.in d.l.j.§.illud.& §.sequenti. Secundò, pro fructibus fundi, quia quale quale sit quod solo cohæreat, in quo facta est turbatio, habet locum interdictum. vt dicit tex.in d.l.j.§.planè.facit l.si aliena.§.hoc iure.ff.de vsucap.& l.longi. ff.de diuers.& tempo.præscript. Tertiò, si petantur vt vniuersum, vt omnia defuncti mobilia. vt arresto Parisiensi decisum refert Imbert.lib.j.institutio.suarum.§.nec verò otiosum.in glo.j.

Vtrobi interdictū confusum cū cæteris.

Possessorium uti posid.qū pro mobili detur.

§. XCII.

CELVY, auquel deuoir annuel ha esté payé, en est & demeure possesseur contre celuy qui aura fait le payement, iusques à ce que contradiction en est faite de faire ledit payement: pour laquelle contradiction il peult dedens vn an apres intenter complainte en matiere de nouuelleté, & autre remede possessoire, non obstant la cessation du payement par an, ou autre temps moindre que de trente ans, precedant ladite denegation.

VANTVM ad solaria, in dubium fuit: quia debentur ratione soli, & eodem iure censentur, vt accessoria. l.si conuenerit.ij.§.si nuda.ff.de pigno.act.materiam hanc expedit longo sermone Ioan.Fab.in.§.retinendæ. nume.19. de interd.& §.præiudiciales.Inst.de actio. & Masuer.in tit.de posseß.versic.item pro rebus & iuribus. Illud verò dubium diu & controuersum fuit quo ad præstationes personales pertinet, quæ non posidentur, nisi impropriјsimè.l.regulariter.ff.de petitio.hæred. aut si quid annuum pendatur, super omnibus bonis debitoris. Sed hodie citra illam disputationem pro his interdictum datur, per c.querelam. de elect.quod in Francia obseruatur in Curijs spiritualibus, & temporalibus, prout dicit idem Fab. in princip. Instit.de interd. contra tamen Doctorum opinionem in l.si certis annis. C.de pact.& in l.cùm de in rem verso. C.de vsur. Ad id autem quod statuentes possessionem creditoris turbari tantùm dicunt, si census denegetur, non autem si solui cessetur. Et ideo anni computationem à tempore contradictionis, non à cessatione. Adijciendum puto, non deesse qui tenent, multum referre quo modo leuetur census, aut pensio. nam si agraria est, leuari in eo territorio debet quo ager situs est.l.forma censuali.§.si verò quis agrum.ff.de censib. si uerò est personalis, aut sine loci designatione, tunc peti debet: & si non petatur, denegata dici non debet, sed nec sim-

Censualis possessio quomodo turbetur.

plici cessatione, quam forte debitoris inopia induxit, possessio creditoris turbata dici debet.l.solo.C.de libe.caus.l.veteres. & l.apparet.ff.de iti.actuq; priua. Quòd si quatuor concurrant, primò, quòd certo loco solui debeat. Secundò, quòd certo die. Tertiò, quòd præcesserit generalis admonitio. Quartò, quòd creditor, aut nuncius loco & die præsto sint ad eam pensionem leuandam, tunc cùm ea pro interpellatione habeantur, non dubito quin cessatione & mora coloni, domini possessio offendatur.l.mora. in princip.ff.de vsur.& eo casu annus ab ea cessatione esset computandus. Interpellatio enim sufficiens est per denunciationem factam loco & tempore assuetis. Item & diei lapsus satis interpellat.l.si fundus.ff.de verbor.oblig. & id est quod Fab. dicere voluit, & Gui.papæ quest.ccccclij.nume.3. Quòd cessatio inducit uim turbatiuam, denegatio expulsiuam.

§. XCIII.

ET SI ladite cessation concerne droit de mere faculte, ladite complainte, & autres remedes possessoires se peult former dedens lan de ladite contradiction formelle, non obstant la cessation faite au parauant, quelque laps de temps que ce soit.

SVPERIORE §.cessatio solutionis triginta annis limitata est, cùm eo tempore præscribatur ius id exigenti contra creditorem, vt supra, §.xxij. & ideo pro re præscripta interdictum dandum fuit. Tamen cùm quædam debeantur & exigantur, quæ præscribi non possunt, nisi à tempore contradictionis, quantocunque tempore cessatum sit, vt supra §§.xxv.xxix.& xxxj. Apposite statuentes hoc §.contra cessantem etiam post triginta annos, interdictum proferri posse, subinduxerunt, vbi de iuribus meræ facultatis quæritur, quæ nullo tempore præscribuntur, nisi à contradictione.l.viam publicam.cum gl.ff.de via publ.itinereq; publ.ref.& de his suprà plura diximus.

Possessorium interd.proinre competit etiã post triginta annos.

§. XCIIII.

LA POSSESSION des choses vendues, cedees, ou transportees, est continuee aux acquereurs & cessionaires, apres quilz ont apprehendé la possession desdites choses. Et quant es droitz incorporelz, lesdites acquisitions suffisent à la continuation de ladite possession.

POSSESSIO (inquit Iabolenus) nisi naturaliter comprehensa sit, ad nos non pertinet.l.cùm hæredes. in princ.ff.de acquir.possess. Quòd si ad hæreditatis aditionem ea verba pertinere quis dicat, Vlpiani responso res expeditur, in l.Pomponius.§.quæsitum. in fi.illo titu.subtilius est (inquit) quod in emptore est, & in hærede id quoque probari.& alibi in genere, possessionem enim animo retinere possumus, adipisci autem non possumus, dicit text.in l.qui vniuersas.

§.quod

§.quod per colonum.illo titu. Quod adeo verum est, vt sine hac apprehensione dominium quæri non dicatur, nedum possesio etiam vniuersalium.l.qui tibi hæreditatem vendidit.C. de hæred.vel act.vend. & l.qui tibi.ff.de his qui à non domi.manu.Bald.in l.fina.§.præterea. per illum text.C.de iure dot. & in l.traditionibus.C.de pact. Quòd si dominium transferri potest aliquibus casibus siue traditione, qui exprimuntur per Accurs.in gl.l.si ager.ff.de rei vend.tamen nunquam possessio transfertur.l.cùm duobus.§.idem respondit.ff.pro soc. & l.commissa.ff.de publica. Bald. in l.licet.C.de acquir.possess. & in l.j.C.de rer.permu. Hodie in iuris scripti regionibus venditor aut cedens constituit se nomine emptoris posidere titulo precarij: qua clausula constituti traditioni æquipollet, & ex ea plenè transferuntur possesio & dominium. vt tenet Bald.in l.j.in ij.quæst.C.quando lice.ab emp.discedere. & in l.quædam.C.de rei vendicat. Angel.& alij in l.quamuis.§.si conductor.& in l.quod meo. in princ.ff.de acq.posses.& ideo illa clausula limitat l.quotiens.C.de rei vend. & l.siue.§.si duobus.ff.de publica. vt dicit Bald.in rubr.C.de contrahen.empt.in vj.quæst. & Gui.Papæ, quæst.ccxij. Nec dubium est quin illa clausula satis efficax sit, ad possesionem naturalem & ciuilem acquirendam, sola nuda detentione constituenti residua, qualis apud colonum esse solet. l.quædam mulier.ff.de rei vendi. & d.l.quod meo. nec res facta aut simulata dici potest, imo verissima & propria possesio inde quæritur.l.certè.§.j.ff.de preca. ibi, propriè & cætera.& d.l.quod meo.in princ. Ideo esset commodum Burbonijs hac vti, quæ est expeditior facto apprehensionis, quod probationem exigit, si certandum sit. Illa verò absoluto iure eodem instrumento perficitur, contra constituentem, tam in causa rerum corporalium, quàm cæterarum omnium quorum commercium nobis datum est. Hanc Zasius multum commendat, & frequenti vsui dicit esse in Italia & Germania.l.posideri. §.incertum. ff.de acquirend.possess.

Traditio quãtum sit necessaria.

Constituti clausula effectus.

§. XCV.

QVANT aucun ha iouy daucun heritage, par la plus grãd partie de dix annees prochaines & precedentes le proces en matiere de simple saisine, il luy loist conclure en ladite matiere, contre celuy qui auroit iouy de la chose dont il seroit question pour la moindre partie desdits dix ans, à fin quil soit maintenu, & gardé en possession & saisine de ladite chose. Et en prouuant, quil en ha iouy pour la grand partie desdits ans, il doit obtenir en ladite matiere en cas de simple saisine.

SIMPLEX saisina, interdictum est possesionis recuperandæ, quæ sine vi à nobis elapsa est: daturq; ei qui veram possesionem habuit. Et quum superius interdictum de nouis dessaisinis (sic enim vocant) annale sit: hoc simplex decennale est, vt dicit Masuer.in tit.de possessorio. versic.item & super interdicto recuperandæ. Nam decennio elapso petitorium tantùm superest. Et quandoque simul intentatur.prius tamen de possesione tractandum est.c.pastoralis. de caus.poss. & prop

Saisina simplex ĩtra decennium datur, & quã do nõ datur.

& propriè. Et aduertendum est, quòd is qui annali interdicto succubuit, admittendus non est,ad hoc interdictum simplex repetendum, imo reiicitur etiam si eius possessio esset speciosior. Timendum enim esset, ne qui autore prætore possidet, & qui obtinuit, à possessione deiiceretur.c.licet.in fin.cum ibi nota.de probatio. Hoc item interdicto simplicis saisinæ, prouisio nulla lite pendente decernitur, vt sequestrationis,aut fiduciariæ possessionis:neutraq; partium aut possessione deiicitur, aut in possessionem mittitur, nisi plenè cognito negotio. Et in eo obtinere debet qui longiorem,& antiquiorem intra decennium possessionem probauit. vt consuluit Phil.Dec. in consil.302.in j.parte.

DES EXECVTIONS.

TITVLVS XIII.

§. XCVI.

AVCVN nest receuable faire proceder par voye dexecution sur les biens dautruy ny par emprisonnement de la personne dautruy sinon quil soit obligé,ou condemné,ou que ce soit pour delict,ou quasi delict,ou pour chose priuilegee.

Executio ante sententiam fieri non debet.



NIMIS properè (inquiunt Imperatores) iudex pignora Marcellæ capi, & distrahi iussit, ante rem iudicatam. l.j.C.de execu.rei iudic. similis est tex.in l.si cùm nulla sententia.ff.de re iudica. Quòd si sententia interuenerit,executio prompta est.l.post rem. ff.de re iudi. Idem de instrumento obligationis vt infrà seq.§.dicturi sumus.item & de executione personali.§.ciiij.Executio autem in personam fit, cùm in carcerem detruditur, siue ob crimen siue ob æs alienum : semperq; iudicis præcepto opus est, & maximè cùm de delicto quæritur.l.neminem.C.de exhib.reis.Ias. in §.superest.numer.68. Et sequen.Institut.de actio.enumerat quosdam casus, quibus delinquens à priuato capi sine mandato potest. Et ibidem numer.72.& alijs seq.dat alios casus,quibus debitorem suum creditor suo iure, & iudice non autore potest prehendere. Casus autem qui hoc statuto quasi maleficio imputantur, non ad corporis captionem tantùm, sed ad bonorum propria autoritate occupationem pertinent. Caupo enim, non suam tantùm aut suorum,sed etiam viatorum culpam præstare tenetur.l.j.§.fi.in fi.& l.ij.& iij.ff.nautæ caup.stab. veruntamen si quid in eius caupona per aliquem ex suis, aut ex viatoribus contigerit, nullum est eius maleficium, & ideo cùm in eum neque ex maleficio,neque ex contractu sit constituta actio,& aliquatenus culpæ reus est, quòd opera malorum vsus sit,aut admisit viatorem vitiosum,ideo quasi ex maleficio teneri videtur, vt dicit text.in §.penult.Instit.de oblig.quæ ex quasi del.nasc. In noxalibus autem serui nostri prehendi possunt,nec eorum factum necessariò præstituri sumus : sed licet nobis horum qui deliquerunt deditione euitare litis æstimationem. l.j.ff.de noxa.act.nisi tamen nobis scientibus id commissum sit.l.si seruus sciente domino.ff.illo tit. Item licet animal alienum pauperiem nobis inducens propria autoritate, ex lege duodecim tabul.occupare : hæc lex denuò voluit, aut dari id quod

Quãdo quis teneatur ex quasi delicto.

vocant,

nocuit, id est animal quod noxiam commisit, aut noxiæ æstimationem offerri. Noxia autem ipsum delictum est. verba sunt iurisconsulti in l.j.in princ. ff.si quadru.paup. fecis.dicat.

PRIVILEGEE.

PRIVILEGIO vtitur creditor, si pecunias, vel alias res deposuit: has enim reddere modis omnibus compellendus est, qui accepit. l.si quis vel pecunias. C.deposi. Item & certi iuris est, ea quæ voluntate dominorum in fundum conductum illata, aut in prædium vrbanum ignorantibus his inuecta sunt, pignoris iure pro mercede teneri.l.certi iuris.C.loca.& Leo iure. ff.in quib.caus.pig.tacitè contrah. & sine obligationis instrumento pignorantur, vt infrà §.cxvij. Occurrunt autem plura ex re aut principis, aut domi ni iusticiarij, quæ priuilegio suo coërtionem præcisam ferunt, etiam contra non obligatos aut damnatos, quæ hic non refero.

§. XCVII.

SENTENCES & condemnations des Iuges lais, & obligations faites souz seel autentiq par deuant notaires lais, cedules recongnues, ou prouuees par deuant Iuges lais, emportent garnison de main, qui se peult faire par les sergens, non obstant opposition, ou appellation, en ensuiuant lordonnance du Roy Charles septieme. Toutefois si icelles sentences, obligations ou cedules recongnues sont conditionelles, & que la condition ou autre chose y apposee requiere congnoissance de cause, est à la discretion du Iuge, de ordonner de ladite garnison.

HI QVI fatebuntur (inquit diuus Pius ad Cassinum) se debere, aut ex re iudicata necesse habebunt reddere, si non reddiderint, pignora capi possunt: & si intra duos menses non soluerint, venundantur. l.debitoribus. ff.de re iudi.text.est pro sententia, confessione, instrumento, & iuramento, in l.post rem. ff.illo tit. & ibi Bart.Paul. & Alex. Iure autem fieri dicitur confessio coram notario facta, qui iudex est chartularius. vt dicit Accurs. in glo.l.j.in princ. ff.de iudi. Et ideo instrumentum à notario conscriptum sententiæ vicem exhibet. vt dicit Guido Pap. quæst.cxvij.numer.2.Bald. in l.si fidem.versic.item nota hanc. C.de fideiusso. Et id genus instrumenta, guarentigionata dicuntur: & eorum causa protinus efficax est, si tribus illa instruantur. Primò, quòd à notario conscripta, expedita, & signata sint. Secundò, quòd testes, & locus non desint. Tertiò, quòd sigillum habeant authenticum, vt per glo.in l.generali. C.de tabul.lib.x.Masuer.in titu.de lit.not.& nota.vers. item ad hoc quòd literæ dicantur. Tamen de iure communi quantumcunque sit authenticum instrumentum, extemporalem executionem non habet. l.minor xxv.annis cui fideicommiss. & ibi Bart.& Bal.ff.de minor.Angel.in l.ait Prætor.§.si iudex. ff.de re iudica. dicit quòd statuta Italiæ, quæ instrumento authentico vim promptæ

Debitoris bona quado capi possunt.

Instrumentum quando executiõe dignum.

executionis adſcripſerunt, iuri communi ſunt contraria. Allegat tantum d.l.minor xxv.annis.Pro eo ſtatuto,in eo quo prouiſionalem ſolutionem diſtinguit,eſt conſtitu. Franc.nouiſsima, artic.lxv.lxvj.lxvij.& lxviij. Et Caro.v 11. cuius hic mentio facta eſt artic.xj.& xij.

NOTAIRES LAIS.

Notarius eccleſiaſticus laicum nihil adſtringit.

SPECIALI ratione ſubnotatum hic eſt, creditorem inſtrumentum ex tempore exequi non poſſe,niſi à notario laico exceptum ſit,& laico ſigillo obſignatum. Aliud autem authenticum non eſt. Nam eccleſiaſtici tabelliones in Francia inſtrumenta inter laicos etiam volentes excipere nullo modo poſſunt: neque ex his quæ confecta ſunt,ius pignoris,aut executionis produci poteſt.vt dicit Maſuer. in tit.de execu. tio.verſic. item virtute literarum.Barto. in conſil.134. Boër.quæſt.ccxcv. numer.14. parte ij.

CEDVLES.

Cedulā confeſſam exequi licet.

CEDVLAM chirographariam & priuatam, vſum noſtrum ſequendo, ſi in iudicio ſiue competenti,ſiue extraneo ſit debitor confeſſus,hic annumerabimus, quæ habent paratam executionem.d.l.poſt rem.de re iudica. & l.Iulianus. ff.de confeſ.& d. l.debitoribus. Ante confeſsionem autem, vt priuata ſcriptura nihil efficax eſt, niſi teſtibus tribus ſubſcriptis.l.ſcripturas.C.qui potio.in pigno.habe. Tamen vſu noſtro id parum conducit quo ad executionem attinet, quum prius ſigna recognoſci debent, aliàs ſemper res priuata eſt, & nihil omnino magis authentica: imo non fieret præiudicium alijs poſſeſſoribus.vt dicit Boër.in quæſt.ccxcv.numer.14.allegat Bart. Bald.Angel.& Salice.in d.l.ſcripturas.& Bart.conſ.41.num.35.vol.j.

§. XCVIII.

QVI eſt adiourné pour garnir, il aura deux delais, à larbitrage du Iuge: Et ſera receu à garnir argent,ou quittance: & à faulte de garnir argent ou quittance dedens iceux delais, il ſera condemné à payer.

ARGENT OV QVITTANCE.

Satisfacit, qui apochā exhibet.

SOLVTIONIS verbum (inquit Paulus) pertinet ad omnem liberationem quoquomodo factam: magiſq; ad ſubſtantiam obligationis refertur,quàm ad nummorum ſolutionem.l.ſolutionis. ff.de ſolut.ſimilis eſt text. in l.liberationis.& in l.ſolutionis.ff.de verbo.& rer.ſigni.& in l. ſatisfactio.de ſolu. Naturalis enim obligatio, vt pecuniæ numeratione, ita & iuſto pacto tollitur. l.Stichum aut Pamphilum.§.naturalis.ff.illo titu. Item & acceptilatione,etiam ſi nihil numeratum ſit.l.j.ff.de acceptilatio.& l.ſi acceptolatum.illo tit. Item & apocha, ſi tamen nummi numerati ſunt.d.l.ſi acceptolatum.in fi.ideo iuſtiſsimè conſtitutum hic eſt,debitorem æquè ſatisfacere apocha vt & nummis,

§. XCIX.

§. XCIX.

SENTENCE, ou condemnation donnee contre aucun, qui ha prins la cause pour vn autre, est executoire tant du principal, que des despens, tant contre celuy qui est condemné, que celuy pour lequel il ha prins la cause, au choix de celuy qui ha obtenu, en ayant, quant es despens seulement, fait discussion sur les biens meubles du principal condemné.

IOAN. FAB. in §.fi.numer.10.Instit.de satisda.& in l.j.C.vbi in rem act.materiam hanc succinctissimè attigit.Bart.in cons.219. idem & Bald.in l.venditor.de iud.prolixius sequuti sunt. Paucis referam.Putauit enim necessariò optionem actori deferendam esse,quem ad iudicatum implendum conueniat, reum principalem, an verò laudatum autorem, cùm neuter possit recusare. Autor enim qui se liti obtulit,non in alienam sed in suam rem procurator factus est, ideo si condemnatus est,iudicati actionem euitare non potest.l.si se non obtulit.in princip.ff.de re iud. Emptor aut reus principalis,quia possidet,facere non potest, quin possessio ab eo amoueatur, & contra eum valet replicatio sumpta ex verbis text.in l.j.C.vbi in rem acti.frustra (inquit) desideras non tecum congredi, sed cum autore tuo dominium vendicari, cùm te possidere contendas. Summa ratio horum est. Nam si tantum condemnatum conuenire liceat, in iniquum delabimur. passim enim rei autores proletarios & inanes subiicient, in actorum iniuriam, adeo vt condemnati cùm rem præstare non possint quam non habeant, nihilominus habeant vnde rei æstimationem reddant ac restituant,& sic actor inuitus rem suam venderet:quod æquum non est. vt dicit text.in l.non enim.ff.rer.amota. Item & sæpius ob autoris sordes iacturam totius rei subiret. Tamen propius consideranti videretur, nullam optionem actori deferri oportere, sed necessariò alterum ex rei euentu sibi obiici. Ecce, possessor reus factus est, autore laudato & se offerente à lite discessit, si pro actore iudicatum est, rei possessionem ab alio quàm à possessore repetere non potest, etiam ex iudicato.l.qui restituere. ff.de rei vendi. Ideo multum interest an rei vendicatione, an interdicto reali, an personali actum sit. prout dicit Io.Fab.in d.§.fi.item an reus qui primò conuentus est dominij causam afferat,an verò solum ministerium autori præstitit, quia tunc eatenus, quatenus suo facto actoris interest, ex iudicato conuenitur. Idq; facilius sancitum est, constitutione Fran.publicat.anno 1539. art.xx. his verbis. Que les sentences & iugemens donnez contre les garendz, seront executoires contre les garentiz,tout ainsi que contre les condamnez: sauf des despens,dommages & interests,dont la liquidation se fera contre les condamnez seullement. & in his postremis constitutio regia & statutum nostrum non conueniunt. Tamen constitutio maximam æquitatem continet. nam in iudicijs quasi contrahitur. l.iij.§.idem scribit. ff.de pecul. & ideo expensæ litis cum litigatore nostro factæ tertium nihil attingunt. l.sæpe.ff.de re iudic. Item omnis Doctorum schola, quæ actori electionem dedit in exequendo iudicato, expensarum causam omisit. tamen Boër.in decis.lxxv.in prima parte,tenet pro statuto nostro: Isq; amplius asserit, etiam si autor condemnatus sol-

Autorē aut reum, & horum quē uolet actor, cōpellet, si obtinuit.

uendo sit, posse tamen sine discussione recta principalem reum ad expensarum solutionem cogi.idq; dicit consuluisse, & sciuisse iudicatum. facit pro eo c.accessorium. de reg.iur.lib.vj.& l.principalis.illo titu.ff.Aufre.in styl.parla.in tit.de dilat.quæ datur pro guaren.§.item si suscepta. in glo.in versi.intelligendum est.Ibi,ille qui vocatus est pro guarendo soluendo non est,& cætera.Et amplissimè & eleganter Imbert. in lib.j.Institut.§.reus verò. cum gloss.ij.requirunt contra Boër.autoris facultates his impendijs non suppetere,antequàm reus his posit impeti.

§. C.

EN EXECVTION de sentences passees en force de chose iugee, le condamné nest receu à opposition sinon que la sentence feut sur annee, auquel cas loppostion doit estre renuoyee par deuant le Iuge qui ha donné ladite sentence.

Prætorũ edicta annalia. PRAETORES olim ius dicere solebant ex edictis annalibus,vt & ipsi erant annales: nec (vt inquit Cicero in prætura vrbana) in eum annum Prætor progredi poterat, quo alius Prætor futurus esset. Sed Cornelius Sylla multis inuitis legem tulit,vt ex edictis suis perpetuis ius dicerent.Et ea fuit æqua lex,cùm antea iuris dicendi ratio prætoribus erat arbitraria, & pro eorum libidine subinde mutabilis. Hodie autem licet ius sententiæ sit perpetuum,& actio iudicati duret triginta annos,l.miles.§.fi.ff.de re iudic.& l.sicut.de præscrip.xxx.vel xl.anno.C.tamen ius exequendi iudicatum anno perit.vt dicit Bart.in l.j.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& æstiua. & not.in c.quærenti.de offic. delegat. Quòd si post annum executione vexetur condemnatus, prouocare potest; si verò renouato mandato iudicis id fiat, debet omnino differri eius intercessione, quod antea & intra annum liberè compleri poterat.

§. CI.

LES Seigneurs iusticiers peuuent faire proceder par execution sur les biens de leurs subietz, apres ce quilz se sont declairez detenteurs des heritages tenuz deux à cens ou autre deuoir portant droit de directe seigneurie, pour auoir payement des arrerages de dix annees desdits cens, & autres deuoirs portans directe, quand ilz sont obligez ou declairez heritiers desdits obligez, & ce sans commission.Et quant es autres Seigneurs non ayant iustice, ilz pourront faire le semblable, en ayant pouuoir ou commission suffisans. Et en tous lesdits cas ny aura garnison de main, ny action darrerages que de dix ans.

NEQVE

EQVE sacrarum (inquit Imperator) vel priuatarum largitionum palatina officia, ex quacunque causa, vel ex quocunque titulo, fiscalis debiti, cùm ad prouinciam mittuntur, possessores per se audeant conuenire: siue id ex præterito reliquum trahatur, siue præsentis temporis tributa solui conueniat: sed rectores prouinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumq; officijs incumbant & cætera. l. ij. de cano. largir. tit. libr. x. C. vbi propria autoritas defenditur. Imo & punitur eadem lege. ibi, propria autoritate, vsque ad finem. Idq; bona ratione princeps detestatus est, cùm vi potius quàm iure fiat quod priuato iure fit. Vis enim est (inquit Callistratus) & tunc quotiens quis id quod deberi putat, non per iudicem reposcit. non puto autem nec verecundiæ nec dignitati conuenire, quicquam non iure facere. & paulò antè, Creditores (inquit) si aduersus debitores suos agant, per iudicem id quod deberi sibi putant, reposcere debent: alioquin si in rem debitoris sui intrauerint nullo concedente, diuus Marcus decreuit, ius crediti eos non habere. l. penult. ff. ad leg. Iul. de vi priua. text. est similis in l. extat. ff. quod vi motusq; causa. & licet Barto. & Bald. in l. est differentia. per illum text. ff. ex quib. caus. pig. vel hypothe. tac. contrahi. teneant domino licere suo iure, & nullo autorante iudice pensionem & debita posse ab subditis exigere: vsus tamen & rerum euentus docuit, ex re publica magis esse, vt legem ciuilem, eo quo lata est modo, & longo spatio temporis obseruata sequamur. Plurium enim impotentia eò ventum est, vt sub huius statuti prætextu humiliores & tenuiores homines nihil non patiantur etiam iniquissima, cùm res manu domini vel regia potius sic expeditur. Quod nemo non videt diutius fuisse dissimulatum, non sine Præsidis prouinciæ magna culpa, ad cuius religionem ea res pertinet. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsid. Quæ omnia in humiliorum necem exierunt ad horridam & extremam pauperiem. nec enim statuto debuit in hos dominorum audacia incitari, sed reprimi potius: quia vt dicit Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. sunt quidam domini terrarum tyrannelli, qui suorum sanguinem emungunt, vt vix eis spiritum precarium dimittant. vt refert Barbat. in c. Rainaldus. ibi, tricesimoquarto non habet locum. in fi. de testa. Ad rem venio. Quia id verbum, Subietz, in text. statuti, iurisditionem infert. vt not. Io. Fab. in l. etiam. nume. 4. C. de testib. & in l. vna. C. de offic. comi. sac. palat. C. si quacun. prædi. potest. & in l. omnes. de appellat. & etiam in text. id satis est expressum. ibi, les Seigneurs iusticiers: notabimus id non licere in colonum extraneum, etiam si fundus censualis in agro & iurisdictione domini directi situs sit. nam tunc aliter quàm iudice concedente pensio captis pignoribus exigi non potest. l. ordinata. ff. de liberal. caus. nec audietur autoritas domini. l. qui iurisditioni. ff. de iurisd. omn. iudic. & toto tit. C. ne quis in sua cau. iudi. quòd si aliter factum sit, dominus tenetur. l. litibus. de agrico. & censi. lib. xj. C. & l. fin. C. quib. ad liber. procla. non lic. Et incurrit pœnam. l. si quando. C. vnde vi. In cæteris autem statutum hoc iuri communi accedit, & maximè in eo quòd postquam colonus declarauit se possidere, ad solutionem pensionis cogi potest captis fundi fructibus. Domini enim prædiorum (inquit Valenti. impera.) id quod terra præstat accipiant. l. domini. de agrico. & cens. lib. xj.

Autoritas propria semper defenditur.

Dominus eo prætextu, quod iure suo, sibi debitum reposcit subditos opprimit.

Subditi dicuntur ratione iurisditionis.

Dominus directus non in fiduciarium suo iure nihil aget.

§. CII.

LE SEIGNEVR iusticier peult faire proceder par execu-

tion, par ſon ſergent ſans commiſsion, ſur ſes ſubietz, pour auoir payement de ſes exploits, defaults, & amendes de ſa court, verifiez, & ſignez de ſon greffier.



VM QVIDAM ab huiuſmodi executione prouocaſſet, concluſiſſetq́; Molinis, quo curia temporalis Pariſienſis conuenerat, arreſto poſt contentionem dato, ſtatutum hoc probatum fuit, appellante mulctato. 12. Octob. 1540. horis pomeridianis. Non omittendum verò, quòd domini huius prouinciæ executorem habent qui operarum indicendarum, & hominum cogendorum, & diuexandorum curam habet. cuius periculum dominorum eſt ſine excuſatione. l. j. de executo. & exacto. lib. xij. C. ibi, & ſuo periculo rem peragant.

Burbonii iuſticiarii dominis executoris ſuũ periculũ ſubeunt.

§. CIII.

CELVY qui ha recongnu aucun heritage, eſt tenu continuer payer le cens & charges: & peult lon proceder contre luy par execution, poſe quil die non eſtre tenancier, iuſques à ce quil nomme celuy auquel il ha tranſporté: Et en nommant celuy à qui il ha tranſporté, les biens ſur luy prins par execution luy ſeront recreus, & rendus ſans frais: & ſil fait faulſe nomination, il ſera condemné en lamende, & es deſpens dommages & intereſts.



RRESTO ibidem dato eodem anno, die 5. Octobris, additum fuit huic ſtatuto, vt ſcilicet reus non tantùm detentorem nominare, ſed in ius vocare teneatur. Quod & ſi ab his prouincialibus non obſeruetur, tamen iure communi id fieri neceſſe eſt, vt qui ſe alterius nomine dicit poſsidere, & non ſuo, debet non tantùm nominare, ſed & curare, vt is cuius nomine poſsidet litem pro eo ſuſcipiat: aliàs reus detentor non liberatur. & id apertè loquitur text. in l. ij. C. vbi. in rem actio.

Colonus detentor dominum ſuũ tenetur vocare.

§. CIIII.

VN DEBTEVR obligé par prinſe de corps, & de biens, peult eſtre prins & arreſté priſonnier à la requeſte de ſon creancier, ſans ce que ledit creancier ſoit tenu prealablement faire diſcuſsion ſur les biens meubles ou immeubles dudit debteur obligé: mais en fourniſſant de gages exploitables, le debteur ſera mis hors de priſon. Et ſi ledit debteur eſt obligé par prinſe de corps & de biens, & autres compulſions, auec clauſe quune execution nempeſche lautre: le creancier peult faire conſtituer le debteur

priſon

prisonnier, & neantmoins proceder à prinse de biens. Et audit cas, ne pourra le debteur estre mis hors de prison, quil ne consigne realement & de fait en deniers, la debte dont il est obligé. Et en ce faisant, sera mis hors de prison, & luy seront les biens rendus.

MITIVS est statutum quàm iuris communis dispositio, quo etiamsi debitor simpliciter nexus sit, vtroque remedio creditor liberè vti potest: & ita arresto sæpius sancitum est. nam post acceptum pignus, creditori vt satisfiat, iudex aditus prouidere debet. verba sunt text. in l. qui legati. C. vt in poss. legato. Bald. ibidem. & in authen. quæ supplicatio. C. de preci. Imperat. offer. & in l. fi. versic. sed si cùm scio. ff. si certum peta. & Ias. in consil. 9. j. vol. num. 1. resoluunt quòd etiamsi creditor pignoribus captis debitorem teneat, nihilominus eum prehendi, & personaliter detineri curare potest, & econtrà. c. fi. de eo qui mittit. in poss. rei seruan. caus. lib. vj. & expressius Barto. in l. consentaneum. in vlt. col. C. quomo. & quan. iud. Statutum nihil expressit apud quem deponi debeat res debita, constitutio autem regia Caro. VII. artic. ij. depositarium creditorem fecit. Quòd si alius à debitore electus est, creditori petenti dari debet. Est & alia Franc. nouissima art. lxviij. & facit l. Licinius. §. fi. ff. de lega. ij. *Executio personalis & realis de iure communi tolerantur.*

§. CV.

QVI est obligé à prinse de corps & de biens, auec clause quil ne soit receu à rien dire sans consigner la debte, ledit debteur ne sera admis ny receu à aucune chose dire, sil ne consigne reaulment & de fait ladite debte, ou biens exploitables iusques à la concurrence dicelle. Si nest quil iustifie & fasse promptement apparoir par quittance vallable, ou tesmoins sur le champ, des payemens de ladite debte: ou que par linspection de lobligé apparut, ladite debte estre prescripte, ou que diceux payemens ledit debteur en voulust ester au serment dudit creancier.

IVRE communi ex simplici instrumento & sine clausula hac statutaria, creditor idem obtinet: ad instar hæredis scripti, qui ex testamento specioso & non suspecto, mittendus est in possessionem contra colluctantes. l. iij. C. de edict. di. Adri. toll. Ita creditorem si instrumentum debiti fidele & iuratum habeat, debitor suis quibuscunque exceptionibus morabitur. vt dicit Barto. in l. à diuo Pio. §. condemnatum. ff. de re iudica. idq; curia suprema semper probauit, & certè bono iure: cùm æquum sit, vt lite pendente creditor cum datione fideiussoris, sui debiti possessionem nanciscatur ex instrumento suo authentico & non vitioso. l. Licinius. §. fi. ff. de lega. ij. Huicq; tandiu standum est, quandiu contra nihil cognitum est. l. cùm precibus. *Consignatio debet fieri in manibus creditoris.*

Consignatio exceptiõe nõ liquida non differtur.

precibus.C.de probatio.Ias.in consil.85.numer.1.vol.j.falsi exceptionem repellendam, aut nihil attendi tenuit,per l.ij.iuncta glo.C.de fals. Idem & numer.ij.ibidem, simulationis obiectum non admitti,per l.Lucius. ff.depos.facit quod not.Bald. in rubric. C.depos. Nec item solutionis, aut alias exceptiones, nisi promptam habeant cognitionem : vt per scripturam, aut iusiurandum : aut nisi se ipsas satis demonstrent, vt præscriptionis, vt in textu statuti : Eæ enim admittuntur creditoremq; differunt, vt decidit Bart.in l.fi.C.si ex fals.instru. Quòd autem hic iurisiurandi dilatio obsignationem differat,limitandum est verum esse tantùm,cùm aut creditor præsens est,aut triduo adesse potest : quòd si longè absit, repellenda est cum superioribus : idq; curiam iudicio suo probasse,& satis cognitum est,& nos didicimus.

Consignatio quando iurisiur. delatione differatur.

§. CVI.

LE CREANCIER, ou son heritier,pour le payement de ce en quoy on luy est tenu, par obligation ou condemnation, ou il ny ha terme certain de payer, commandement & sommation prealablement faite par le sergent à son debteur, & perquisition faite de biens meubles sur le debteur par le sergent, de laquelle ledit sergent sera creu par son rapport, peult au refus ou delay fait par ledit debteur de payer promptement, faire commencer son execution,& arrest sur les immeubles de son debteur, ou son heritier, declaration premier faite quil soit heritier. Mais si lexecuté ou celuy sur lequel se font criees,soit principal debteur obligé,ou tiers possesseur, fournit biens meubles vallans la somme pour laquelle il est obligé, & soppose à ladite execution, ne seront plus saisis les immeubles & surserront lesdites criees.

Executionis ordo de iure communi.

CREDITORIBVS hodie Franc.primi constitutione anno 1539. articu. lxxiiij. liberius agere licet, & à pignoribus soli initium facere, contra iuris ordinem,quo res mobiles primùm,& animalia capi iubentur,moxq; distrahi: quorum pretium si suffecerit,bene est:si non suffecerit,res soli capi pignori & distrahi possunt. Quòd si nulla mobilia sint, aut mouentia, tunc à pignoribus soli initium faciendum est. verba sunt Vlpi.in l.à diuo Pio.§.in venditione. ff.de re iudica. vbi Barto.not.quòd nuncio creditur referenti nulla mobilia repetisse. Item & eadem constitutione artic.lxxij. hæredis interrogatio & assertio nihil necessariæ sunt,sed rectà hæres cogi potest, creditoris periculo, præterquam cùm de executione personali agitur,nam hæres à defuncto bona accepit,personam autem non accepit:& ideo vltra bona obligari non potest,vt not.Barto.& Ias.in l.si decesserit.ff.qui satisd.cogan. & Masuer.in titu.de executione.versic.& similiter.in princip.Obligatio enim personalis à defuncto in hæredem continuatur.§.hæres. Institu.de obligat.quæ ex quas. contr. Et ideo dubium non est quin eius bona, vt obligata, pignori capi possint, vt est text.

Hæres debitoris an rectà cogi possit.

est text.in l.Paulus.ff.de pigno. Et in his defunctus & hæres censentur eadem persona. vt dicit Cyn.in l.successoris. C.de pact. Adeundo enim hæreditatem, obligatur hæres ex quasi contractu.l.apud Iulianum.§.fina. cum l.sequen.§.fin.ff.ex quib.caus. in poss.eat. Et licet illa constitutio iure potuit sustineri,displicuit tamen,durumq; infinitis exemplis visum est, creditoris arbitrio etiam nihil adstrictum aut nullo modo hæredem temere diuexari: neq; satis æquum,huic,quod sua interest pro alio pignora sua ablata esse,ea constitutione promitti contra falsum creditorem: cùm multò sit vtilius damnum non accipere,quàm accepti nomine postea agere.arg.l.si cùm legetur.§.si Titio.ff.de legat.j. & l.si stipulatus esses. ff.de fideiussor. ibi,interest eius.ideo nouissima constitutione Henr.reg.nostri superior Franc.abrogata est, resq; ad ius commune omnino reuocata est.

§. CVII.

QVAND vn creancier, pour estre payé de son deu, fait proceder par voye darrest sur le debteur de son debteur: en ce cas,est tenu de declairer par serment sil en est requis, ce quil doit audit debteur,en iustifiant par celuy qui fait ledit arrest de son deu par condemnation,obligation,ou cedule recongnue: pour lequel serment faire, ledit debteur ne peult estre distrait hors sa iurisdiction: mais sil est trouué en autre iurisdiction, il est tenu faire ladite declaration par serment,sans estre renuoyé quant à ladite declaration: mais icelle faite,en tant que touche la consignation ou payement, il sera renuoyé pardeuant son Iuge. Et quand ledit adiourné à fin de declairer, iure ne deuoir aucune chose, celuy qui ha fait faire ledit adiournement & arrest est tenu es despens: Et sil afferme deuoir, & que le principal debteur soit absent, ou contredisant, le creancier payera les despens du declairant, sauf à les recouurer sur le principal debteur.

HORVM fuit quædam tertia bonorum species, nec ea mobilium appellatione contineri iura volunt.l.Caius Seius. in princip.ff.de legat.ij. & ab his auspicari olim non licuit, sed tantùm cùm ea quæ soli erant non sufficerent, vel nulla essent pignora soli.l.à diuo Pio.§.in venditione. iuncta gloss.in verb, ad iura.ff.de re iudica. & l.ij. & l.non plus. C.quan.fisc.vel priuat. Tamen creditori suum repetenti adesse & suffragari æquum fuit: adeo vt etiam debitori creditoris sui iudicem recusare non liceat, in his in quibus executionis fundamentum aperiri potest:idq; iure communi & prætorio licuit. Voluit enim Prætor (inquit, Vlpia.) astringere eum qui conuenitur ex sua in iudicio responsione, vt vel confitendo, vel mentiendo sese oneret.l.voluit,ff.de interrog.actio. Nec refert coram quo iudice id fiat, *Creditori suum repetenti fauendum est.*

siue suo, siue non suo: satis enim est coram iudice fieri: quia si aliter factum est, confitens nihil astringitur. vt in glos. in l. quoniam. ff. de his qui not. infa. & in glos. in verbo apud iudices. in l. j. ff. de interrog. actio. Barto. in l. mulier. ff. de leg. commisso. dicit protestationem creditoris nihil operari, sed tantùm iudicis inhibitionem ne soluat. Hodie autem iudicis mandato creditum pignori assumitur, & illa pignoratio inhibitionem fert. Nota item quòd si vltra confessionem debiti procedatur, ad ordinarium iudicem rei negotium reuocari oportet: bonaq; ratione statutum id expressit, cùm periculum debitoris esset rem discutere coram extraneo iudice, & magis videretur debitor colludere, quàm veri debitoris vices prosequi: quo casu non liberaretur. vt tenet Ias. consil. 26. volum. iij. Creditori enim suo officium fidei eatenus præstare debet, vt multa patiatur antequam soluat, vt res ipsa gesta testimonium fidelitatis ferat. vt dicit Bald. in l. falsus. C. de furt. facit l. nepos Proculo. ff. de verb. & rer. signific. & l. hoc demum. ff. de ope. libert. Debitoris enim mei debitor, non est debitor meus. vt dicit idem Bald. in c. cæterum. in penul. colum. de iudic. Et id mouit statuentes expensas adiudicandi debitori confitenti cuius creditor abest. vide Guid. Pap. sing. 1313. versic. ij.

Debitor debitoris primo isultu nō debet soluere.

§. CVIII.

ET DOIVENT lesdits arrests faits estre notifiez audit debteur contre lequel ilz sont faits, en personne ou domicile, dedens vn moys pour le plus. Et à faulte de ladite notification, dedens ledit temps, ledit arrest est nul.

Debitor debitoris uocādus est.

DEBITOR creditoris prosequentis inquirendus est, quo inscio rite nihil fieri potest, vt dicit Ias. consil. 8. volu. j. glo. in l. item illa. in princip. in verb. non venit. ff. de constit. pecu. Quòd si creditum potest pignorari eo non vocato, solui tamen non potest. l. de vno quoque. ff. de re iudica. nec vt supra dictum est tertij creditoris protestatio impedire potest, quin debitor suo creditori soluat, sed tantùm si iudex inhibuit. vt per Bart. in d. l. si mulier. ff. de lege commisso.

§. CIX.

ET SI le principal debteur est adiourné à certain iour par deuant vn Iuge de Bourbonnois, pour voir vuider les mains de son debteur, & au iour asigné y ha default contre le debteur principal: ledit default emporte finalité & gaing de cause, en faisant apparoir par le creancier de son debte par obligation, condemnation, ou cedule recongnue ou prouuee comme dit est. Et est le debteur dudit debteur, sil est de la iurisdiction de Bourbonnois, contraint de payer ou fournir de gages iusques à la somme quil

aura

aura declairee,& à la concurrence du deu audit creancier, dedens le temps qui luy ſera prefix par le Iuge, ayant regard à la nature & qualité de ladite debte, & qualité des parties. Et aura ledit debteur quitance aux deſpens dudit creancier par la Court, & executoire decerné contre ledit debteur, pour recouurer lobligation,& à ce le contraindre par prinſe de corps & de biens.

DEDENS LE TEMPS.

CVM HAE dilationes ex iudicis arbitrio pendeant, vt per gloſ.in l.debitoribus.in verb.pro facultate.ff.de re iudica. Illum æſtimare oportet, cui,& à quo,& quantum debeatur,& ex his differre aut maturare ſolutionem,prout viderit eius religio. vt dicit Papi.in l.quæſitum. ff.de teſti. & text.in l.cæteræ itaque. ff.famil.ereiſ. Iniquum autem videbitur, ſi grandem pecuniam opulento creditori debitorem tenuem vt ſoluat præſenti iudicio cogi velis: aut econtra, ſi modicam proletario & inopi creditori opulentus debitor differre velit. Et pro hoc ſtatuto faciunt verba diui Pij in d.l.debitoribus. His (inquit) qui tibi fatebuntur ſe debere, tempus ad ſoluendum detur, quod ſufficere pro cuiuſque facultate videbitur, eorumq; qui intra diem non reddiderint pignora capiantur. ſuprà diximus,§.xcvij. in princip. *Dilationes quæ ad ſoluendũ dentur.*

AVRA QVITTANCE.

DEBITOR ſoluens alij quàm creditori ſuo, iudicis autoritate pleniſsimam conſequitur liberationem. glo.in l.ait Prætor. §.permittitur. & ibidem text. ff.de mino. & l.creditori.ff.de ſolutio.& l.Paulo Callimacho.§.fi.ff.de lega.iij.& l.liberto. §.Lucius.ff.de auro & arg.legat. Aliàs autem non liberatur. l.ad ſolutionem. C.de re iudica. Et ibi Fab.limitat,niſi compulſus ſoluerit.per l.ex cauſa iudicati. ff. de appella. Quòd ſi colluſerit,nullo modo liberatur.vt ſuprà diximus,§.cvij. *Debitor, debitoris ſui creditori ſol uẽs liberat.*

§. CX.

ET SONT les deſpens de la premiere aſsignation dudit debteur du debteur principal condemné, pour affermer, prins ſur le creancier:ſauf à les recouurer.Et ſi ledit debteur du debteur principal adiourné pour affermer ce quil doit, fait default au premier iour,il ſera par vertu diceluy, condemné es deſpens: & readiourné à telles peines que le Iuge ordonnera.

DEBITOR debitoris contumax mulctabitur expenſa, donec aut confitendo aut aliàs ſe onerauerit. Aliàs autem vbi eius debitum à iudice pignoratum eſt,& eius ſolutio inhibita, iniquum erit eum etiam contumacem vllo modo multari, niſi ſciat eo die, quo eum ſiſtere oportuit, creditorem ſuum affuturum, *Contumacia eius, cuius præſentia nõ releuaret nõ multanda.*

nec suo damno quid agi debet, cùm ipse etiam præsens recusare posit, donec creditori suo denunciatum est: Idq; debitoris conuenti maximè interest, ne amplius compelli posit. vt apertè not. Cyn. in l. ij. C. vbi in rem actio. & Barto. in l. prima. ff. de no. oper. nuncia.

§. CXI.

EN EXECVTION de biens meubles, apres que le sergent par vertu de sa commission ha sommé le debteur ou son heritier declairé, parlant à personne ou à son domicile, de payer ce, à quoy il est obligé, condemné, ou tenu par lesdites cedules recongnues, ou prouuees, ledit sergent au refus de ce faire, doit prendre & saisir des meubles du debteur, ou son heritier declairé: & ladite prinse faite, asigner iour à la quinzeine, à conter du iour de ladite prinse, si elle nest feriee: & si elle est feriee, elle se continue au prochain iour non ferié ensuyuant, pour voir proceder à la vente & estrousse desdits biens, par deuant le Iuge en la iurisdiction duquel lesdits biens ont esté prins: lequel Iuge, ou son lieutenant, & non lesdits sergens, procede à la vente & estrousse dedits biens, presens ou deffaillans lesdits debteurs ou leurs heritiers à la quinzeine, ou à lasise ensuyuant, au choix du creancier: autrement les executions sont nulles: & sont les biens prins par execution renduz par ordonnance du Iuge, sinon quil fust autrement conuenu & accordé par les parties.

ARRESTO Curiæ Paris. Molinis, anno 1540. die 5. Octobris statutum hoc fuit declaratum. Nam cùm quidam debitor diffugio suo, iudicis item dissimulatione & actuarij dolo hos dies statutarios, & creditoris diligentiam elusisset, effecissetq; huius statuti exceptione, vt secundum id iudex creditorem repulisset ab auctione, tandem prouocatione sua creditor obtinuit. Nihilominus enim ex statuto admittendus est, cui non mora sua sed aduersarij dolo aut iudicis sordibus tempus exijt. argu. l. fi. C. si in caus. iudi. pign. capt. sit.

§. CXII.

ET EST tenu lacheteur desdits meubles payer promptement les sommes, pour lesquelles lesdits gages luy auront este venduz, en luy faisant deliurance, par arrest & emprisonnement de sa personne.

OPORTET



OPORTET (inquit Vlpianus) res captas pignori, præsenti pecunia distrahi, non sic, vt post tempus pecunia soluatur. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudica. Idq; pretium creditori dandum est, aut ex eo quantum illi deberi constat. Quòd si quid superest ex pretio, ei reddatur, cuius pignora vendita erant. verba sunt Callistrati in l. debitoribus. illo ti. & facit l. quamuis. ff. de pigno. act. *Emptor pignorum præsenti pecunia debet soluere.*

§. CXIII.

LE CREANCIER ou son procureur est receu, s'il est plus offrant, ou s'il n'ha autre à metre prys esdits biens meubles, qui seront venduz à sa requeste.



CVM IN causa iudicati (inquit Alex. Imper.) aliqua res pignori capitur, per officium eius, qui ita decreuit, venundari solet, non per eum qui iudicatum fieri postulauit, & si alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non dignum pretium offerente, is cui iudicatus satis non fecit, ad licitationem, secundum constituta, fuerit admissus, cuiuslibet alterius vice ex officio emere debet. l. ij. C. si in caus. iudica. pigno. capt. sit. similis est textus in l. à diuo Pio. §. si pignora quæ capta sunt emptorem non inueniant. ff. de re iudica. vbi vltra resoluitur, quòd si creditori res capta pignori addicatur, non posse eum, quod amplius sibi debetur, petere. *Creditor in auctione pignorum admittitur.*

§. CXIIII.

LE CREANCIER qui ha plusieurs debteurs à luy obligez, vn seul & pour le tout, pour vn mesmes debte, se peult prendre & adresser contre lequel il luy plaira pour toute la somme, sans ce quilz se puissent ayder du benefice de diuision, ou discussion, combien que à icelle il neust expressement renoncé.



IVRE Pandectarum, & Codicis, cùm duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso iure & singulis in solidum debetur, & singuli in solidum debent: ideo petitione, aut acceptilatione huius tota soluitur obligatio. l. cùm duo. ff. de duob. reis. & l. j. C. illo tit. Hoc enim ius erat duorum reorum, vt tacitè vnusquisque eorum in solidum esset obligatus, poteratq; solidum ab alterutro peti. l. in duobus. §. j. ff. illo tit. Hodie tamen iure nouissimo hoc ita probatur, si specialiter pactum sit, vnumquenque teneri in solidum: aliàs ex æquo onus subeundum est. authen. hoc ita. C. & in nouuell. illo tit. vbi alijs casibus expresis diuiditur obligatio. Notandum hic, quòd quotiens notum est pecuniam à duobus in solidum confessam & promissam ad alterum tantum peruenisse, is loco debitoris, alter autem fideiussoris assumendus est. vt notauit Tyraq. in tit. de ret. lign. §. xxxj. glo. vna. num. 8. Hodie tamen, si vterque renunciauit beneficio cedendarum actionum, item & ordini discussionis, potest creditor quem volet conuenire & compellere. Imo etiam si non renunciauit, sed si iurauit. sed Tyraquelli notabile eo casu erit commodum, cùm *Obligatio indiuisa qua olim fuit, qua itē hodie.*

ſcilicet is ad quem debita pecunia peruenit, annales aut quinquennales inducias à principe obtinuit: vtrique enim indultæ, ſunt & ad eum ampliandæ qui in his nominatus non eſt, cùm magis fideiuſſiſſe, quàm in rem propriam promiſiſſe videri debeat: facit text.in l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.petat.& in l.penult.C.de duob.re.

§. CXV.

QVAND vn creancier ha ſon debteur principal obligé, & pleiges vn ou pluſieurs, il ne ſe peult addreſſer au pleige ou pleiges, àuant le principal: Sinon que le pleige ou pleiges ſe ſoient conſtituez principaux payeurs & debteurs, & que le principal debteur ſoit demeurant hors dudit païs, ou non ſoluable, diſcuſſion faite à ceſte fin.

Fideiuſſor quando conuenitur.

ID EST ius nouiſsimum, vt præſente vtroq; non liceat interceſſorem conuenire, priuſquam reus inuentus eſt minus idoneus, ſiue in totum ſiue in partem. Abſente autem reo interceſſor iure quidem conuenitur. verba ſunt conſtitutionis in authen.præſente. C.de fideiuſſo. & inde ſumptum eſt ſtatutum hoc.

§. CXVI.

MEVBLE nha point de ſuite par hypotheque.

Mobilium hypotheca.

LEX CIVILIS eodem iure mobilium & immobilium hypothecam cenſuit. Et ideo ſi mobile pignoris titulo debitor obligauit, ſi abſtractum ſit, creditor porrò ſequi, quocunque eat, vt loquimur, atque inde etiam repetere poteſt.vt dicit text.in l.ſi tibi notarium. in l.ſeruo. & in l.debitorem. C.de pigno. & hypothe. & in l.ſi nomen. C.quæ res pigno.oblig.poſſunt. Quod tamen hodie in Francia omnino abrogatum eſt.vt dicit Maſuer.in tit.de execu.col.5. Tamen Boër. in ſtat.Biturig.§.j.de conſuet.hypoth.tenet à lege ciuili diſceſſum non eſſe, ſi de hypotheca expreſſa mobilium agatur, tunc enim actio hypothecaria exerceri poteſt, vt in rem perſecutoria.l.pignoris, C.illo tit.

§. CXVII.

IL EST loiſible à vn proprietaire, ou locateur de maiſon, ou autres heritages par luy baillez à tiltre de loyer, de faire proceder par voye dexecution, pour les termes à luy deuz par ledit louage, ſur les biens du conducteur eſtans en icelle maiſon, ou fruits deſdits heritages, iaſoit ce quilz nayent obligation par eſcrit.

QVOD

QVOD ea causa debetur, priuilegiarium est, & promptam infert executionem, etiam sine obligatione expressa, vt in statuto. Lege ciuili multũ intererat, an in prædium vrbanum, an verò in rusticum mobilia conductor intulisset: quum primo casu locatorem scire & velle oportebat: aliàs ea non erant obligata. secundo verò casu nihil tale oportuit. l. certi iuris. C. loca. l. si non inducta. & l. fi. C. in quib. caus. pign. vel hypoth. taci. contrah. l. si horreum. & l. eo iure. ff. illo tit. Tamen aduertendum est, id non intelligi de mobilibus, quæ diutius conductor habiturus non est: cuiusmodi sunt merces, depositum, aut alia: nisi tamen alia mobilia tempore mortis conductoris non reperiantur. l. cùm tabernam. in princ. ff. de pigno. Sed tantùm de his quæ perpetuò ibi sunt remansura: vt in vrbe vtensilia, supellex omnis domestica: ruri autem ligones, aratra & alia id genus. l. in prædijs. §. fi. ff. in quib. caus. pig. vel hypo. tac. contrah. Alia autem mobilia, etiam si specialiter obligata sint & generali pacto submissa, non comprehenduntur. l. debitor. ff. de pigno. Quantum autem ad fructus attinet, in prædijs rusticis hi qui nascuntur, tacitè intelliguntur pignori esse domino fundi, etiam si nominatim id non conuenerit. l. in prædijs rusticis. in princ. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. & l. domini prædiorum. de agric. & cens. lib. xj. C. & l. quamuis, C. in quib. caus. Huic statuto adijciemus non solum pro pensionibus, sed etiam pro eo quod interest, ab inquilino habitationem factam esse deteriorem, inuecta pignori esse obligata. l. Pomponius. ff. illo tit.

Conductoris mobilia quãdo obligent.

§. CXVIII.

SI LE conducteur, ou autre que le Seigneur direct ou foncier, emportoit, ou enleuoit les biens estans en lhostel baillé à louage, sans le consentement du locateur, iceluy locateur peult contraindre le conducteur à restablir lesdits biens audit hostel, pour la seurté du payement dudit louage, pour la derniere annee. Et oultre, peult faire contraindre ledit conducteur, à garnir ladite maison pour vn an aduenir.

IVRE communi, hæc posteriora edicta sunt, vt si domus, vel fundus in quinquennium pensionibus locata sint, potest dominus si conductor habitationem, aut agriculturam deserat, adeo vt pensionum solutioni pignora futura non parentur, cum eo statim agere. verba sunt Paul. in l. si in lege locationis. §. si domus vel fundus. ff. loca. Quòd si conductor nolit audire, aut non possit exequi, expelli potest, vt infrà, §. cxxj. Quantum ad priora huius §. ius commune eadem sanciuit, & adeo æqua sunt, vt omnes prouinciales imperij id teneant, prout dicit text. in l. sancimus. C. in quib. caus. pig. vel hypo. Et locum habent etiam si pensionis dies non cesserit. Maximè enim locatoris interest pensionis suæ solutionem certò asignari. l. qui balneum. in princ. ff. qui potio. in pig. hab. nec audiendus est creditor priorem hypothecam allegans. l. potior. §. si colonus. illo tit.

Cõductor cogi potest fundum pignoribus munire.

§. CXIX.

LE SEIGNEVR dune maison sera payé, & preferé de son louage sur les biens de son louager estant en icelle, sinon quil y ayt innouation.

Nouatione pignus liberatur.

NOVATIONE autem (inquit Paulus) legitimè facta, hypothecæ & pignus liberantur. l. nouatione. & l. Paulus. & l. si creditor pœnam. ff. de nouat. Hoc verum, nisi in nouatione repetita sit hypotheca: quia tunc illa perimi non dicitur, sed durat. l. creditor. ff. qui potio. in pign. habe. & l. solutum non videtur. ff. de pigno. actio.

§. CXX.

LE CONDVCTEVR peult vser de retention du louage, pour les reparations necessaires à faire, ou faites du consentement dudit locateur en la maison ou il demeure, sommation prealablement faite contre ledit locateur.

NECESSARIAE reparationes pensionem bono iure minuunt, adeò vt aut conductor eas consequi debeat, aut omnino non præstare pensionem. vt est text. in l. colonus. ff. loca. maximè si factæ sint ad prædij vtilitatem perpetuam, & non ad præsentem tantùm fructum quærendum. l. vel si vites. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Ea verò quæ ob fructus vberiores speratos erogata sunt, ab his tantùm repeti debent quorum fructus est. l. fundus. ij. ff. famil. ercisc. Et quia contraria eodem iure metimur; Inferendum est, vt si conductor quædam sua opera instituerit, aut impendit, retentione, aut aliàs ea repetit. l. dominus horreorum §. j. ff. loca. Econtra si is ædificia quæ suscepit integra destruxit, hæc instaurare cogendus est. l. cùm conductorem. C. illo tit. & pro eo quod locatoris interest rem deteriorem effectam esse, inuecta & illata obligata sunt. l. Pomponius. ff. in quib. cauf. pign. vel hypo. solui.

§. CXXI.

LE CONDVCTEVR, qui nha dequoy, ou est refusant de payer, ou qui ne garnit lhostel de biens meubles pour le payement dune annee, en peult estre expellé & mis hors par le Seigneur de lhostel, auec autorité de iustice.

Conductor quibus casibus ejici possit.

HVIVS §. interpretatio ad ius commune suprà in §. cxviij. adscripta est. Addam hic absurdum non videri, si ex necessitate colonum dominus expellat, idq; iure probari. l. ædem quam. C. loca. & l. qui insulam. ff. eo. & c. quia propter sterilitatem. eo. tit. ergo & eadem æquitate & ratione colonus abire potest. ita dicit

cit glo.in l.vna.§.si pensio.ff.de migrand.& Boër.decis.cxlix.in ij.parte num.9.Non omittendum puto, quòd ex eadem l.ædem. quatuor casibus inquilinus eijci potest. Primò, si pensionem non soluit.& id statuto nostro expressum est.facit l.quæro. §.inter.ff.eo. Secundò, si ex causa, quæ tempore locati non præuisa fuit, dominus cogatur habitare: secus si causa præuisa fuit. l.si is à quo. §.fi.& in l.seq.ff. vt in poss.lega. Tertiò, si sit necessariò ædificandum, & velit ex ea causa dominus. l.qui insulam. in princ. ff.eo. & ita his duobus iudicaui contra conductorem crucis albæ. Chazellis. Quartò, si inquilinus malè versatur.d.l.ædem quam.

§. CXXII.

LE CONDVCTEVR dune maison qui laura loué à vn autre, peult durant le temps de sa tenue & conduction, vser de telz droits, sur celuy auquel il ha loué ladite maison, que le Seigneur dudit hostel, duquel il le tient à louage: & econtra.

SI COLONVS (inquit Paulus) locauerit fundum, res posterioris creditoris domino non obligantur, sed fructus in causa pignoris manent, quemadmodum esset, si primus colonus eos percepisset. l.si in lege conductionis. §.j.& in l.fideiussor.ff.loca.& l.in prædijs.ff.quib.mod.pign.tac.contrah. Quòd autem in text.statuti dicitur, ibi, & econtra. id est, vt locator secundus conductori secundo ita teneatur & ijsdem nexibus, quantum ad expensas necessarias attinet, quibus statuentes priorem locatorem colono priori adstrinxerunt. §.cxx. *Conductor et conductoris eodem nexu suo locatori tenetur.*

§. CXXIII.

VN CONDVCTEVR ne peult louer la maison par luy louee à aucun, qui seroit dommageable & preiudiciable à la maison, ou Seigneur de ladite maison, plus que ledit conducteur, si ce nest du consentement dudit Seigneur.

NEMO (inquit August. Imperat.) prohibetur, rem quam conduxit fruendam alij locare, si nihil aliud conuenit. l.nemo prohibetur.C.loca. Id tamen intelligendum, vt non alium hospitem possit recipere, quàm eum qui commodè & honestè habitaturus sit, vt dicit text.in l.non aliter. ff.de vsu & habita.facit l.æquissimum.§.fi.& l.sed & si quid.ff.de vsufr.

§. CXXIIII.

SI CELVY qui ha loué, ou prins à louage maison ou autres heritages par aucun temps, ne declaire auant ledit temps passé, quil ne veult plus que ladite location ou conduction dure, ledit temps passé elle est censee renouuellee, par vn an seulement.

QVI IMPLETO (inquit Vlpianus) tempore conductionis, remansit in conductione, non solùm reconduxisse videtur, sed etiam pignorum videtur durare obligatio. Et paulò pòst: quod autem diximus taciturnitate vtriusque partis, colonum reconduxisse videri, ita accipiendum est, vt in ipso anno quo tacuerint, videantur eandem locationem renouasse, non etiam in sequentibus annis: & si lustrum forte fuerat ab initio conductioni præstitutum. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. vide Guid. Pap. quæst. ccccclxxx. in princ. Tamen pensionis obligatio non habet paratam executionem ex ea renouatione, vt latè per Ias. consil. 49. vol. iij.

§. CXXV.

LES fruits dune metairie, pour les fermes ou rentes foncieres dicelle, peuuent estre empeschez & arrestez par le Seigneur de la metairie, soit quelle soit de son heritage, ou de sa femme. Et tient tel arrest & empeschement iusques à plain payement desdites fermes ou rentes. Et semblablement peuuent estre arrestez & empeschez les fourrages & pailles, pour le nourrissement du bestail de ladite metairie, & aussi pour faire fumiers, à fin de les conuertir à lamendement des terres dicelle metairie. Posé que ledit Seigneur neust lettres obligatoires expressement quant à ce. Et si lesdits fruits, pailles, & fourrages estoient enleuez ou emportez, ledit Seigneur les peult poursuiure & faire arrester, & sera preferé à tous autres.

DOMINI prædiorum (inquit Valent. Imperat.) id quod terra præstat accipiant; pecuniam autem non requirant, quam rustici optare non audent, nisi consuetudo prædij id exigat. l. domini. de agrico. & cens. lib. xj. C. similis est text. in l. in prædijs rusticis. ff. in quib. caus. pig. vel hypoth. tac. contrah. & in l. quamuis. C. illo tit.

§. CXXVI.

POVR vin, blé, bois, ou autre chose que deniers nombrez, se peult faire execution, en vertu dobligation, condemnation, ou debte priuilegié, sur les biens du debteur, iceluy premierement sommé de payer. Et sil est refusant, dilayant, ou opposant, la main garnie prealablement par le sergent, il adiourne le debteur, par deuant le Iuge auquel la congnoissance appartient, pour voir apprecier la quantité & chose deüe.

LIQVIDVM nihilominus est debitum, etiam si non in pecunia numerata, sed in quantitate consistat: nec item si huius æstimatio incerta est, debitum dici debet incertum. In hoc puncto tamen res est, vt ante distributionem pretij quod ex distractione quæritur, cognitum sit, quid creditori debeatur. Constitu. Franc. 1. artic. lxxvj. anno 1539. ibidem dixit. Et licet in plerisque locis Franciæ, & maximè in Gallia Lugdunensi id non fuisset vsu receptum, tamen iure communi obseruandum fuit. vt probat Imbert. lib. j. institut. §. atque ex edicto. allegat Ludo. Roma. consil. 211. *Liquidũ debitum.*

§. CXXVII.

LE CESSIONAIRE peult faire proceder par voye dexecution, ou arrest, sur les biens du debteur, en vertu de lobligation en quoy il est obligé, & cession du creancier, en iustifiant du transport.

HAEC cessionis æditio fieri debet exequendo, quòd si non fiat, debitori fit iniuria, & grauatus prouocandi ius habet. Iure communi id fieri non debuit, nisi prius à iudice subrogato eo cui cessum est, idq;, vocato & audito debitore, vt dicit Hyppo. de Marsil. sing. xxvj. Notandum hic erit cedentem posse pacisci cum debitore suo, quem cessit, de non petendo, item & pecuniam, aut debitum recipere, eumq; qui soluit liberare. Ideo cessionarius vt impediat, debet aut petere & contestari cum debitore. Aut & secundo, debiti partem aut solidum recipere, aut & tertio, denunciare debitori. l. iij. C. de noua. & l. fin. ff. de transact. Sola enim scientia debitoris non sufficeret, sed necessariò denunciandum est, etiam satis scienti, vt notat & firmat Guid. Pap. singu. M. cccxxxiiij. versic. item est notandum. Notandum item quòd debitor compensandi ius habet, etiam contra cessionarium, id quod à debitore primo sibi debetur. vt tenent Cyn. Bal. & Fab. in l. eius. C. de compens. & ita decis. in ca. Tholos. retulit Aufre. quæst. xciij. & arresto Delphi. Guid. Pap. quæst. ccccclxvij. & idem Papæ sing. suprà alleg. versi. si quæratur. per l. creditor. ff. de diuers. & tempo. præscript. *Cedẽs antequã cesso sit denũciatum potest eum liberare.* *Compensare potest debitor cesso.*

§. CXXVIII.

QVAND aucun doit cens, taille ou autre deuoir annuel, de blé, vin, huilles, & autres choses que gisent en poix, mesure & mutation, & il est conuenu pour aucuns arrerages, il nest tenu den payer, sinon à la raison quelles ont vallu au plus hault prys de lannee, desquelles ilz doiuent lesdits arrerages, aussi est tenu les payer audit prys, sans ce quil soit besoing en faire autre appreciation.

NVLLI Militarium (inquit Arca. Imperat.) pro his annonis, quæ in prouincijs delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare: ita vt si quis propter anni abundantiam suscipere neglexerit, *Censual. reliquorũ æstimatio ad annos præteritos referẽda.*

ac poſtea impoſitis pro neceſsitate rerum pretijs, repudiata taxauerit, neque id quod contra hanc legem expetit ſinatur exigere. l.nulli. de eroga. mil.anno.lib.xij. C. Accurſ.ibidem in verb.expetit, id notat contra quendam Albert.Calui.ruſticos opprimentem reliquiorum petitione, & horum taxatione anni illius quo petebat. quod maximè notandum puto contra vſum dominorum huius Forenſis prouinciæ, qui Alberti vſum, iure inuerſo, ſequi malunt ſubditorum magna iniuria.

§. CXXIX.

SI VN Seigneur pour le payement de ſon deu, fait arreſter & empeſcher par execution aucuns biens meubles trouuez en la poſſeſsion de ſon debteur, quil pretend eſtre audit debteur, il y ha vn tiers oppoſant qui maintient leſdits biens luy appartenir, il ſera receu, & de ce ſont les oppoſans & debteur, creuz par ſerment, en affermant par leſdits debteur & oppoſant, leſdits biens appartenir à iceluy oppoſant ſans fraude. Et audit cas, ledit oppoſant aura main leuee, & deliurance deſdits biens, ſans deſpens, dommages & intereſts. Mais ſi le creancier veult maintenir & prouuer fraude contre loppoſant & le debteur, ou leſdits biens appartenir au debteur, ou quilz ne fuſſent receuables à porter teſmoignage, il ſera receu à faire ladite preuue auant ledit ſermēt. Et neſt par ce empeſché ledit oppoſant, que ſi ledit debteur ne vouloit affermer leſdits biens luy appartenir, quil ne le puiſſe autrement prouuer.

SVMMATIM rei huius cognitio expediri debet, & ea ratione quotiens controuerſum eſt pignus, id dimitti debet, & aliud capi. verba ſunt Vlp. in l.à diuo Pio. §.ſed & aliud debet dici. ff.de re iud. facit l.ij. C.ſi fiſc.vel priua. Aliàs ſi de pignoris proprietate cognoſcendum eſt, nullus erit litium finis, vt dicit text.in l.res iudicatæ. C.de execu.rei iud.facit in arg.l.iudices. C.de iudic. Quidam exiſtimant per illum §.ſed & illud.poſſe creditorem ſuper proprietate pignoris quæſtionem admittere & proſequi, & nihilominus aliud liquidum auferre pendente huiuſmodi quæſtione. quod admittendum non cenſeo: ſed ſecundum verba iuriſconſulti in d.§.ſed & illud. controuerſum pignus dimitti, & aliud capi oportere: tamen à primò ita diſcedendum, vt creditor, bono quidem conſilio, proteſtetur ſe nolle idcirco liti cedere, ſed tantùm diuertere, vt executionem ſuam non differat: reſeruetq́; ſibi vt liceat, ſi forte contingat alia pignora non ſuppetere, ad primum poſſe reuerti, remq́; plenè diſcutere. Et quia rei periculum partim debitorem tenet, æquum eſt, vt huic & intercedenti tertio iuratis ex tempore credatur: cùm magis creditoris interſit, rem ſuam celerius agi, quàm alienam altius excuti. d.l.à diuo Pio. §.ſic quoque. verſicul.

Creditor quando poſſit pignus tertio relictum repetere.

versicul.sed vtrum. nisi tamen fraudem agnoscat debitoris pignus omittentis, creditoris damno, qui ea causa omnia reuocare potest. l.si pignus. in fi. & l.si debitor. ff. quæ in fraud.credito. potest vtique hæc protestari, & vt alia superiora in posterum reseruare. Quòd si debitor differat ius tertij asserere, is nihilominus summatim est audiendus. Quòd si obtineat, pignusq; ei dimissum sit, nihil offenditur ius debitoris. d.l.à diuo Pio. §.si super rebus. ibi, nec sententiam. Notanter autem dicitur in text.statuti,en la possesion de son debteur, quia si mobilia apud alium, quàm debitorem sint, persecutio horum iure pignoris non competit, generali Franciæ consuetudine,qua,Meuble nha point de suite. nec pignora penes alium existentia capi possunt, vt dicit Io.Fab. in l.prima. C.de iur.fis. si tamen tertius apud quem capta sunt, dicat tantum possessionis ius habere,non auditur,quia proprietas aufertur,vt ibidem per eundem Fab.

TESMOIGNAGE.

EX HIS tria notanda sunt. Primò, quòd vbicunque statutum vult alicuius dicto stari,id semper desiderandum est, vt sit ille omni exceptione maior, vt dicit Bal. in l.directas.C.de testamen. manumiss.gloss.in c.significasti.j.in vers.si ita est. de homicid. Secundò,quòd sit iuratus.text.est in l.Theopompus.iuncta glo.in verbo, iuratus.ff.de dot.prælegat. Tertiò,quòd contra probari potest,vt dicunt Bal.& Salyc. in l.prima.per illum text.C.de iudic.& ita tenent Canonistæ in c.proposuisti.de probatio. quia sic statuto fiat, tamen habent locum quæ ordinata sunt in casum quo ita pactum est. Valet enim argumentum de statuto ad pactum. l.non impossibile. ff.de pactis.

§. CXXX.

QVAND arrest sur arrest, & execution sur execution sont faits pour vn mesme debte, & entre mesmes personnes, le dernier arrest & execution ne vallent, sinon que le premier arrest & execution eussent esté discontinuez & interrompus, & les gages prins par la premiere execution rendus.

DEBITOR bono iure diuersis executionibus non debet conteri. Et licet creditori multum deferatur in executiuis contra debitorem suum, vt scilicet quamcunque exceptionem,quæ solutionis præsentem probationem non habet,timere non debeat,per not.in c.debitores.de iureiur.tamen pignorum captiones exaggerare si velit,ferendus non est. Primò enim capta distrahi debent,& si non suffecerint, alia auferri possunt: & non sic obruptè. vt dicit text. in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud. Excipio autem personales executiones; quia is,cuius pignora capta sunt & distrahuntur, prehendi & detineri potest. & econtrà. vt tenet Ias. consil.9.in iij.themate,num.1.vol.j.dixi §.ciiij.suprà. *Executio personalis cũ reali exaggerari potest.*

§. CXXXI.

PROSENETES & corratiers, & autres commis à vendre

marchandiſes,ou autres meubles, ſont contraints rendre les marchandiſes à eux baillees, ou le prys quilz en ont receu, par prinſe ou detention de leurs perſonnes.

Proxeneta nominũ quã do teneatur.

SVNT enim proxenetæ (inquit Vlpianus) qui emptionibus, venditionibus, commercijs, & contractibus licitis vtiles, non adeo improbabili more, ſe exhibent.l.ſi.ff.de proxe.& cõmuni vocabulo dicuntur Corratiers. Horum plures videntur hodie faciendorum nominum cauſa. Hi autem licet debitorem futurum monſtrant & laudant, tamen vt mandatores nunquam tenentur, niſi dolo & calliditate creditorem deceperint.l.ſi proxeneta interuenerit nominis faciendi cauſa. ff.illo tit. Aequum enim fuit ad reprimendam improbitatem hoc genus hominum hos ijs ſubmittere quæ ſtatuto expreſſa ſunt.argu.l.iij.§.miratur.ff.nautæ, caupo.ſtab.

§. CXXXII.

TOVS acheteurs de beſtail, vin, blez, & autres victuailles, ſilz ne payent contant, ou quon ne leur baille terme ou delay de payer, ſont apres la deliurance deſdits victuailles, contraints par priſon, à payer le prys conuenu & accordé entre eux, ſans pour ce pouuoir vſer & iouir de reſpits à vn an, ou cinq ans, ny de ceſſion de biens. Et ſil y ha contradiction ſur ladite vente, ou prys dicelle, ſe doit vuider ſommairement & de plein ſans figure de proces.

Emptor aut pretiũ ſolue re debet, aut huius credi tũ obtinere.

SATIS igitur erit aut præſentem pecuniam numerari, aut de pretio fidem cum venditore haberi. vna enim ex diſiunctiuis neceſſariò adimplenda eſt. l.cùm pupillus. §.j. ff.de cond.& demonſtrat. aliàs dominium rei venditæ non fit accipientis. vt dicit text.in l.quod vendidi & tradidi. ff.de contrah.empti.facit l.procuratoris.in prin.ff.de tribut.actio.& §.venditæ.Inſtit.de rer.diuiſ.ſatis enim ſatisfactum eſt ei qui emptoris fidem ſequitur. l.ad ſolutionem. ff.de re iudic. Igitur qui neutrum horum expedit prędo eſt:& cùm à venditore non auocetur dominium rei venditæ, nil mirum ſi, tanquam à prædone, is rem ſuam vendicet, cùm deceptus ſit credens præſentem eſſe pecuniam; vt dicit glo.in d.l.quod vendidi.nec quaſi recepturus à debitore ſuo cominus pecuniam, videri debet fidem de pretio habuiſſe. vt dicit text.in l.ſi quaſi recepturus.ff.de pigno.act.io. Quantum autem ad bonorum ceſsionem, aut inducias attinet, ſatis ſuprà ſuo loco diximus.

§. CXXXIII.

LES allans & venans es foires & marchez publiqs, ou en iugement pour lexpedition de leurs cauſes, de laquelle venue ilz

ſont

sont creuz par serment, ne doiuent estre prins, ny detenus, en corps, ny en biens, pour aucun debte en matiere ciuile, quelque priuilege que le creancier puisse alleguer.

NVLLVM (inquit lex ciuilis) in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conueniant, vel in vænalitijs, aut locorum temporali quæstu & commodo, priuata exactione sectentur, vel, sub prætextu priuati debiti, aliquam ibi concurrentibus molestiam possint inferre. l. vna. C. de nundi. Quæ debent intelligi de negotijs quæ antea inita sunt; non autem si quid tunc his nundinis actum est, quia ea causa couenisi possunt. vt supra §. præced. & l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic. De litigatore autem, tex. est in l. ij. §. fi. ibi, nec enim qui apud Prætorem causam agit. & in l. quique litigandi causa necesse habet certo loco in iure sistit. ff. de in ius voc. Secus tamen esset in debito fiscali & priuilegiato; vt not. in l. j. ff. de adult. & in argu. l. si quis. ff. de legatio. & l. ij. §. eleganter. ff. de iudic. not. Bart. in l. nullam. C. de nauicul. seu naucler. not. in authen. habita. C. ne fil. pro pat.

Nundinarũ priuilegiũ.

Litigandi causa qui venit, prehendendus non est.

§. CXXXIIII.

LE creancier tauernier peult gager en sa maison, celuy ou ceux qui auront beu & mengé, silz refusent de payer.

CAVPO igitur sibi vigilare potest, & sua autoritate à debitore pecuniam extorquere: nec reuocabitur ab eo quod abstulit. l. pupillus. in fin. ff. quæ in fraud. credit. lex tamen ciuilis id aperte non admisit, sed magis reiecit. l. limites. §. qui iudicati. ff. de re iud. Et in eum, qui sua autoritate pignus abstulit, datæ sunt actiones furti & bonorum raptorum. d. §. qui iudicati. item & actio de vi priuata: cùm vis fiat, quotiens quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. verba sunt Iurisconſ. in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. penult. ff. ad leg. Iul. de vi priua. facit l. nominatori. C. de pigno.

Creditor pignus suo iure non debet auferre.

§. CXXXV.

DESPENS de lhostellage liurez à pellerins, ou passans, ou à leurs cheuaux, sont priuilegiez, & viennent à preferer à tous autres, sur les biens & cheuaux hostellez: & les peult lhostellier retenir iusques au payement. Et si aucun autre venant les vouloit saisir, lhostellier ha iuste cause de sopposer pour lesdits despens.

CAVPO in talibus, creditoribus priorem hypothecam habentibus præfertur, etiam si sit nouissimus tempore: quod ex causa æstimatur. l. priuilegia. ff. de priuil. credito. Causa enim debiti cauponarij potior est duabus de causis: Prima est cibariorum quæ præstita sunt: & quæ fauore digna sunt. l. si pupillus. in princ. ff. illo tit. Secunda, quia ex duobus instantibus creditoribus ille præferri solet,

Cibaria fauore digna sunt.

qui

qui pignus in ſua poteſtate habet:vt dicit Accurſ.in fi.glo.penult.d.l.priuilegia. Notandum tamen eſt, quòd hæc prærogatiua, quæ cauponibus datur, pignus, aut rem ipſam tantum reſpicit in quam erogatum eſt:& ideo nil mirum,ſi qui erogauit præferatur.argu. l.quod quis nauis fabricandæ. l.qui nauem. & l.j. ff.de priuil.credito. Quòd ſi perſonale ius attendatur, habet locum regula iuris, Qui prior eſt tempore, & iure potior eſt. illaq; fuit opinio Accurſ. in l.penult. in verb.non reuocetur. in fi. ff.quæ in fraud.credito.

Caupo quatenus præferatur.

§. CXXXVI.

LES detenteurs des heritages chargez ſpecialement de charges & rentes perpetuelles ou à temps, declaration faite, quilz ſont detenteurs, & ſommation prealablement faite de payer, & perquiſition faite, peuuent eſtre conuenus comme detenteurs deſdits heritages: ſans ce quil ſoit beſoing ſaddreſſer aux principaux obligez, leurs heritiers, pleiges, & reſpondans, ny autrement garder ordre de droit.



Tributarij fundi poſſeſſor rectà conuenitur.

CVM IN huiuſmodi negotijs obligatio perſonalis & realis eum teneant qui profeſſus eſt, & prædia in cenſum detulit. l.ætatem. in fi.à contrario ſenſu. & l.cùm poſſeſſor.§.fi.ff.de cenſib. his diſtractis, creditor poteſtatem habet & optionem, quem velit, aut ipſum rei poſſeſſorem aut verò perſonaliter obligatum conuenire.l.diſtractis.& l.perſecutione.C.de pignor. Nec item audiendus eſt legatarius contradicens ob tributa præteriti temporis, quæ ſuis annis ſingulis reddita non ſunt,quòd hæres ſoluendo ſit,& tributa ea debeat in perſonam,actione d.l.cùm poſſeſſor.§.fi.quòd ſi nouo iure authenticorum,hoc ſi debitor. & hoc ita. C.de pigno. à ſuperioribus diſceſſum fuit, vt certè non fuit conſiderato facto, at certè hoc ſtatuto ad primum ius reſtituta res eſt. Contra videtur text.in l.Moſchis.in princ. ff.de iur. fiſc.ſed hæredes diſtraxerunt & ex conductione defuncti tenentur,quæ rem nihil afficit,ſed perſonam tantùm.

§. CXXXVII.

LE CREANCIER apres perquiſition de meubles ſur ſon principal debteur, de laquelle le ſergent ſera creu par ſon rapport, & à faulte diceux, peult commencer ſon execution de criees contre le tiers poſſeſſeur & detenteur des choſes immeubles ſubiettes à ſon hypotheque ſpeciale, ſans garder ordre de diſcuſion, ou autre benefice de droit. Et neſt receu à monſtrer ou declairer autres biens appartenans au principal debteur, ou ſon heritier apparent, pour empeſcher leffect deſdites criees.

CASVS

ASVS huius §.à superiore differt. Primò, quia hoc §.actioni personali regula præfinitur, superiore verò illo reali. Deinde hoc §.specialem hypothecam exequitur, superius autem etiam tacitam: quo casu omni iure debitori prius excuti debet, præterquam si debitum omnino reale sit. & in eo non sequimur doctrinam Iurisconsulti in d.l. Moschis.in princ. ff.de iure fis. Accurs. & Docto. in l.distractis. C.de pignor. & in l.fi.C.de actio. & obliga. hi enim per hos text.tenent, speciale pignus primò auferri posse, debitore omnino omisso. Sed cùm per authen. hoc si debitor.res quodammodo comprehensa sit,&,quod dicere solemus, limitata, æquum hic visum est,neq; à iure nouissimo omnino abire, neq; rursus antiquum in totũ retinere, sed temperamento quodam vtrunq; complecti:sufficereq;,si antequam possessorem adeas,debitor conueniatur: idq; non tam obuolutè & diffusè quàm dictauit ius nouissimum, sed leuius multò & facilius,vt hic scriptum est.quia specialis hypotheca ad instar esse videtur conuentionalis pignoris. l.creditor. C.de distract. pigno.Ideo satis esse si debitori id significetur: vt dicit Io.Fab.in l.si quis. in fi.C.de rescin.vendit. Significatio autem idonea est,si præcipiatur solutio, si item mobilium fiat perquisitio. Notandum tamen hic maximè puto, quòd si possessor pignoris declaret debitorem soluendo esse, indicetq; bona quæ habet, & offerat curare sumptu suo vt vendantur, seq; effecturum vt creditori satisfiat, eum audiri æquum esse & oportere:vt dicit Masuer.in tit.de executio.vers.item creditor potest.facit l.Moschis. suprà allegata.

Hypothecã specialẽ quomodo exequamur.

Possessor hypotheca specialis quomodo excutiat creditorem.

§. CXXXVIII.

ET PEVLT le creancier faire saisir auec lesdits heritages les fruits diceux,sans ce que ledit detenteur,ou son heritier en iouisse pendant lesdites criees:car lexploit tiẽdra en la proprieté & fruits: pendant lesquelles criees, seront lesdits fruits baillez à ferme au plus offrant & dernier encherisseur,en deduction & diminution du debte & fraiz desdites criees.

FRVCTVS (inquit Alex. Imperat.) pignori datorum prædiorum, & si id apertè non sit expressum, ex ipsis pignoribus creduntur tacita pactione inesse.l.quamuis.C.in quib.caus.pig.vel hyp.tac.contrah.& l.grege. ff.de pig. fac.l.j. C.de pact.pigno. & om.caus. Nam cùm fructus sint de prædiorum causa, his insunt,& cum his implicantur.l.ait prætor. §.per hanc.ibi, res restitui debet cum sua causa,scilicet cum fructibus.& §.partum. & l.fi.§.non solum, ibi, fructus qui alienationis tempore terræ cohærent. ff.quæ in fraud.credit. & l.si conuenerit. §.si fundus. ff.de pigno.acti. Fructus enim intelliguntur tam qui maturi sunt, quàm qui in herbis consistunt adhuc immaturi.d.l.fi.§.fructus.qui & lege ciuili,& etiam hoc statuto fortem extenuant. l.fi.C.de pact.pigno. & l.si dominum.ibi, Præside prouinciæ curante,vt fructuum deducta ratione,residuoq;,& cætera.C.de pigno.

Fructus et prædium pignorati censentur.

BAILLEZ A FERME.

SI QVIS, inquit Paulus,fructus ex prædio debitoris capi poterit; hunc qui in

Fructus pignoris aut locandi aut uendendi. possessionem prædij missus est, vendere, vel locare debet: sed hoc ita demum, si non antè venierit vel locatus erit. Nam si iam à debitore vel locatus erat, vel venierat, seruabit prætor venditionem vel locationem factam, etiam si minoris locatum est, nisi in fraudem creditorum hoc actum sit: tunc enim prætor arbitriũ dat, vt ex integro locationem, vel venditioné faciant. hactenus Paulus in l. in venditione bonorum. §. si quis fructus. ff. de bon. auto. iud. poss. quæ inserere voluimus, vt ad vsum hodiernum aptissima. Imbert. Institut. Forens. lib. j. §. atque venundatis. per text. illum Pauli dixit liberum esse ei qui depositarius est, pignus possidere, aut locare: quod nemo probare satis posset, quia fructuum est locatio, item & venditio vltra propriam possessionem.

§. CXXXIX.

ET SI lesdits fruits nauoient esté saisis, & ledit creancier, ou creanciers, ou opposans le requeroient, il sera dit par le Iuge, que, pendant le proces des criees, lesdits heritages seront regis & gouuernez par commissaires.



CONSTITV. regis Fran. arti. lxxvij. idem edictum fuit, cum speciali derogatione omnium statutorum & consuetudinum quæ contra erant obseruatæ. ibidem Constant. leui quodam sermone queritur contra prohibitionem iuris sequestrationem hodie passim admitti: dicitq; antè sententiam id iure fieri non posse. alleg. l. j. & l. ordo. C. de execut. rei iudic. quasi ipse dissimulare velit se non videre, illa constitutione agi de sententia exequenda, aut instrumento authentico vicem rei iudicatæ habente, vt à notario tanquam iudice chartulario conscripto. Talia enim præsentem habent executionem: alioquin autem, si, vt ipse conniuendo scripsit, antè hanc sequestrationem oporteat iterato rem agi & iudicari, nullus erit litium finis. l. res iudicatæ. C. de re iudi. Is igitur secundum quem iudicatum est aut cui quid promissum est notario conscribente, pignora auferenda liberè curabit, vt ei satisfiat ordine descripto in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. Et satis est creditorem summariè ius suum iudici significasse ad sequestrationem obtinendam. l. cùm proponas. C. de bo. auto. iud. poss. & l. si is à quo. ff. vt in poss. legato. Olim notariorum fides incognita, aut certè non sic probata fuit, & ideo necesse erat debitorem in ius vocari & audiri denuò. l. fina. C. si prop. public. pensit. vend. fue. celeb. quòd si simpliciter promissum fuit, vt erat magis vsitatum, nulla scriptura sollicitè facta, res longiori formula agebatur. Gellius lib. noct. Attic. xx. cap. j. ex lege xij. tabu. retulit, quo more olim debitor vrgeri potuit. Fœnerator debitorem, si non soluendo fuit, ad prætorem adducebat. Ibi, si debitum negasset, tormentis aut alio modo veritas eruebatur. Confessum autem prætor iudicabat, id est, pecuniam restituere iubebat, si non præsentem, at certè intra xxx. dies: qui conquirendæ pecuniæ gratia dari solebant: hiq; dies iusti appellati sunt, quòd eo tempore velut iustitium quoddam, idest, intermissio ac iuris cessatio inter eos intercedebat. Quòd si eo tempore non soluisset, ad prætorem rursus vocabatur, ab eoq; fœneratori addicebatur, idest, in temporariam pœnam & seruitutem tradebatur. Sed hodie vbi notariorum vsus scriptorum fidem indu

Sequestratio fit ex instrumēto uel ex indicato.

Debitor quomodo olim potuit urgeri.

induxit, breuius res absoluitur. Nam executoris denunciatio & præceptum tantum requiruntur. Omitto hic dicere casus, quibus lex sequestrationem admisit, & lectorem remitto ad Aufrer. in cap. Tholos. decis. cccclxxviij. ad casum nostrum venio. Iure antiquo creditor in soli pignorum possessionem mittebatur, vt ex fructibus debitum sibi ipse exolueret. l. cùm vnus. & l. fin. ff. de bon. aut. iud. poss. & illa eo instante & requirente vendebantur. l. in venditione. illo tit. Hodie aptius res tertio possessori committitur; qui curator dicendus est, prout eum dixit iuriscon. in l. creditore. in possessionem rerum debitoris misso, curator debet constitui. ff. illo titu. & l. fin. ff. de curat. bon. dan. Isq; in possessionem rerum debitoris, vt depositarius, rei seruandę causa mittitur. l. in possessionem. C. eod. titu. & pro vsu hodierno facit l. fina. C. si in caus. iud. pig. cap. sit. ibi, in causam iudicati pignora autoritate præsidis capta potius distrahi, quàm iure dominij possideri per creditorem debent. *Pignoris ablati custodia curatori datur.*

§. CXL.

EN TELLE maniere, que pendant & durant lesdites criees, qui sont faites contre le principal debteur, ou son heritier declairé, ledit debteur principal, ou son heritier ne pourra estre fermier desdits heritages, & nen iouira par quelque caution quil pourra bailler durant les criees, si nest du consentement des poursuiuans criees & opposans.

LICET rem pignoratam debitor possit conducere, iure ciuili. l. si pignore. §. si post distractum pignus. ff. de pigno. actio. & satis videatur debitor à rei suæ possessione discedere si illam à curatore conducat, l. si aliquam rem. & l. qui bona fide. in princip. ff. de acquir. vel omittend. poss. nec sit absurdum, vt verus possessor desinat possidere, & nihilominus rem teneat. l. quod meo. ff. illo tit. quia diuersa sunt possidere & in possessione esse: possidet enim quis iure suo: in possessione autem esse potest rei seruandæ causa: & in his procedere videtur quod nouissimè actum est à possessore. l. si quis ante. in princip. ff. illo titu. tamen si causa spectetur ea quæ suasit, vt quo tempore auctiones fierent debitor non possideret, aut etiam propter quam id est constitutum, nullo modo fieri aut ferri potest, vt debitor ipse conducat, aut alio quouis modo in possessione sit. Nam missio in possessionem fit instante creditore, vt tædio custodiæ is à debitore pecuniam extorqueat. l. si is cui. in princip. ff. vt in poss. lega. & l. iij. §. fin. ff. de acquir. possess. l. si finita. ff. de dam. infect. Graue enim semper visum est, re sua liberè non vti. l. vim facit. ff. de vi & vi arma. quæ causa omnino tollitur, si debitori res sua ex conducto relinquatur. *Pignoris fructus debitori locadi nō sunt.*

§. CXLI.

AV REGIME & gouuernement desdits heritages, ne peuuent estre commis le Iuge, son greffier, sergens executeurs desdites criees, aduocat, & procureur des parties, les poursuiuans desdi-

tes criees, deffendeurs en icelles, principaux debteurs, ou heritiers declairez, les enfans, ou freres des dessusdits. Lesquelz fermiers, ou accenseurs desdits fruits, ou commis au regime diceux, leursdits pleiges & cautions seront contraints de les rendre & restituer, quand il sera ordonné, comme acheteurs des biens de iustice, par prinse & emprisonnement de leurs personnes.

Bonis debitoru quis curator dādus. *Qui curatores pignoris esse non possunt.* *Prætor. scriba.* *Difficilis ad conueniēdū.* *Curialis.* *Aduocatus. Procurator.* *Curator pig. qñ detur inuitus.*

ELIGETVR autem, inquit Vlpia. curator is, qui idoneus videbitur. Aut si de personis eorum qnæstio moueatur, vir bonus eligetur. l. j. §. eligitur. ff. de ventr. in poss. mitten. Et is vtique debet esse, quem res nihil tangat. Nec omnimodo, inquit idem Vlpia. creditorem oportet esse eum qui curator constituitur. l. de curatore constituendo. §. nec omnimodo. ff. de cura. bon. dan. nec item Prætor, aut actuarius id assumere possunt. vt in princip. d. l. de curatore. Ludo. reg. x i i. constit. id quoque sancitum est: artic. lxxxvij. Et quia hujusmodi negotio præsenti manu, quod aiunt, expediuntur, ne differri posint, iudicialis libertas non admisit, vt his administrandis committantur illi, qui vix cogi possunt: sed tantùm idonei, id est, qui & facultatibus locupletes sunt, & facilè conueniri possunt. vt dicit text. in l. ij. in prin. ff. qui satisda. cogan. neque enim nobiles, aut iudices, & cæteri id genus ad id idonei videntur. l. curialis. C. loca. gl. in c. quod quibusdam. de fideiuss. Boër. in quæst. cccxv. num. vlti. in ij. parte. & text. in l. vnica. C. quib. ad conducti. præd. fisca. acce. li. lib. xj. De aduocato & procuratore text. est in l. si remunerandi. §. fina. ff. mand. Et quia sequestratione debitor omnino à possessione summouendus est, is qui committitur alienus esse debet, ne cum eo colludatur: vt & neque debitor ipse, vt suprà §. præced. & initio huius glos. Et voluntarius creari debet, inuitus autem nunquam nisi ex magna causa. l. ij. §. quæritur. ff. de cura. bo. dan.

§. CXLII.

LE SERGENT, ou commissaire procedant esdites criees, peult du consentement des creanciers opposans, à la requeste desquelz elles sont faites, receuoir les cautions dessusdites. Et ou il y auroit contradiction, ledit sergent remettra les parties sur ladite reception de cautions par deuant le Iuge à qui la congnoissance de ladite matiere de criees appartient, et sans interruption dicelles.

EXECVTOR enim contentionem inter partes ortam exequendo, neque audire neque dirimere potest, sed ád iudicem reuocare: cuius partes assumere non debet. l. si vt proponis. & l. executorem. C. de execut. rei iudic. Nam vbicunque causæ cognitio requiritur, prætorem adiri oportet. l. vbicunque. ff. de regulis iuris.

§. CXLIII.

ESQVELLES criees eſt obſerué & gardé lordre & ſolennité qui ſenſuit. Ceſtaſauoir que le ſergét executeur deſdites criees, en vertu des lettres dobligation paſſees ſouz ſeel Royal, ou de Bourbonnois, ou autre authentiq, ou condemnation de court ſeculiere, & des lettres de commiſſion, peult & doit prendre, ſaiſir, & mettre en la main de iuſtice, les heritages obligez au creancier, & ſemblablement les fruits diceux, apres commandement fait par ledit ſergent executeur à la perſonne ou domicile du debteur ou ſon heritier apparent, ou audit tiers detenteur à perſonne ou domicile, ladite mainmiſe, enſemble les ventes & criees es iours introduits par la couſtume. Leſquelles criees ſe feront es lieux accouſtumez à faire criees, & en la chaſtellennie, ou chaſtellennies ou les heritages criez ſont aſsis. Et auſsi ſignifiera les priſees aſsignations de ventes à ceux qui pretendent auoir intereſt en general en la place publique du lieu & iuſtice comme deſſus eſt declairé, auquel ſe doiuent faire leſdites criees à cry publiq & à haulte voix: Et ce nonobſtant oppoſition, ou appellation quelconque, en enſuiuant les ordonnances, iuſques au quart peremptoire, en preſence dun notaire de court laye & deux teſmoins: à fin que qui ſe vouldra oppoſer eſdites criees, ou y pretendre droit, il ny puiſſe pretendre ny auoir cauſe dignorance. Et à celuy ſur lequel lon crie par vne ſeule notification, qui ſera faite à perſonne ou à domicile. Aliàs ſi leſdites criees & adiournement pour auoir confermer, ne ſont faits en la perſonne ou domicile du proprietaire poſſeſſeur des choſes, leſdites criees & adiudication de decret ſont nulz.

ORDINIS huius deſcriptio diligenter obſeruari ac retineri debet, vt iuri & æquitati conſona: quam, vt à lege ciuili admiſſa eſt, repetam. Primò, debitum & hypothecam ſubeſſe oportet aut inſtrumento aut ſententia. l.cùm proponas. C.de bo.auto.iudi.poſſ. Secundò, res pignori capi debent iudicis officio non creditoris autoritate.l.ij.C.ſi in cauſ.iud.pig.capt.ſit.& l.extat. ff.quod met.cauſ. Tertiò, id debitori ſignificandum eſt. l.ij.& iij. C.ſi prop.publ.penſita. & l.creditor, hypothecas cùm proſcribit, notum debitori facere. C.de diſtr.pigno. & l.debitores *Subhaſtādi ordo & formula.*

prius denunciationibus conueniendi sunt.C de pigno.Olim quotiens sub hasta quid erat expediendum,totiens debitori id notum fieri oportuit.l.de vno quoque. ff.de re iud. vt dicit Masuer.in tit.de executione.versic.item vt materia, ibi, & hoc similiter seruiens tenetur notificare. Quartò, committi debet curator bonis pignori captis, qui pendente subhastatione fructus leuabit.l.creditorem. ff.de bon.autor.iudi.poss. Quintò, is debet fructus aut locare,aut vendere. l.in venditione. §.si quis.ff.illo titu. Sextò, vt fiant proclamationes in publicis locis, vt in foro & in templo diebus nundinalibus & festiuis, & breuiculum facti palo,compitis, aut templi foribus affigi debet.auth.hoc ius porrectum, ibi,publicè sit notum.C.de sacros.eccles.tunc enim nullus erit qui ignorare videatur.§.licentiam.in auth.quomo.opor.episc. facit l.sed & si pupillus. §.de quo palàm. ff.de instito.act.& c.quanto.de præsumpt.& ca.qui & humanis, xij.quæst.ij. Fiunt enim hæ proclamationes præconiæ duabus de causis. Prima, vt hi quorum interest adsint si volent. d.l.de vno quoque. Secunda, vt pluris veneant pignora,neq; vlla fraus fiat.d.auth.hoc ius porrectum. & glo.in l.j.C.de fid. instru.& iur.hast.fisc.lib.x. Quòd si ex superioribus aliquid omissum sit, omnia rescindentur,& irrita pronunciabuntur,pignusq; cum fructibus debitori restituendum erit.d.l.j.in fi.C.de fid.instru.lib.x. Octauò,debent ea quæ facta sunt publicari in iudicio,& ibi aut confirmari,aut respui,vt infrà dicemus,§.seq.

Proclamationes quare publicè fiat in auctione.

§. CXLIIII.

ET SI pendant lesdites criees suruiennent aucuns opposans, les doit receuoir à opposition:& pour icelles dire,leur doit bailler iour par deuant le Iuge, duquel est emanee la commission, au iour quil donnera pour voir confermer lesdites criees: si nestoit que les heritages criez fussent en diuerses chastellennies & iurisdictions: auquel cas, se donnera lassignation pour voir confermer les criees,& aux opposans pour dire leurs causes dopposition par deuant le Seneschal de Bourbonnois.



EXECVTOR intercessores debet admittere, nulla tamen cognitione eorum quæ prætenduntur audita. l.si vt proponis. C.de execu. rei iud. & c.super quæstionum. in princ.extrauag.de offic.deleg.notauimus suprà §.cxlij. Sed tamen ne eo modo differatur executio,potest executor denunciare,se sublata oppositione, aut appellatione, absque tamen harum præiudicio quod sibi mandatum est executurum : vt §.superiori cautum est: nec ex eo oppositiones reijcere videtur, sed reseruare potius: cùm in quarta tantùm proclamatione admittendæ sint, & ad id tempus reijciendæ,quo de confirmatione auctionis agendum erit, vt dicit Io.Fab.in l.si eo tempore.C.de remiss.pigno. Et quia talia expedienda sunt ex regionis vsu, vt dicit Boer.in decis.clxxvij.numer.6.in ij.parte.coram iudice acta legi debent, & per curiales audiri & discerni, an rite procedant aut econtra : & ex eorum opinione & testimonio aut confirmantur aut infirmantur : vt dicit Bald. in l.j. C.vt quæ desunt aduo.part.iud.sup.constit.regis Fran.art.lxxix.idem edictum est.

Auctionis certificatio necessaria.

PARD

GALLVS, quæſt.cxlvj. cenſuit id expediri debere coram iudice rerum quæ proſcribuntur.per l.cùm vnus. §.is qui poſsidet. cum glo.ff.de bo.auth.iud.poſſ.Contra tenuit Fab.in l.j.C.ſi in cau.iud.pig.capt.ſit.vt ſcilicet iudex qui tulit ſententiam proſcriptionem ipſe exequatur, earum etiam rerum quæ extra ſuum territorium ſitæ ſunt.facit text.in l.à diuo Pio.§.ſententiam.ff.de re iud.& l.ij.C.ſi in cauſ.iud.

§. CXLVI.

LES criees doreſenauant ſe feront à iours certains & determinez, ſans ce que lon les puiſſe prolonger ny abbreger, ceſtaſauoir que du iour de la prinſe & ſaiſie iuſques au iour de la premiere proclamation & vente y aura quinze iours: & dudit iour iuſques au premier peremptoire autres quinze iours, & dudit premier peremptoire au ſecond, & du ſecond au tiers, & du tiers au quart, à chacun diceux quinze iours: comprins les iours de prinſe, vente, & chacun deſdites quatre criees: comme de Lundi en Lundi. Et ſi ledit iour de Lundi enſuiuant eſt iour ferié, laſsignation ſe rameine au Mardi: & ſera lors conté de Mardi en Mardi: & ſera ainſi fait es autres criees enſuiuans. Et ſont les iours feriez, eſquelz lon ne peult faire, ny paſſer leſdites criees, les iours de Dimenche, de Noel, Paſques, Penthecouſtes, Circoncision, le iour des Roys, Laſcenſion, la feſte Dieu, Touſſaints, les feſtes de Noſtredame, des Apoſtres, des Euangeliſtes, & la natiuité ſaint Iean Baptiſte tant ſeulement.

ID EST quod dicit Calliſtratus in l.debitoribus.in fin. ff.de re iudi.pignora, inquit, capiantur, eaq; ſi intra duos menſes non ſoluerint, vendantur. Maſuer. dicit quadraginta diebus id perfici. & ideo tantùm decem dies qualibet proclamatione includi. Hoc autem ſtatuto, & iure etiam digeſtorum quindecim dies dati ſunt, id eſt, pro quatuor proclamationibus ſexaginta dies, qui menſes duos vtiles complent. id tenet Boët.quæſt.xlv.numer.2.in j.parte. Iure nouiſsimo deſignati ſunt viginti dies.authen.hoc ius porrectum. C.de ſacroſ.eccleſ.& glo.in l.j.in verb.omni ordine. de ſi.inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.x. C.glo. in l.fi.C.de execu.rei iud. quatuor menſium ſpatio includit, tamen id iudicis arbitrio remitti vult, prout tulerit rei qualitas. quod admiſſum non eſt. Hodie in patria iuris ſcripti tres menſes auctioni perficiendæ conſtituti ſunt, qui ad duos menſes vtiles ſatis aptantur. glo.in verb.à nobis. in l.fi. §.ſinautem. C.de bo.autori.iud.poſſ. tempus certum à iure præfinitum non eſſe dicit, licet ibidem in text.Iuſti.Imperat.aſſerat ſe conſtituiſſe. Hic item nominat

Auctionis perficiendæ tempora.

Quæ tempora auctioni præſtituta in patria iuris ſcripti.

minatim statuentes expresserunt dies, quibus superiora expediri non liceat. qui dies maiore apud nos honore, pro sanctimonia, maiore etiam reuerentia censentur, quàm vt in eis aliquod per præconem (cuius vox, atque ipsa etiam præsentia simplicioribus hominibus horrida semper visa est) aut alioqui durum, aut inhumanum attentare permittatur. vt dicit præclarus text. in l.fi.C.de fer. Guido Pap. quæst. ccxv. quid huius rei vsus ferat, & quid iuridicum sit planè & dilucidè aperit. Et quia huius decisio horum statutorum compilationem præcessit & inuicem conueniunt, verisimile est Guid. statuentibus formam dedisse, quo ad expreßionem feriarum attinet. Ille enim & autoritate & fide eum hodie locum apud omnes obtinet, vt quæ ab eo dicta, scripta, aut recitata sunt, vbique ferè pro rebus ritè iudicatis seruentur. Notandum postremò, nullum ex superioribus sacris diebus vigiliam sanctiorem habere, quàm Pasch. diem, cuius vigiliam sacram & feriæ priuilegio dignam esse, cæterorum verò non esse vbique compertum est. Audiui tamen à Ioan. Delingendes homine & literato & Burbonijs moribus exercito, id vtcunque obseruari in ea prouincia.

Guid. Pap. laus.

§. CXLVI.

EN PROCES de criees garend formel nha lieu quant au debteur principal ou heritier declairé, ou tiers detenteur, s'il y ha sentence, ou declaration precedente contre le tiers detenteur.



QVANTVM ad personaliter obligatum, aut eius hæredem, res dubium nullum vnquam habuit, cùm id ferat obligatio personalis, quam specialiter creditor prosequi potest: nec in causam proprij debiti, alium subijcere debitori licuit. l. ob causam. C. de actio. & oblig. tamen possessor tertius eo excludi non debet: cùm in rem magis quàm in personam agatur id quod in eum expeditur. Verùm cùm creditori lex ciuilis obtulerit optionem, vt aut personali actione, si malit, agat, aut hypothecaria duntaxat, si eam habeat expressam. l. distractis. C. de pigno. & l. est in arbitrio. C. de actio. & oblig. possessori tantùm id relictum est, vt creditori offerat aliàs debitoris possessiones hastæ subijcere suo sumptu: & ea fuit opinio Masuer. & not. in l. Moschis. ff. de iure fisc. tamen habet possessor ius debitorem conueniendi pro euictione futura, & alios possessores vt pro virilibus debitæ pecuniæ onus in se suscipiant: sed tamen id neque eum eximit, neque auctionem remoratur.

Debitor aliũ nõ subijciet.

§. CXLVII.

SI PENDANT le proces des criees, le poursuiuant criees va de vie à trespas, son heritier en procedant, sans nouuel adiournement ou commißion, peult reprendre le proces, & iceluy continuer contre celuy, sur lequel lon crie, & contre autres opposans: car par le deces dudit poursuiuãt, les criees ne sont interrompues. Mais si le poursuiuant criees, par appointement, ou negligence,

ou intelligence auec celuy sur lequel lon crie, est negligent de poursuiure le proces des criees, lun des opposans se peult faire subroger au lieu du poursuiuant : Et sera tenu ledit poursuiuant bailler lesdites criees audit subrogé, en le rembourçant desdites criees, dont en la fin sera satisfait par le proprietaire.

IOAN. FAB. in l. si eo tempore. num. 5. C. de remiss. pigno. huius rei meminit, resoluitq; ei qui auctionem prosecutus est suo sumptu, morantiq; illam exequi, omnia quæ erogauit esse restituenda ab eo qui rem reuocat suo nomine. alleg. l. fi. C. de bon. auth. iud. poss. & id idem Fab. repetit in simili, in l. j. num. 2. ibi, signatas. C. de req. re. morante etenim creditore qui proscriptionem cœperat, si alius existat, qui id munus exequi velit, admittendus est : curatorem autem bonis administrandis datum mutare non potest, aut ex integro negotium resumere, sed venditionem persequi poterit: ita vt quæ ex pretio contracta erunt omnibus pro portione præstentur. vt dicit text. in l. fi. ff. de cura. bo. dan. *Auctionem cōtinuare alius potest, licet alius cœperit.*

§. CXLVIII.

EN MATIERE de criees lon peult encherir pendant le proces, en quelque estat que la cause soit, & iusques à lexpedition & deliurance des lettres de decret.

DIVERSVS est regionum vsus in eo tempore præfiniendo, intra quod res auctioni suppositas licitare licet. Senatusconsulto Paris. anno 1492. & alijs pluribus erat sancitum, vt admitteretur licitans quoad sigillo decreti tabula esset notata. vt retulit Imbert. lib. j. sua Institut. In Aluernia eousque pretij augendi facultas est, quoad res sub hasta venalis nouissimo licitatori plenè tradita sit, adeo vt nihil supersit exequendum. idq; arresto probatum est Molinis anno 1540. die 27. Septemb. facit pro eo text. in l. non est mirum. ff. de pigno. actio. Sciendum est, inquit Vlpi. vbi iussu magistratus pignus constituitur, non aliter constitui nisi ventum fuerit in possessionem. facit text. in l. si tempora. C. de fid. instru. & iur. has. fisc. lib. x. & glo. in l. j. in verb. autoritas. C. si in caus. iud. pig. cap. sit. & l. ordo. C. de execu. re. iud. æquum enim est vt ea omnia fiant, quibus pretium augeri posit, alioqui si dolo, aut negligentia res viliori pretio vendita & quodammodo abiecta sit, tunc de dolo actio datur aduersus exequenté domino rei. verba sunt Vlp. in l. si pignora. ff. de euict. in fi. *Tempus auctionis pretiū augendi.*

§. CXLIX.

LE DERNIER encherisseur est contraint par detention & emprisonnement de sa personne, de consigner au greffe les deniers de son enchere, dedens huit iours apres ladite enchere faite et deliurance de decret, sinon q̃ de ladite adiudication y eust appel.

EXT. EST in §.si autem.l.j. C.de bo.autori.iud.poss.& in l.à diuo Pio.§. sed & si emptor. ff.de re iud. Masuer. pretium deponendum dicit apud acta curiæ, alioqui venditionem reuocari.in tit.de subhast.vers. emptor autem scripsimus infrà §.clj. Notandum hic iure antiquo in emptorem manus porrigendas non esse vt carceri detineatur.d.§.sed si emptor.ibi, vtrum aduersus emptorem porrigere manus debeant, & cætera.

§. CL.

ASSIGNATION escheant par deuant le Iuge, sur la confirmation desdites criees, si les appellez en particulier & general sont deffaillans, les criees doiuent estre confirmees, pourueu que elles soient solennelles, & faites comme dessus. Et sera fait droit aux opposans, par discussion de priorité ou posteriorité, & au poursuyuant lesdites criees: & lheritage adiugé au dernier encherisseur, à la charge des droits & deuoirs seigneuriaux, feodaux & directz seulement, sans aucuns arrerages diceux, etiam si les Seigneurs pour raison diceux ne se soient opposez. Et aussi à la charge des fraiz desdites criees. & sont lesdits fraiz de criees, ceux qui sont faits pour la prinse, saisie, vente & peremptoire, interposition & deliurance de decret.

Auctionis causa qui nominatim vocandi sint.

OMINATIM debent vocari dominus, & hi de quorum præiudicio agitur. l.si deserta. & ibi Bart.Bald. & Ang. C.si propt.publ.pensita. per illum text.& glo. in l.de vnoquoque. per illum text. ff.de re iud. & text. in l.cùm verò.§.euocari autem à Prætore oportet eos.ff.de fideicom.libert. Item vocari debet possessor rei proscriptæ. l.officium. C.de rei vend.& l.ij.C.vbi in rem act.secus si pro alio tantùm detineret, quia tunc satis esset vocari eum, cuius nomine possidetur. per not.in c.quoniam frequenter. §.quod si super. vt lit.non contest.Boër.decis.cclxxvij. num.5. in ij.parte, regium procuratorem nominatim vocari debere dicit, si regis interest: interesse autem præsumitur. Ideoq; sæcurius aget creditor si omnia communicet procuratori regis, ante quàm iudex confirmet, aut decernat licitationes.

§. CLI.

LACHETEVR, soit creancier ou autre, est tenu consigner reaulment & de fait, le prys pour lequel les heritages luy seront adiugez, ou deliurez, es mains du greffier ou autre commis par le Iuge qui ha fait linterposition & adiudication, lesdits deniers contez & nombrez, en luy deliurant le decret desdites choses

vendues

vendues ſi dudit decret neſt appellé : autrement non. ſinon que lacheteur fuſt creancier : & que ledit prys, ou partie diceluy luy euſt eſté adiugé, & quil fuſt preferé es autres. Auquel cas, ſera tenu ſeulement conſigner la ſomme qui excedera ſon deu, pour lequel il eſt preferé.

IOAN. FAB. id adnotauit in l.ſi eo tempore. C.de remiſſ.pigno.dubiumq́; mouit, quid iuris ſtatuendum ſit, ſi res proſcripta fuit, & eius pretium executori numeratum eſt, qui id conſumpſit, & ſoluendo non eſt? reſoluit debitorem liberari.alleg.l.quæſitum.ff.de diſtr.pigno. ſibi enim creditor debet imputare, qui talem elegit, & conqueri non poteſt.l.cum mandato.ff.de mino.§.præterea.Inſti. quib.mod.toll.oblig. Sed hodie id admiſſum non eſt. nam executori pecunia numerari non debet, ſed iudici.l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor cui pignora ſunt addicta, exequente iudice, pretium non ſoluat. ff.de re iudic. Diximus ſuprà §.cxlix. Numeratio autem pecuniæ fit ab emptore, cùm auctionis decretum recipit.tamen ille prius debet numerare & deponere, quàm decretum recipiat. quotiens enim quis dare & recipere ſimul debet, prius eum dare oportet, quàm recipere.l.Iulianus.§.offerri. ff.de actio.empt.& l.venditor. §.fi.in fin. ff.com.præd.& l.ædiles etiam. §.fi.iuncta glo.fi. ff.de ædil.edicto. *Auctionis pretiũ executori numerandum non eſt, ſed iudici.*

§. CLII.

ET TOVCHANT les autres debtes pretenduz par les creanciers oppoſans & à iceux adiugez, ſera ledit prys entre eux diſtribué, ſelon lordre de priorité & poſteriorité, eu eſgard à lantiquité, priuilege, & qualité deſdits debtes ainſi comme de raiſon. Et en cas de deſconfiture, qui eſt touchant les oppoſans, en lordre de diſcuſsion entre les perſonnelles, ſi du prys en ladiudication de decret, apres les hypotheques payees, ny ha argent ſuffiſant pour icelles payer: en ce cas, qui eſt cas de deſconfiture, ſe payeront leſdits oppoſans ſur le prys reſtant au ſol la liure.

CONTRA, ſi quid ſupereſt, debitori reſtitui debet.l.debitoribus. in fi.ff.de re iud.& l.quamuis.§.fi.ff.de pign.act. Alio capite, ſecundum ius ciuile, hic §.præſentes creditores admitti iubet, vt feret crediti qualitas, priuilegium, & tempus. Tenentur autem ſigillatim ius ſuum declarare, & inſtrumenta exhibere, vt diſtributio rite fiat.tex.eſt in l.ſi eo tempore.C.de remiſſ.pign.& l.ad peremptorium. cum l.ſeq. ff.de iudi.not.Bart. in l.ſi tempore. C.de fide inſtru.& iur.haſt.fiſc.lib.x. Dominus autem directus pro cenſuum reliquijs, ſi quæ illi debentur, alijs omnibus præfertur.l.etiam.ff.qui potio.in pigno.hab.& l.j.in fi.C.ſi prop.publ.penſit. *Dominus directus præfertur cæteris.*

§. CLIII.

EN CHOSES vendues & adiugees par peremptoires, euiction nha point de lieu.

Euictionis nõe an agatur in auctionibus.

SI PIGNORA, inquit Vlpia. veneant per apparitores Prætoris extra ordinem exequentes, nemo vnquam dixit dandam in eos actionem, re euicta. l.si pignora. ff.de euictio. Hodie ita vtimur, vt debitor euictionis nomine nullo modo teneatur, nisi specialiter id cauerit. Iure autem ciuili tenebatur: sed eius erat optio, vel vt pretium restitueret, aut quantum intererat emptoris solueret. l.eleganter.in prin.ff.de pigno.act. Codicis autem legibus ea non data est optio, sed simpliciter restitutio pretij.l.si ob causam.C.de euict.facit l.si plus vel minus.ff.illo tit.

§. CLIIII.

LE SERGENT ayant fait criees, est tenu de faire proces verbal des criees: & nest tenu le garder, que iusques à six moys, pendant lesquelz il est tenu, sil en est requis, bailler copie desdites criees, & proces verbal, moyennant salaire competant: de laquelle copie, en cas dappointement, dissimulation, ou departement fait par le creancier poursuiuant lesdites criees, les autres creanciers se pourront ayder.



Tempus competens sex mensium.

HIC §.ab §.cxlvij. superiore interpretationem recipit. Nec verò in omne tempus tenetur apparitor acta sua obseruare, ne hoc perpetuo timore angatur. Hoc item statuto mihi satis cautum esse videtur, his quorum interest, sex mensium præfinitione, quibus si omnino obdormierint, meritò sui iuris desertores iudicandi sunt. Iura enim nõ desidibus, sed vigilantibus scripta sunt. l.pupillus.ff.quæ in fraud.credito. Et cùm eo tempore quo prædia distrahebantur, programmate admoniti ius suum executi non sunt, videri debent obligationis ius amisisse, vt dicit tex.in l.si eo tempore.C.de remiss.pigno.

TAVXE DE DESPENS, ET AMENDES.

TITVLVS XIIII.

§. CLV.

TAVXE de despens se doit faire par le Iuge, eu esgard à la qualité des personnes, distance des lieux, & merite de la cause. Et reuoquee & abrogee lobseruance daucunes chastellennies dudit païs, par laquelle nestoit tauxé aux parties, qui obtenoient despẽs,

de quel

de quelque qualité quilz fussent, ny quelque distance de lieu quil y eust, sinon la somme de cinq deniers tournois par iour, ou autre petite somme raisonnable.


OAN. FAB. in §.hæc autem.num.4.ibi,secundum qualitatem causæ & personarum, & consuetudinem fori. Instit.de pœn.tem.litig.iudici expensas taxanti hanc legem constituit: vt obseruet ne quid profusius erogatum audiat, vt si in leui causa plures aduocati offerantur, & alia quæ occurrunt,& quæ causæ aut litigatoris qualitas non admittat. Id enim tantùm desumendum est,quod iustè & necessariò victor impendisse videbitur: idq; adhuc moderatè, non autem quod voluntariè.vt dicit Ias.in consi.4.col.4.vers. tertio libri exhibiti.volu.iij. Accurs. in glo. in verb.eum oportere. in l.idem §.idem Labeo. ff.mand.& ibidem Bald. & Iacob.Areti. & in l.à tutoribus. ff.de admi.tuto. notauit rusticum,cùm debeat ire pedes & non equitare,si eques eat,non repetiturum expensas, nisi quatenus eum peditem expendere potuisse verisimile est: cùm in expensis taxandis sit sequenda sua consuetudo. Inno.in c.finem litibus.de dol.& contu. tenet, deducendum id quod domi erat litigator expensurus, si in iudicium non venisset. idq; tenet Fab. in d.§.hæc autem. per not. in l.eum quem temere. ff.de iudic. Panor.in d.c.finem litibus. in pen.col.idem tenet. moderatur tamen verum tantum esse, si victor domi viuat sine lucro, non autem si artifex opera sua victum quærat. Hodie verò siue frugi homo sit,& qui alioqui sibi sufficere posśit,siue segnioris vitæ, & qui se exhibere nequeat, nihil deducitur. vide eundem Fab. in l.sancimus. C.de iud.Masuer.in tit.de expensis.in fi.tenet. Quòd si ratione personalis priuilegij is, cui debentur expensæ,non erogauit quæ iure communi erant eroganda,vt aduocatus sigilli taxam, ea taxanda non esse, & non deberi.alleg.Cyn. in l.neque per se. C.de hæred.instit. & in l.omnimodo. C.de inoff.testa. Notandum præterea quod dicunt Bart. & Bald. in l.si.ad fi.C.de fruct. & lit.exp.eum qui obtinuit expensas, non posse patrocinij expensas consequi,quòd aduocatus amicus,aut affinis gratis præstitit. Tamen contra obseruatur, vt & æquum est,prout tenet idem Barto. sibi contrarius in l.quod si domus.per illum text. ff.loca.hic enim ad antidora obligatus est. l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit.hæred.ideoq; tantundem ei abesse videtur. l.si quis mandato.ff.de nego.gest.id apertisśimè disputat Tyraq.in tit.de ret.lig.§.xx.glo.4.num.5. & sequen.

Expēsa quomodo taxandæ.

Rustici equitu expensa non taxant.

Expēsa qua domi fieri poterant an deducantur.

Expensa nō erogata ob priuilegium an taxētur.

Expensa patrocinij gratu præstiti an taxētur.

§. CLVI.

LES SERGENS de Madame qui font exploits dexecution, ont pour la prinse des biens, douze deniers tournois. pour le iour de la vente douze deniers tournois.& quand ilz reçoiuent achetz de gages douze deniers tournois.Et ou ilz font exploits dasseuremens, empeschemens, maintenues, & gardes, & autres exploits formelz, ilz ont es villes franchises & parroisses ou ilz sont de-

meurans, pour leur exploit quilz ſont tenus de bailler par eſcrit, deux ſolz tournois pour tout. Et pour vn adiournement ſimple ſil eſt rapporté verballement, cinq deniers tournois: & ſil eſt rapporté par eſcrit, dix deniers tournois. Autre choſe eſt, ſi leſdits ſergens font leurs exploits hors leſdites villes franchiſes & parroiſſes ou ilz font leur demeurance, auquel cas leur tauxe ſe fera à larbitre du Iuge, qui doit auoir la cõgnoiſſance deſdits exploits.

Seruienti quod ſalarium dari debet.

IVDICIS arbitrium ceſſat in ſuperioribus, quæ ſtatuto conſtituta ſunt.arg. c.ſi quem pœnituerit.ij.quæſt.iij.& ſtatutum tantum ſequendum eſt.vt dicit Iaſ.conſil.97.vol.iiij. In cæteris verò iudex ſequi debet quæ ſcripſit Io.Fab. in §.tripli.num.1.& in glo.ibi,ſecundum conſuetudinem.& num.5. Nec enim,inquit ille,ob quantitatem rei de qua agitur, apparitori ſalarium maius dabitur,ſed tantùm ad menſuram laboris,& ad locorum diſtantiam : Plus enim extra vrbem, quàm intus debetur. Conſt.reg. Fran.art.clxxxv. turonenſes ſolidi viginti ſingulis diebus taxati ſunt.vide eundem Fab.in §.quadrupli.Inſtit.de actio.

§. CLVII.

EN GROSSE deſcritures, chacune pagee de feuillet doit contenir vingt lignes : & chacune ligne douze ſyllabes. Et en groſſe de ſentence diffinitiue, ou interlocutoire chacune peau doit contenir cinquante lignes, & chacune ligne cinquante ſyllabes.

CONSTITVTIO regis Ludo.XII. artic.cj.per hoc ſtatutum optimè declaratur, quæ membranis ſingulis ita deſcriptis pretium xx.ſolidorum conſtituit.

§. CLVIII.

LES SENTENCES interlocutoires, ou diffinitiues excedans vne peau de parchemin, doiuent eſtre tauxees par les Iuges qui les ont donnees, auant que le greffier en puiſſe demander aucune choſe es parties : autrement elles ne viennent en taxe : & ſi les greffiers font le contraire, ilz ſont contraints rendre aux parties ce quilz en ont receu.

Recipiẽs vltra quã liceat.

IVRE communi ſi quid vltra taxationem exactum aut acceptum eſt,in eum qui exegit pœna quadrupli indicenda eſt.§.quadrupli.Inſtit.de actio.etiam ſi gratis oblatum ſit. Imo & offerens multari poteſt, vt not. in l.nemo exterus.C.de iudi.hic verò mitius agitur,cùm reſtitutione ſola plus recipiens liberetur.

§. CLIX.

§. CLIX.

SI APRES ladiournement posé en matiere ciuile, & auant lasſignation eſcheue, & rapport fait par le ſergent, les parties ſont dappointement, & le font aſauoir audit ſergent, ledit ſergent ne les peult relater : & ſil le fait, & les parties alleguent ou prouuent ladite notification, il ny ha clame, ny amende contre aucune deſdites parties: & eſt le ſergent amendable & tenu es dommages & intereſts.

HODIE multatur non tantùm qui temere litigauit, ſed etiam qui vtcunque ſuccubuit, etiam ſi initio offerat & fateatur. & is clamorem (ſic enim vulgò vocant) tantùm debet, quæ minor eſt. Quòd ſi differat, diemq; ſibi datum acceptet, defenſurus, maiorem ſummam debet, etiam ſi nihil excipiat. Quòd ſi conteſtetur, dolum emendabit grauiori multa. Aequum enim eſt, vt qui in malitia diu perſeuerat magis puniatur. l. quicunque. C. de ſer. fugi. infrà latius dicturi ſumus ſuo loco. Satis eſt hic adnotaſſe, domino iuſticiario, non ipſa in ius vocatione, ſed ſolà audientia ius quæri. Domini iuriſdictionalis ſolent has multas enixè obſeruare, atq; etiam curioſius aucupari & exigere, vt fructum ſuæ iuriſdictionis ordinarium. Dantur autem in contumaces etiam ciuiliter : item & in præſentes ſi differant : & ſi non differant, imo confiteantur & offerant debitum. & in pluribus locis fiunt iniunctiones, vt vocant, confitentibus, vt infrà decem dies ſatisfaciant, ſub pœna ſummæ certæ quæ fiſco quæritur, his diebus elapſis ſi non ſatisfactum eſt. idq; ius, licet iniurium & planè auarum, vſus admiſit, contra bonum & æquum, vt dicit Io. Fab. in tit. commi-nat. program. C.

Multa in litigantes.

Iniunctiones ſoluendi ſub pœna no tolerandæ.

§. CLX.

POVRCE que audit païs & Duché de Bourbonnois, y ha diuerſes tauxes damendes, & que les amendes des actions perſonnelles, petitoires, poſſeſſoires, ſauuegardes, mainmiſes, executions, aſſignemens, & autres inſtances ſe tauxent à diuerſes ſommes, & en diuerſes manieres, & quil y ha diuerſité duſage en diuers lieux, les tauxes dicelles amendes ſe feront ſelon que de tout temps ha eſté obſerué et gardé, par ce quon ny ſauroit donner ny aſſigner couſtume generale.

QVIA IN hanc compilationem certa lex huius rei reddita non eſt, ſed ad particulares municipalium mores reuocatum negotium, dicendum erit non merum ius ſed factum eſſe : & vbi de eo quæritur, vſum oportere proponi & probari non ita ſi res his ſtatutis declarata eſſet : ſtatuta enim certa ſunt & defini-

Conſuetudo non ſcripta probanda.

ta, vt meritò scripti iuris nomine censeantur: nec probatione indigeant. l. ab ea parte. ff. de proba. illud ius enim semper certum est. vt in procem. digestorum in fi. & §. pro responsis. Io. Fab. in l. consuetudinis. numer. 13. C. quæ sit longa consu. dicit opus esse exhibitione & productione statutorum articuli, qui ad materiam de qua agitur faciat. allegat §. quidam. in auth. vt iud. sine quoq. suff. fiant. Idem Fab. dat formam in regno Franciæ obseruatam, in consuetudine probanda: Dicitq; turbatim testes inquirendos, vnumq; pro alijs præsentibus respondere solere. Idemq; ibidem num. 14. dat vsum dictæ probationis.

§. CLXI.

QVI iette eau ou autre chose par la fenestre, en rue publique, es villes, sans crier par trois fois, il doit lamende au Seigneur iusticier, & linterest de partie.

HVIVS edicti summa est ratio & vtilitas: quia publicè vtile est sine metu & periculo per vias commeari. l. si putator. & ibi Bart. ff. ad leg. aquil. vnde, inquit Prætor, si in eum locum quo vulgo iter fiet, vel in quo consistetur, deiectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum, factúmve erit, in eum qui ibi habitauerit in duplum iudicium dabo. Verba sunt edicti, quod retulit Vlpia. in l. j. in princ. ff. de ijs qui deie. vel effud. Nec refert an in corpus nocitum sit, an in vestimentum: & rursum an id, an verò aliud corruptum sit. vt ibidem §. hæc autem verba. Pœna igitur dupli est. Nos verò moderabimur edictum quinque casibus. Primò, si effundens aut deijciens ter proclamauerit, ea quidem voce vt audiri & casus euitari possit: tunc enim non tenetur. d. l. si putator. & l. inter. §. qui suscepit. ff. mand. & l. qui foueas vrsorum. ibi, si neque denunciatum est. ff. ad le. aquil. Secundò, si via sit, qua vulgo non commeatur, & eiectum vel effusum sit. nam cùm locus remotus sit, etiam si modò cœperit commeari, locus edicto non est. d. l. j. §. j. de ijs qui deie. Diuinare enim non potuit, an aliquis per eum locum transiturus esset. l. si fideiussor. §. si cùm debitor. in fin. ff. mand. & d. l. si putator. in fi. Tertiò, habet locum, cùm interdiu deiectum est, non autem cùm noctu. l. penult. §. j. eod. titul. Tamen in vrbe, & noctu iter fieri solet, ideoq; siue diu, siue noctu quid effusum est, teneri puto. Quartò, in hæredem hæc actio non datur, quia pœnalis est. l. si verò plures. §. hæc autem actio. & §. fi. illo tit. Quintò, in hospitem qui diuertit non datur, sed in eum qui hospitium dedit. l. j. §. hospes. illo titu. Adderem sextam limitationem, si per verba statuti liceret, vt scilicet deijciens non teneatur, si nemini nocuit: verba enim cum effectu sunt accipienda: adeo vt si effundens, aut deijciens nihil effecerit, quod commeantis intersit, multari non debeat. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exim. & l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. Item & licet iure ciuili conatus simplex puniatur sæpius: l. is qui cum telo. C. ad le. Corn. de sica. eo solum inspecto quod nocere potuit in his leuioribus. l. si idem. ff. de iurisd. omn. iud. & l. iij. §. j. ff. de vi & vi arma. Verùm vsu Franciæ generali id abrogatum est: nec tenetur qui non nocuit. Tamen statuti textus simpliciter edixit, sub his verbis, qui iette eau sans crier, il doit lamende. nec adiecit, & qui ha donné interest à aucun, ou qui

Deijciens quãdo non teneatur.

Deijciens si nõ nocuit an teneatur.

ou qui ha ietté eau sur aucun, ou sur son vestement: sed simpliciter. ideo offensam desiderasse non videtur: & huic cum lege ciuili conuenit. Prætor enim prospexit, ne posset noceri: & expectandum non est vt noceat, sed omnino aduertendum, an nocere potuit: & ideo coërcebitur, siue nocuit, siue non nocuit. verba sunt Vlp. in l. si verò. §. Prætor ait. ff. illo tit. de his qui deie.

§. CLXII.

ON NE peult mettre chanure, ny lins, chaulx, ny autres choses portans poison, en estang, pescheries, gours, ou marets, appartenans à particuliers, sans leur vouloir & congé: autrement on est tenu à lamēde enuers le Seigneur iusticier, & à linterest de partie.

CAPITE tertio legis Aquiliæ superiora comprehensa sunt. ait enim lex: Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occisam, si quis alteri damnum fecerit, quod vsserit, fregerit, ruperit, quanti ea res erit, tantum æs domino dare damnas esto. Nam ruperit, inquit Vlpia. sic veteres intellexerunt, corruperit. & ideo si lolium, aut arenam in segetem alienam inieceris, quo eam inquinares, si item frumento arenam immiscueris, aut vinum spurcaueris, lege Aquilia teneberis. l. si seruus seruum. §. tertio autem. & §. inquit lex. §. cum eo planè. §. item si quis. & §. si oliuam. ff. ad leg. Aquil. *Corruptor aut aquarū, aut segetū.*

§. CLXIII.

QVI recourt, ou rauit ses bestes de celuy qui en ha fait la prinse pour les mener en iustice, il est amendable.

LEX CIVILIS pro hac parte prospexit: vt nemini liceat vi rapere, vel rem mobilem, vel se mouentem, licet suam rem eandem existimet. dicit text. in §. quia tamen. Instit. vi bon. rapt. huius enim actionis proprium est, vt mobilia aut se mouentia ablata sint. l. j. C. illo titu. Tamen in hoc casu is qui animalia sua vi exemit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur, vt dicit Vlp. in l. ij. §. hac actione is demum tenetur. ff. illo tit. vbi Accurs. criminaliter eum puniri dixit. in glo. in verb. multabitur. pœnam autem assumit ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ tamen eo tempore nondum exierat. & licet post multum temporis, ea lege contra eos qui vim exercent etiam in rebus suis repetendis prospectum sit, & ea in mobilibus locum habeat, quemadmodum in rebus soli, vt ibidem dicit Accurs. in glo. Tamen eius rigor hodie in Francia exoleuit, sed non in totum: cùm huius facti postulatus multandus sit pœna arbitraria: vsuq; nostro tandem ad primum ius res rediit. & ideo hodie sequimur sententiam Vlpia. in d. §. hac actione. *L. si quis in tantā. hodie abfoleuit.* Extendemus statuti dispositionem. Primò, etiam si is qui animalia abduxit non iure cæpit, quia siue iure, siue iniuria id factum fuerit, vis omnino prohibetur. Et totiens vis committitur, quotiens etiam suum non iure reposcit. l. extat. ff. quod met. caus. l. ij. ff ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. Secundò, etiam si animalia producantur in *Eripiēs animalia sua capta quando teneatur.*

eam custodiam quæ fuerat interturbata, nihilominus tenetur qui vi exemit. l.non prodest. ff.vi bon.rapto. nec obest l.si per alium. §.docere. ff.ne quis eum qui in ius voc. quia ibi vis illata non est, sed forsan quodam commento retinuit, aut moram fecit qui in causa est ne vocatus veniat. Tertiò, non liberaretur etiam offerens soluere id quod interest, aut præstare id cuius causa animalia erant in ius producenda: nihilominus enim pœnam debet. l.fi.ff.illo tit.ne quis eum. Quartò, non tantùm huic statuto locus est, cùm animalia vi erepta sunt, sed etiam cùm sine vi exempta sunt. *Fripere qd. Eximere.* Eripi enim dicimus id, quod de manibus per raptum aufertur. eximi autem cùm quid quoquo modo aufertur siue auersione, siue dolo, aut alio quouis modo. hæc omnia probantur per text.in l.sed eximendi.in princ.ff.illo tit.ne quis eum.

§. CLXIIII.

SI AVCVN couppe, ou abbat arbres faisans limites de iustice, forestz, territoires, ou autres choses, il est amendable : & est tenu es interests des interessez.

LEX HAEC à Solone primùm ædita est, in eum qui sepem, vel maceriam iuxta alterius prædium effoderit. quam Græco sermone retulit Iurisconsultus in l.fi. ff. fini.regundo. & alibi Callistra. Qui finalium, inquit, quæstionum obscurandarum causa, faciem locorum conuertunt, aut ex arbore arbustum, aut ex sylua cædua nouale, aut aliquid huiusmodi faciunt, pœna plectendi sunt, pro persona & conditione & factorum violentia. l.agraria lege. in fi.ff.de term.mo. Eáq; quæstio criminalis est. Et si dicantur termini deleti, exarati, aut obscurati, iudex qui de crimine cognoscit, de his cognoscere debet. dicit text. in l.sed & loci. §.si dicantur.ff.fini.regund. Et ideo vt dicit Impera.in §.fi. Instit.de offic.iud.eo quoq; nomine condemnandus est quisque, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit, quia arbores finales excidit, &c.

Limitu forma immutari non debet sepis, aut arboru incisione.

§. CLXV.

TOVTES amendes arbitraires se doiuent tauxer sur le champ, ou en prononçant & donnant sentence & appointement.



CONSTITV. regis Ludo.x i i. publicata anno 1499. artic.cxxij.idem sancitum est his verbis : Toutes amendes seront tauxees par vn mesmes registre auec la condemnation, appellez noz aduocat & procureur, & autres ayans interests: & eux ouys, sans les tauxer secrettement, ny par registre à part. Quòd si iudex paupertate rei commotus, multam viderit esse remittendam, id eodem iudicio facere debet, & potest. l.illicitas. §.fi.& ibi glo.& Bart. ff.de offic.præsid. & in l.fi. & ibi Io.Fab. C.de mo.multa. c.cùm olim.ij. de restitu.spol. de eoq; fiscus conqueri non potest, cùm eius nihil intersit, & agnoscere posit inanem esse eius actionem, quam debitoris inopia excludit. l.nam inanis. ff.de dol. Tamen si fisco multam iudex adiudicauerit, in alium vsum postea conuertere non debet. l.præcipit. §.prouidentibus.

Multa taxanda eadē sententia.

Multam remittere iudex quando posit.

Multam an iudex in certū vsum posit conuertere.

dentibus.& ibi Bar.& Lucas de Pen.de cano.largit.lib.x.C.& l.duos.in fi.C.de suscepto.& arca.eo lib. Item nec pœnam remittere potest,aut immutare. l.pœnam. C.de pœn. Nec item multam parti debitam pro eo quod eius interest. vt dicit Bald. in l.rescripta.in fi.C.de precib.Imperat.offer.Boër.quæst.cxlix.num.2.& seq.in ij.parte.

DV DROIT ET ESTAT DES PERSONNES.

TITVLVS XV.

§. CLXVI.

FILZ de famille mariez,ou prestres,sont reputez emancipez & maieurs quant à pouuoir ester en iugement, & contracter sans lautorité de leurs peres, ayeulx, ou autres: sinon que autrement fust conuenu en faisant ledit mariage. Et ne retournent lesdits filz de famille, le mariage dissolu, en puissance de leurs peres, ayeulx,ou autres.

HOC STATVTO vbique in Francia vtimur, vt dicit glo.in l.ius autem potestatis. in verb.Romanorum. Instiut.de patr.potest. & idem quo ad filias attinet, vt tenet Boër.decis.cxcvij.numer.9.in j.par.idq; contra quàm iure ciuili fuerat constitutum, quo patria potestas neque coniugio, neque aduentu annorum maiorum finiebatur. l.vxor tua. C.de cond.inser.l.j.& fi.C.de bon.mat.l.inter.§.filiusfamilias.l.maritus.§.cæterum. & l.filiumfamilias.ff.de adult.neque item sacerdotio.authen.presbiteros.& ibi not.C.de epis.& cler.nec item militia,aut consulari dignitate.§.militia enim.Instit.quib.mod. ius patr.potest.solu. Sed eodem iure ciuili durat hæc potestas per omnem ætatem: & tantùm duobus modis soluitur. Primò,emancipatione: est enim emancipatio apud iudicem,quocunque loco is sit,etiam inferiorem,patriæ potestatis renunciatio. l.non nudo.C.de emancip.& l.emancipati. C.de adopt. vide quæ suprà scripsi in gl.emancipationis.§.iij. Addam hic, quemadmodum pater, aut auus liberos suos à potestate sua inuitus non absoluit: sic liberi nolentes emancipari non possunt: quantumcunque pater præsens sit aut velit.l.nec auus.& l.non potest.C.de emancip.§.fi.Instit. illo tit.& auth.quib.mod.nat.effi.legi.§.generale. Dubitauerit quispiam,an dici posit ex eo quod statutum hoc sine patris consensu filium à patria potestate relaxat, num in totum à iure discedatur? quod quamuis prima fronte verum esse videatur,fugienda tamen est quoad eius fieri poterit,iuris communis correctio. Ecce,filius aut filia nòn possunt sine patris consensu matrimonium contrahere,ergo nec emancipari.vt infrà §.ccxxij.vbi latè diximus.pro eo est text.in auth.sed si post. C.de inof.test.idq; vsque ad ætatem xxv.annorum. tamen legibus pontificijs quandocunque licet. etiam ante illam ætatem,vt dicit glo.in l.Paulus.ff.de sta.homi. Iisdem legibus data est libertas filijsfamilias iurandi, & ecclesiastica beneficia suscipiendi, & se in sui iuris statum asserendi post ætatem adultam. ca.puella.xxij.quæsti.ij. & ca.tribus.xxij. quæstio.iij. Rursum quamuis lex ciuilis voto eos noluerit teneri, ob patriam potestatem. l.ij. §.voto.ff.de pollicita. l.viduæ. C.de nup.tamen id canones permittunt.c.j.de delict.

Patria potestas quibus modis tollat.

Pater inuitus non emãcipat,nec itẽ filius inuitus emancipari potest.

Filiusfa. an voto teneat.

 puero.

puero.& ca.honoratur.xxij.quæst.ij.& glo.in l.deo nobis. C.de episc.& cler. Item & eo iure, sacerdotij dignitas patriam potestatem aufert. c.per venerabilem. qui fil.sint legi. c.cum voluntate. §.fi. de sen.exco.glo.in c.indecorum.de æta.& quali. Item & hodie si filiusfa.maior agat,actione aut personali, aut criminali, patria autoritas non exactè desideratur,sed nihilominus admittitur,vt decidit Guid.Papæ,quæst.liiij,idq; ius canonicum probat.vt not.Io.Fab.in l.j.C.de bo.mater. Secundò,patris morte ea potestas tollitur: morte inquam siue naturali siue ciuili.Instit.quib.mod.ius patr.potest.sol.in princ.& §.j.facit l.qui testamento.§.seruus quoque. ff.de testa.& l.quod attinet.& l.penult.ff.de reg.iur.In cæteris verò casibus patria potestas durare præsumitur. Vnum autem duorum casuum superiorum si filiusfa. prætendat, debet probare antequam sui iuris posſit videri. l.filius.& ibi Docto.ff.de proba. item & si alijs modis posſit probari,ij vtique probandi sunt.l.j.& ibi glo.C.de patr.potest.item & consuetudo.vt dicit Io.Fab.in l.j.C.de bo.mater.& in l.non fine.C.de bo.quæ libe.

Filius sacerdos sui iuris est.

Patria autoritas filio agenti an necessaria.

NE RETOVRNENT.

PATRIA potestas non videtur repetita, etiam si omnia sint patri aut filio restituta in pristinum statum.l.in insulam. & l.si pater. C.de senten.pass. Nisi tamen specialiter beneficio principis ad illam pater sit restitutus. §.pari ratione. Institut.quib. mod. ius patr.potest.solui. Hallucinatus ergo est Chassanęus in consue.Burg. in tit. des droits appartenans à gens mariez. §.j. in verb.en puissance de son mary.circa fi. qui tenet, quod soluto matrimonio repetitur hæc potestas. Masuer. tenet contra. & verius in tit.de dot.& matr. in versic item de consue.vxor censetur.Boër. idem tenet quæst.cxcvij.in j.parte.& Tyraq.post leges connubiales,num.66.

Patria potestas semel extincta nõ reuiuiscit.

§. CLXVII.

PAR LE trespas du pere,les enfans sont sui iuris & hors de la puissance dautruy: supposé,quilz eussent ayeul, ou proayeul, ou autre ascendant.

SVPRA satis dictum est.

§. CLXVIII.

FILZ de famille, & femme mariee exerçant marchandise publique, sont & peuuent estre en iugement, tant en demandant,quen defendant, pour raison des choses concernans le fait de marchandise,sans autorité de leur pere & mary. Et des debtes par eux faits, les marys en sont tenuz, & le pere pour lesdits enfans: silz demeurent & exercent ladite marchandise en la maison dudit mary, ou pere, ou ailleurs, souz & au nom desdits pere & mary.

SI FILIVSFA. inquit Vlpia. aut seruus receperit, & voluntate patris, aut domini cauponam exercuerit, in solidum erit conueniendus. l.& ita de facto. §. si filiusfamilias. ff. nau. caupo. stabul. similis est tex. in l. j. §. si is qui nauem. ff. de exer. actio. In filiosa. studij, aut legationis causa absente idem est, vt si huic pecunia quam patris pietas non recusaret credita sit, teneri pater debeat in solidum. l. Macedoniani. & ibi glo. in verb. recusaret. C. ad Macedo. Bald. ibidem, nume. 4. ad filiumfa. mercatorem extendit. Nam cùm, inquit, munus id sit licitum, & publicè vtile, meretur vt eodem iure censeatur. idem Bald. & latius in d. §. si filiusfa. Limitandum erit statutum hoc, si filiusfa. aut vxor probabilem modum in mutua pecunia accipienda non excesserunt, quia ad qualitatem negotiationis res referenda est: vt dicit tex. in l. Iulianus. §. quod dicitur. ff. ad Macedo. licet Bart. in d. l. Macedoniani. teneat contra: cùm in dubio præsumatur negotiationis causa impensum esse, quod creditum est. Superioribus iure communi cautum est, per casus sequentes. Primò, si cum institore negotium gessimus, data est propria actio, quæ institoria dicitur. Secundò, si cum nauis magistro, filiosamil. aut seruo exercitoria agitur. Tertiò, si cum mercatore, & dominus aut pater sciant, datur tributoria. Quartò, si illis iubentibus, competit quod iussu in solidum. Quintò, si neque iussum, neque permissum est, agetur de in rem verso. Sextò, si neque versum, neque iussum, aut permissum, de peculio actio est. Quantum verò ad vxorem attinet, ea quæ extra dotem habet, impeti possunt. Et pro his singulis supra expresis, proprij sunt tituli in iure ff. & C. & texr. est in l. j. ff. quod cum eo qui in alie. potest. est.

Filiusfa. aut uxor, quado patrem, aut dominũ obligant.

Actiões data pro facto serui aut filij.

CONCERNANS LE FAIT DE MARCHANDISE.

NEGOTIATIONIS qualitate rem omnino metimur, adeo quòd si quid extra negotiationem in iudicium, aut contractum deducatur, ad ius commune reuocandum sit. arg. l. in delictis. §. fi. ff. de nox. actio. text. est in l. in eum. §. tabernę. & §. seruus. ff. de institor. vbi dominus ex institoris facto non obligatur, nisi in his quibus institor præpositus est. l. quicunque. §. non tamen. ff. illo tit. limitata enim causa limitatum parit effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. Bald. in l. fi. C. ad Macedo. & Ias. in consil. 103. num. 20. tenet, quòd statutum permittens filiosa. mercatori contrahere, aut in iure esse patre non autorante, habet tantum locum, cùm de rebus quæ ad negotiationem & mercaturam attinent agetur. Id tenet Pau. Cast. in l. j. §. in filiosa. in j. col. ff. ad Macedo. Alex. de Imol. in l. admonendi. ff. de iureiur. notauit mercatoris libris fidem haberi, etiam in his quæ ab eo priuatim descripta sunt: id tamen in his solum quæ iure negotiationis descripta sunt: in cæteris verò non credi. Bart. in d. l. Macedoniani. æquo fortasse liberius tenuit, in dubio præsumendum fore, mercaturæ causa id actum esse. d. l. fi. §. si autem. C. ad Macedo. facta enim, inquit ille, quæ non obscura sunt, ex affectione cuiusque, & consuetudine interpretationem accipiunt. l. vniuersorum. ff. de pigno. actio.

Dispositio facta in actu certo, ad cæteros nõ extenditur.

Mercatoris libris creditur, pro facto sua negotiationis.

§. CLXIX.

FILZ de famille, femmes mariees, & ceux qui sont en puissance de tuteurs ou curateurs, ne peuuent ester en iugement sans

lautorité du pere, mary, tuteur, ou curateur, respectiuement: sinon en matieres diniures ou causes criminelles: lesquelles lesdits enfans de famille & femmes mariees peuuent intenter & soustenir en demandant ou defendant, sans autorité de leurs peres & marys. Toutesfois si lesdites femmes & filz de famille estoient condemnez en aucunes sommes, ou amendes, pour raison desdites iniures, ou causes criminelles, les executions dicelles ne se peuuent faire sur les biens de la communauté durant icelle, ou sur les biens du pere: mais icelle communauté dissolue, ou apres la mort dudit pere, ou emancipation dudit filz, se pourra faire execution sur la portion de ladite femme & biens dudit filz, tout ainsi quelle eust peu estre faite incontinent apres ladite condemnation: & sans se pouuoir ayder contre icelle de prescription ou laps de temps: sinon à commencer au temps que ladite execution peult estre faite.

IDEM iure communi licuit, vt not. in auth. sed hodie. C. de offic. diuers. iud. & Boër. amplissimè in §. iiij. titu. de consuetu. iur. stal. perso. in verbo, en cas dexces & diniures. ad consue. Biturig. Quòd autem hic executio iudicati differtur ad id tempus quo filiusfa. extra potestatem futurus est aut vxor, iuri esset contrarium, nisi statuto causa debiti nominatim esset probata, quæ ad id tempus neque suspendi, neque differri potest. l. j. §. certè si arrogatus. ff. ad Macedo.

§. CLXX.

FEMME mariee est en la puissance de son mary.

LEX CIVILIS id non admisit. Nam si maritus patrem habet, in huius potestate est, si emancipatus non sit: quia matrimonio hæc potestas nihil dissoluitur. l. inter. §. filiusfa. & l. marito. §. cæterum. ff. de adult. Vxorem enim habere in potestate sua non potest is, qui ipse sui iuris non est. l. sic eueniet. ff. de adult. Item & si vxor patrem habeat, etiam si maritus sit sui iuris, ipsa tamen sub patris potestate est. l. ij. §. quòd si in patris. & l. quotiens. ff. solu. matr. Fab. in §. j. Inst. ad Tertul. dicit quòd licet in Francia vxor transeat in viri potestatem, nihilominus remanet in potestate patris. Mariti autem tantùm potestas est quo ad concubitum & operas. vt per glo. in d. §. j. Idem Fab. in l. j. C. de bon. mater. & in l. non fine. C. de bo. quæ libe. dicit statutum hoc generaliter in Francia obseruari. Sed in patria iuris scripti potestas alia non datur, quàm ea quæ iure communi conceditur. Hanc materiam apertè tractarunt Boër. in d. §. iiij. & loco suprà alleg. Panor. not. in c. literas. de restit. spolia. & copiosius Tyraq. in legib. connubial. in princ. Omitto igitur plura dicere, cùm ad hos negotium reuocasse sit satius.

Vxor an sit de iure in potestate viri.

§. CLXXI.

CONTRACT de vendition, donation, quittance, ou autres faits par femme mariee, ou par enfans estans en la puissance de leurs peres, tuteurs, ou curateurs, ne valent: & ne sont telz contracts confirmez & vallidez par la dissolution du mariage, ou par la mort dudit pere, emancipation desdits enfans, ou maiorité desdits mineurs.

PARVM à iure ciuili discessum est hoc statuto. Quantum autem ad vxorios contractus attinet, eleganter disseruit Tyraq. in glo.ij. leg.connub. in verbo, ne peult. nume.2. nihil hic repeto. De contractibus autem impuberum qui tutores habent, res in disquisitionem nondum peruenit. vt dicit Accurs. in glo. in verb. ætatem. in l. si curatorem habens. C. de in integ. restitu. & not. in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. Idq; verum est, siue tutorem pupillus habeat, siue non. vt cum Accurs. dicit Paul. Cast. in d. l. si curatorem. Sed cùm de pubere dubitaretur, Imper. Diocle. & Maxi. edixerunt, vt minor curatorem habens contrahere sine eo non posset: quod si aliter actum esset, contractum seruari non oportere. Prætor enim curatore dato puberi bonis interdicere visus est, ad instar prodigi. d. l. si curatorem. Quantum autem ad filiumfa. attinet, si minor est, nisi patre autorante & consentiente, contrahere nullo modo potest. vt not. in rubri. de filiofa. minore. C. Superiora item non adeò sibi constant, quin subuertantur, si impubes cum tutore, pubes cum curatore, aut cum patre minor filiusfa. offensi sunt. l. minoribus. j. & l. minorem. C. de in integ. restitu. & l. j. C. de filiofa. mino. l. si prędium. l. prædiorum. l. non solum. & l. si minor. C. de præd. mino. Filiusfa. autem maior, iure ciuili sine patre omnia potest, præter vouere, & pecuniam mutuari. Nam pecuniæ datio parentibus eorum perniciosa visa est: non autem aliæ causæ, vt puta si ab eo venditum, locatum, aut aliter contractum sit. verba sunt text. in l. si filiusfa. crediderit. §. is autem solus. ff. ad senatuscon. Macedo. Idem in voto, quo, sine patris autoritate, non obligatur. l. ij. §. voto. ff. de pollic. Quod hodie in desuetudinem abijt: iusq; canonicum sequimur, quo liberè quilibet vouere potest. ca. honoratur. xxxij. quæst. ij. Aequum est quod posterioribus statuti verbis dicitur, vt neque matrimonij solutio, neque ætas competens & legitima, neque emancipatio adueniens, actum possint confirmare, qui ab initio nullus fuit. text. est in l. quod ab initio. & l. penultima. ff. de regulis iuris. glos. ibidem ponit exemplum in impuberis testamento. quod pubertate non conualescit. §. præterea. Institut. quibus non est permiss. fac. testamen. Et generaliter quotiens persona aut iudicio, aut contractui competens, aut legitima non est, etiam si tractu temporis eam legitimari contingat, actus nihilominus durat nullus, & iustas vices nunquam exhibet. vt dicit Alexand. in consilio 171. incipiente viso processu causæ. & glo. in capitu. dilectus. ij. de præben. neque enim actus hi aliquo tempore in pendenti sunt, vt essent, si confirmationem tractu temporis essent accepturi: sed omni tempore nulli sunt. l. prima. §. si pendeat. ff. ad Macedo. Quòd si contra obijciatur, quòd qui contraxit hodie maior est, aut sui iuris,

Contractus uxorij, pupillares aut puberũ quomodo regulentur.

Filiusfamil. qñ contrahere poßit, & quando non.

Actus ab initio nullus solo tempore non conualescit.

iuris, aut amplius non vxor,obtinebit replicatio, fuit impubes,aut minor : fuit coniunx,aut filiusfa.eo tempore quo res acta est.d.l.j.§.certè si arrogatus. in fi.ibi, fuit filiusfa.ff.ad Maced. Aduerte tamen superiora obtinere si circa ea quibus actus subsistit,vt circa personarum qualitatem peccatum sit : quia contra est,si vitium compeřiatur in his quæ extra accidunt : vt dicit Bart.in l.qui soluendo.j.ff.de hæred.instit. Aduertendum postremò est, maiorem effectum iure ciuili annos habere præfinitos, quibus expostulare potest ea quæ iniustè subijt, aut egit cùm minor esset.l.superuacuam.C.de temp.in integ.resti.pet.& cùm altercationibus res eo controuersiæ venisset, vt penè articulus hic in confuso esset.constit.nouiss.Fran.artic.cxxxiiij.decisa est, siue de iniusto,siue de nullo actu quæratur.Et ea statutum nostrum limitandum est. Quod item alio casu restringendum est,cùm scilicet vxor testamento disposuit, quo casu autoritas viri necessaria non est,vt declarant Paul.Cast.& Alex. in l.ex facto. in princip.per illum text.ff.de vulg.& pupil.subst. Dicam infra suo loco aptiori de alijs contractibus vxorijs.

Vxor sine viri autoritate testari potest

§. CLXXII.

SI DEBTEVRS deuiennent furieux, & insensez, ou sont absens & demeurans hors du païs & Duché de Bourbonnois : la iustice,à la requeste des creanciers,doit appeller la femme,si femme y ha,& des plus prochains parens desdits furieux,insensez,ou absens : & leur donner curateur en leurs biens : Contre lesquelz lesdits creanciers se peuuent adresser, & leur faire signifier leur requeste pour eux pouruoir de defense au contraire, si faire le peuuent. & à faulte desdites defenses, iceux curateurs pourront souffrir condemnation,& faire payement de ladite debte,en baillant caution par celuy qui pretend ladite debte, de restituer si restitution y eschoit. Mais si lesdits debteurs,furieux,insensez viennent à conualescence, & lesdits absens retournent au païs, & ilz iustifient de quittance ou satisfaction desdits debtes payez,lesdits crediteurs sont contraints par iustice à restituer ce quilz en ont receu,auec les dommages & interests.

CVRATOR absentis bonis constituitur. l.iij.C.de capt.& postlimi.reuer.aut etiam præsentis debitoris, cùm recusat soluere : vt suprà latè declarauimus. §.cxxxix.facit l.j.ff.quæ in fraud.cred. & l.fi.ff.de cura.bon.dand. Personæ autem & bonis datur furiosorum & minorum : tot.tit.C.de cura.furio. Et huiusmodi curatores æs alienum agnoscere & exoluere tenentur, ijsq; exoluendis impendere ea,quorum curam habent.l.j.ibi, per curatorem soluendum est æs alienum. ff.de cura.bon.dand. Sed quum illi alienum negotium gerant, nihilq; de eorum facto agatur,

Curator bonis dat' quæ debeat exequi.

tur, facilimè per creditores his imponi poteſt : ideo æquum viſum eſt, abſenti reuerſo, aut furioſo reſtituto ſuccurri debere, vt ea poſsit recognoſcere, quæ aut creditoris aut curatoris dolo facta ſunt. text. eſt in l. ab hoſtibus. §. j. ff. ex quib. cauſ. maio. & ideo iuri communi ſtatutum hoc conforme eſt.

§. CLXXIII.

COMBIEN que en certains cas par cy deuant, les maſles en laage de quatorze ans, & les femelles en laage de douze ans, & de preſent en ceſte publication les maſles en laage de vingt ans, & les filles en laage de ſeize ans, ou autre moindre temps ayent eſté reputez maieurs : toutesfois par leſdites couſtumes neſt entendu, que ſi le mineur de vingtcinq ans, fait aucun contract, duquel il pretende auoir eſté bleſsé, ou ſouffrir dommage, quil ou ſon heritier ne ſe puiſſe faire releuer.

AETATIS præfinitionem, cuius hic mentio facta eſt, ſuprà legimus, §. xxxiij. non in aliam tamen cauſam, quàm præſcriptionis admittendę, quæ alienandi neceſsitatem infert, & minorem vtique ſæpius offendit. l. Aemilius Largianus. ff. de minor. l. j. & l. nec bona fide. ff. de long. tempo. præſcript. Tamen vbi de alienatione immobilium voluntaria agitur, minor quocunque pacto, etiam ſi ſe minorem aſſerat, tempus legitimum neque perdit neque ſibi minuit. l. j. & ij. C. ſi minor ſe maio. dixer. Idem ſi principis reſcripto pro maiore habitus ſit : quia nihilominus reſtituitur: cùm ea via nemo debeat decipi. l. j. & fi. C. de his qui æta. ve. impet. & quia à reſcripto & à pactis valet argumentatio. l. fi. C. de fideiuſſ. inferendum erit, iniquitatem hanc etiam ſtatuto induci non poſſe : quia omni iure ante viceſimum quintum annum, infirmum eſt & fragile conſilium minorum, & multis captionibus expoſitum. Adoleſcentes enim curatorum egent conſilio : nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debet, quamuis bene rem ſuam gerentibus, vt dicit Iuriſconſ. in l. j. ff. de minor. Quòd ſi aut principis reſcripto, aut ſtatuto liceat maſculis viceſimo anno, & fœminis decimooctauo aut ſedecimo ſe maiores dicere, id eò tantùm ſpectat, vt liberam adminiſtrationem rerum ſuarum obtineant : non tamen vt ſine decreto alienare poſsint. text. eſt in l. omnes adoleſcentes. C. de his qui veni. ætat. impetra. Nulla enim lex eſt, nullum eſt principis reſcriptum, quo minor annis fiat ſapientior, quàm natura eſt, aut educatione. Itaque fauor, quem illis lex ſuperior elargita eſt, ſic debet intelligi, vt ad læſionem eorum dura quadam interpretatione inuentus eſſe non videatur.

Minoris conſilium ante XXV. annũ fragile.

DES TVTELES.

TITVLVS XVI.

§. CLXXIIII.

LE PERE est administrateur legitime des biens maternelz aduentifz de ses enfans estans en sa puissance : & fait les fruits siens, si bon luy semble, iusques à laage de quatorze ans, quant aux filles : & dixhuit ans, quant aux masles : & sera tenu le pere en prenant ladite administration payer les debtes, que doiuent lors lesdits enfans : les nourrir, alimenter, & entretenir, payer & acquitter les charges q̃ doiuẽt lesdits heritages : & à la fin de ladite administration rendre lesdits heritages en bon estat. Et est tenu le pere de faire inuentaire desdits biens, & les rendre à sesdits enfans, lusufruit fini. Et si ledit pere se remarie, ou que lesdits enfans meurent auant ledit temps, lusufruit & administration sont finiz.



Mater an possit impedire patris vsumfructũ

QVONIAM verò lege ista statutaria patri ius vtendi fruendi delatum est, mater id impedire non potest contrario elogio. l.si post mortem. §.fina. ff.de contra tabul.& l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.ff.de verbor.obligat. lege tamen ciuili si mater filios suos sub hac conditione scripsit hæredes, si soluti patria potestate fuerint, absolutis his & propter hoc hæredibus, ipse pater administrator esse non potest, etiam si velit: non alia ratione, quàm quòd noluit testatrix : cuius voluntas de suis rebus disponentis sic seruanda est in fauorem liberorum communium, vt nonnulla etiam patri fieret iniuria, text.est in l.scire oportet. §.primo. ff.de tuto. vel curato.dat.ab his.

Pater administrator fructus sibi non quærit, prout quãdo est vsufructuarius.

Signanter autem dicitur, estans en sa puissance : quia si emancipati sint, contra est. nam licet eo casu pater vices legitimi tutoris agat. l.tutela. §.fina. ff.de legit.tutel. tamen fructus suos non facit : faceret autem si liberos in potestate haberet. Item vtrunque, tam cùm administrator est, quàm cùm tutelam recipit, interpretare tantum procedere, cùm filij sunt legitimi : idq́; ex his verbis, estans en sa puissance : non autem vbi sunt naturales tantùm, quos cùm in potestate non habeat. l.diui. l.iubemus. & l.cùm quis. C.de natural.liber. nec tutorem eis dare potest testamento : nisi cùm quid ea lege relinquit. l.naturali.ff.de confirm.tut. & l.naturalis. C.eo.tit. prout & idem extraneo licet. l.si patronus vel quilibet extraneus.ff.illo titu. Nec item pater vt tutor legitimus dari potest filio naturali, sed mater potius dabitur. l.fi. C.qui pet. tuto.& l.fi.C.quand.mul.offic.tutel.fung.pot.& in ijs iuri ciuili statutum hoc conuenit : in cæteris non ita. nam iure ciuili vsusfructus patri delatus durat quandiu viuit pater, hîc verò tempus habet limitatum : idq́; forte sumptum est ex l.vxori meæ.ibi, vsumfru

Naturaliũ aduẽtitijs bonis patri nõ licet vtifrui.

Statuti cum iure discordia.

vſumfructum bonorum meorum, vſque dum filia mea annos impleat octodecim. ff.de vſufruct.lega. Alio capite non conuenit. licet enim de iure vſufructuarius vniuerſalis æris alieni moleſtiam ſuſcipere cogatur.l.fi.ff.de vſufr.tamen vbi vſusfructus non ex diſpoſitione hominis,ſed legis beneficio patri delatus eſt, vt hæreditatis filio aduentitiæ,non tenetur ad ea onera neque ad legata.per l.quotiens. C.de hære.inſtir. latè per Benedict.in ſua repetitione in notul.Cætera bona.num.44.& ſeq.tamen hoc ſtatuto contrà cautum eſt. Item & tertio capite differt. lex enim ciuilis inuentarij ſolicitudinem & patrocinia patri adminiſtratori & vſufructuario remiſit. l.ſi quis prioris.§.in illo.& ibi Bald.C.de ſecund.nupt.& l.cùm oportet. §.non autem. & l.fi. §.ſinautem æs alienum.C.de bo.quæ lib.in verſ.paterna reuerentia eum excuſante.& Iaſ.conſil.157. vol.iiij.rationem affert.Specu.in titu.de inſtru.editio.§.fi.verſi. quid in patre.vbi dicit, quòd licet pater vſufructuarius ſit bonorum filij aduentitiorum ſine onere ratiocinij, tamen omnia inuentario debet deſcribere: vt noſci poſsit, an quid alienauerit. Hoc verò ſtatuto,id illi nominatim mandatum eſt,vt inuentarium conficiat: vt vbi finita fuerit adminiſtratio & vſusfructus finitus, ex eo inuentario reſtituantur omnia,quo erant ſtatu,quóve modo accepta.

Vſuſfructuarius quando ſoluat æs alienum.

Pater vſufructuarius an debeat facere inuentarium.

§. CLXXV.

LA MERE eſt tutrice & legitime adminiſtrareſſe de ſes enfans mineurs tant quelle demeure en viduité: ſi elle eſt aagee de vingt ans accomplis. mais ou elle ſeroit mineur de vingt ans accomplis, elle neſt capable, & ne peult auoir le gouuernement & adminiſtration de ſeſdits enfans: & leur eſt pourueu de tuteurs & curateurs par autorité de iuſtice. Et ſi ladite femme venoit en aage de vingt ans accomplis, elle pourra, ſi bon luy ſemble, prendre la tutele & adminiſtration de ſeſdits enfans: & icelle tenir tant quelle demourera en viduité. et eſt tenue prendre les biens deſdits mineurs par inuentaire incontinent apres le treſpas de ſondit mary, en baillant caution iuratoire de rendre les biens deſdits mineurs.

IVRE antiquo id non licuit, quia tutoris officium virile eſt.l.tutela.ff.de tutel. & l.j. C.quand.mul.tut.off.fung.poſſ.imo neque teſtamento dari potuit. l.iure noſtro.ff.de teſta.tutel. Item nec à iudice niſi principis priuilegio.l.fi. ff.de tutel.& l.ij. in princ. C.quand.mul.nec item illa filijs teſtamento tutorem dare potuit.l.ſcire oportet.§.j.ff.de tuto.dat.ab his.& l.j.ibi,qui non poteſt dare,velut mater.illo titu.& l.peto. §.mater. de legat.ij.duntaxat niſi eos hæredes inſtituat.d.l.ſcire oportet.§.j.quaſi eo caſu in rem potius quàm in perſonam dare videatur.l.pater.ff.de teſta.tutel.Hodie tamen nouo iure matri & auiæ,ſecundum ordinem, tutelam cæteris legitimis tutoribus & datiuis poſtpoſitis ſubire permiſſum eſt.auth.matri & auiæ.

Mulier neq; dari tutrix, neque dare potuit.

C.quand.mul. Cæteris verò mulieribus,quæ nec matres nec auiæ sunt,id munus interdictum est.d.authen.matri.in hisq; ius antiquum vsque ad hæc tempora obseruatum est. Et licet pater administrator lege ciuili eximatur ab onere inuentarij conficiendi & à reddendis rationibus, vt suprà diximus §.præcedenti, in fi. tamen idem matri datum non est,quæ eo etiam iure vtrunque præstare tenetur: vt dicit Accurs. in glo.fi.in l.si quis prioris.§.fina. C.de secund.nupt. & in alia glo.in l.cùm oportet. §.sinautem æs alienum. C.de bon.quæ libe.facit l.Nesennius.ff.de negot.gest.& quæ notat Ias.in consil.suprà allegat. Quanquam enim lex de vtroque confidebat satis, propter naturalem in filios charitatem:sexus tamen muliebris imbecillitatem nonnihil verita est,& quod in illo est varium ac mutabile.

Matri tutrici nō eadem licēt quæ patri administratori.

AAGEE DE VINGT ANS.

Tutelam minor non debet exequi.

MVLIER si ætate maior est, tunc demum tutelæ priuilegium à principe petere potest.verba sunt tex.in l.matres quæ amissis viris.§.his illud adiungimus. C.quand. mul.offi.tutel.fung.poss.idem in viris sancitum est,l.fin.in princ.& l.sicut hæreditas. ibi,& perfectæ sint ætatis.C.de legit.tut.& l.tutela.ff.de tutel.& l.si reliquero.ff.de legiti.tutorib. Sed quia vsu huius prouinciæ vicesimo anno completur ætas, & perfecta dicitur ad rerum suarum & alienarum administrationem, vbi de iure xxv.anni desiderantur, hîc xx.sufficient. Quòd autem hoc statuto post hos annos completos admittatur mater, reiecto interim tutore dato, ius commune idem statuit. Nam si ætate aut alio impedimento legitimus tutor admitti non potest, alius legitimus post eum recipi non debet,etiam si auus sit:sed tutori datiuo interim locus est, discessuro, cùm mater effecta maior tutelam subire volet.l.j.§.si apud hostes. ff.de legi.tut.apertius notauimus in §.clxxix.infrà hoc tit.

§. CLXXVI.

FEMME ayant gouuernement & administration de ses enfans, est tenue, auant que conuoler à secondes fiansailles ou mariage,faire pouruoir sesdits enfans de tuteur & curateur. & si elle conuole en secondes noces, elle est priuee de ladite tutele & administration:Et sera tenue rendre conte,& payer le reliqua.

SI ALIA, inquit lex ciuilis, maluerit optare matrimonia, tutelas filiorum administrare non debet.l.ij.§.j.C.quand.mul.offi.tut.fung.poss.Et ideo ante omnia debet curare vt detur alius tutor nō tantùm filijs legitimis,sed etiam naturalibus.l.fi.illo tit.& l.fi.C.qui pet.tuto. Matris enim solicitudo est tutorem filio petere:quod si non fecerit,aut studiosè malos petierit,vel eos qui ex causa dimitti poterant, legitima scilicet hæreditate filij priuatur: qua indigna visa est,quæ bonorum maiorem,quàm personarum curam habuit.l.j.& ij.ff.qui pet.tuto. Et hæc pœna ideo adiecta est,vt mater nihil possit dissimulando prætermittere. Hæc enim nouo marito non solùm res filiorum, sed etiam vitam adijceret. verba sunt textus in l.lex quæ tutores.prope fi.C.de administ.tut.Ideo ad officium boni præsidis pertinet indemnitati infantium consulere ob suspicionem secundi matrimonij. Et quemadmodum

Mulieris secundo nubētis pœna.

vidua

vidua eo honore digna est & iisdem priuilegijs, quæ habuit dum duraret primum matrimonium:vt dicit Bar.in l.quæsitum.ff.de leg.iij.& in l.fin.C.de verb.signific.& in l.penult.ff.ad municipal. nam à primo marito alienata nondum videtur, si vidua maneat:vt dicit Ang.in l.fin.C.de bon.mater.& in l.voluntas. C.de fideicommiss.& quod in iure vulgatum est,fœmina tandiu clarissima censetur, quandiu Senatori vel clarissimo alij viro nupta est, vel ab eo separata alij inferioris dignitatis marito non nupsit.l.fœminæ.ff.de Senat.Ita & secundo nubens,viri prioris ornamenta non retinet:imo inter malè moratas annumeratur.l.fi.de incol.lib.x.C. Valeria amisso Seruio marito interrogata cur secundo nubere recusaret: quoniam,inquit,mihi semper viuit Seruius. Martia item Catonis filia eundem defuncti viri luctus & vitæ finem sibi constituit. *Vidua priui legiũ & secundo nubẽtis odium.*

§. CLXXVII.

TVTELES testamentaires sont vallables & preferees à toutes autres.

SCIENDVM est,inquit Vlpia.quandiu testamentaria operatur tutela,cessare legitimam: imo etiam si tutor testamentarius excusetur aut absit, adhuc dicemus in locum excusati aut absentis dandum alium: non ad legitimum tutorem redire tutelam. Cæterum si decesserit,ad legitimum tutela redit, quia tunc cessat senatusconsul.l.si quis sub conditione. §.sciendum. ff.de testa.tutel. Fortius est quod dicit idem Vlp.in l.si hæreditas.§.si furiosus testamento tutor detur. ff.illo tit. scilicet furiosi dationem valere,si testamento fiat: & quoad conualuerit creari alium vt curatorem, non autem nouum tutorem dari quantumuis legitimum. infrà dicemus §.clxxix. *Tutore legitimo absenti aut impedito alius nisi datus nõ datur.*

§. CLXXVIII.

ET à faulte dicelles, la legitime naturelle ha lieu, & la datiue apres: & doit ladite tutele datiue estre confirmee par le Iuge, & non ladite legitime & testamentaire.

HVIVS prouinciæ vsu legitima tutela naturalis est: &, sine iudice, ipso statuto datur. vt infrà §.prox. matri scilicet, auo & auiæ. Hi enim nisi testamento prohibiti sint, tutelam suscipiunt proprio iure. l.scire oportet. §.sed & si quis.ff.de tuto.vel curat.dat.ab his. Et hæc confirmatione non indiget,hoc statuto. Nam legitimos tutores nemo dat,sed lex xij.tabul.dicit text.in l.legitimos.ff.de legit.tut. Secus est in datiuis: ij enim ab his, qui ad id conuocati sunt, dantur, & à Prætore confirmantur. Olim,de iure communi,legitimi tutores agnati dicebantur: quibus confirmatione opus fuit. Hodie verò,quia mater, aut auus, aut auia tantùm legitimi dicuntur, vt infrà, §.seq.quemadmodum hominis prouisio legis prouisionem impedit ac tollit: ita & legis prouisione aut statuti, iudicis officium cessat. ideo iudicis decreto non egent: nisi tamen sint incapaces à lege dati: cùm vna tantùm mater sit, vnus auus paternus, &c. Et ideo nullum delectum Prætor est habiturus, *Tutores legitimi à quo dentur.*

Testamentariũ tuto. confirmari quã tũ utile sit. vbi lex certò prouidit. Quantum ad testamentarium, statutum non ita æquum est. Nam etsi Prætor tutorem datum possit confirmare sine inquisitione. l.si filio. ff.de confir.tuto. tamen plura prætorem mouere possunt vt testamentarium reijciat:& pupillis vtile est non tantùm hos tutores testamento datos confirmari, sed & de his prius inquiri. l.vtilitatem. ff.illo titu. In confirmando enim inquiret, an durauerit patris voluntas:quod in facili est,si proximo mortis tempore hos scripsit pater:quòd si antè annos aliquot,vt medio tempore diminutæ sint facultates scriptorum,aut morum antè celata vel ignorata improbitas emerserit, aut inimicitiæ cum patre exarserint,vel cum fisco aut alijs contractus damnosos inierint,eos iure Prætor non admittet: vt dicit text.in l.in confirmando.& in l.seq.ff.illo tit. Ideo poterit statutum hoc limitari casibus his: vt voluit Modestinus in l.pater hæredi. ff.de testa.tutel.à patre, inquit,datus,quamuis minus iure datus sit, tamen sine inquisitione confirmetur: nisi causa, propter quam datus videbatur, in eo mutata sit: veluti si ex amico inimicus, vel ex diuite pauperior effectus sit. hæc ille. Et his Prætori referendis se interponere debet Procurator fisci, qui curare debet vt parentis stetur voluntati, duntaxat si is filio rectè prospexit:alioqui contra.l.si plures.in princip.& §.quamuis.ff.de administr.

Tutorẽ cõfir matur° quæ inquirenda.

Tutorẽ à patre datũ procurator fisci bonis causis potest impedire. tuto. Non ita in matre quæ liberis non rectè testamento tutorem dat: Si tamen dederit institutis hæredibus, decreto iudicis ex inquisitione confirmabitur. l.mulier liberis. ff.de confirm.tuto. in rem enim tunc magis quàm in personam tutor dari videtur.d.l.pater hæredi. in princip. ff.de testa.tutel. Alioqui autem à patre datus sine confirmatione,ipso mortis momento incipit esse tutor,& simul ac hæres extitit:& ab eo tempore onera eum tenent. l.tutores non ab hærede. ff.de testa.tutel. Quòd si testamentum,quo datus est,non valuit,nihilominus valebit datio, & à prætore confirmabitur inquisitione facta: confirmabitur, inquam, vt datiuus, non autem vt testamentarius.l.iure nostro. §.fi.& l.si pater exhæredato. ff.eod.titul. & l.iij. de confirm. tut.licet autem legitimus & testamentarius non egeant confirmatione iudiciaria: tamen cautius agent,si decreto iudicis res accipiant:idq; necesse est,& fieri debet,etiam in hac prouincia,per l.fi.C.arb.tut. Item & iurare debent: §.fi.in auth.vt ij qui, &c. glo.in l.tutor qui repertorium.in princip. in verbo,cum oportet. ff.de administr.tut. Notandum postremò, quòd omni casu testamentarius onus renuere potest. l.qui tutelam.in princip. de testa.tut.modo tamen dationi non astiterit, & annuerit silendo, quod tunc eximi non potest.l.ex sententia.illo titul.adeo fauit lex testatoribus, etiam legitimum tutorem prohibentibus.l.scire oportet. §.sed & si quis. ff.de tuto.& curat. dat.ab his. Et adeo rursum fauit pupillis,vt illis ex sententia patris tutor datus esset.

Tutor datus testamento nullo,manet ut datiuus.

Tutor aget cautius si res pupill.à iudice accipiat.

Tutor testamẽto datus, quãdo possit renuere.

§. CLXXIX.

TVTELE legitime nha lieu que à la mere: & à default delle,à layeul ou ayeulle paternelz & maternelz. Et seront les paternelz preferez aux maternelz.

Tutores legitimi q sint.



QVAE superiori §.adnotauimus,huic nostro conueniunt,quo iuri communi multum detractum est. Eo enim legitimi tutores erant omnes, qui ad legitimam hæreditatem admitti poterant. l.j.in princip.ff.de legit.tuto.Et inter eos patronos tutela suo ordine legitima deferebatur: non quòd specialiter aut nominatim

minatim hunc lex xij.tabul.inuitasset, sed per consequentiam hæreditatis. l.tutela legitima.in princip.& l.si duo.§.j.illo tit. Vsque adeo verò suum locum legitima hæc tutela tenuit,obseruatione maxima, vt sicuti suprà de testamentario dictum est, si tutor excusetur, aut absit, aut furore, aliòve modo impediatur, alius interea legitimus dari non posit: sed tantisper à iudice alius,dum ille redierit. l.j.§.j.illo tit.is temporarius tutor dicitur.l.cùm quidam tutores.C.de tuto.& curat.dat.ab his. Tamen datiuus esse debet is,qui legitimus post excusatum aut absentem est, non quidem vt legitimus sed vt temporarius. Quòd si decedat absens aut valetudinarius perseuerat, is fiet legitimus sine alia prouisione, aut certè in eadem causa perseuerat. l.quæsitum est.ff.de tutel.idq; ad instar patriæ potestatis,quæ si suspensa sit per absentiam aut captiuitatem patris,tutor filio non dabitur,sed curator eius substantiæ.l.muto.§.fi.ff.de tutel. & l.in omnem. cum l.seq. ff.de tut.dat.ab his. Quòd autem auum aut auiam præferri statuitur,qui ex patris parte sunt, his, qui materni sunt, iuri communi conuenit: quo cognatis nunquam tutela deferebatur,dum ex agnatis superessent, qui eo munere fungi possent.l.j.in princip.& ibi glo. ff.de legit.tuto. Et in casu nostro formaliter Ias.tenet idem iure communi obseruari, quod statuto hoc indicitur.in cons. 149.num.2.vol.ij.ibi,ex istis omnibus,&c.

Tutor temporarius.

Tutela decernenda paterni mater nis præferri tur.

§ CLXXX.

TVTELE datiue se doit donner par election de parens & affins desdits mineurs de chacun costé: & au default des parens & affins desdits mineurs,par election de voisins,iusques au nombre de sept pour le moins. Et dure ladite tutele,quant es filles,iusques à seize ans: & quant aux masles,à vingt ans inclusiuement.

DATIVA tutela, vt hic statuta est, partim legitima est, partim datiua. hac enim legitimi tutores dantur & fiunt hi,quos statutum à iure communi detraxit. Eo enim iure cùm illi essent ex hæreditatis consequentia.l.tutela. in princip. ff.de legit.tuto. in hac prouincia nulli alij sunt legitimi præterquam mater, auus,aut auia: cæteri agnati aut cognati, aut alio iure successuri, datiui sunt: in quibus dandis prætori multa erunt inquirenda & agenda. Primò, cum considerare oportet an sufficiens sit eligentium numerus: qui aut affines aut consanguinei esse debent: & eo casu vicinorum conuocatio actum nullum facit: vt arresto ipse sciui iudicatum litigante do. Montolonio regio aduocato Par.anno 1534. die 21.Iulij. tamen statutum hoc aliam formam protulit, vt scilicet vicini misceri posint, si affinium numerus non sufficiat. Secundò, considerare Prætor debet, an electus sit capax & talis qui dari posit: quod ipse perspiciet non tam ex dignitate & facultatibus,quàm ex benignis moribus.l.scire aportet.§.cum reliquis. ff.de curat.dat.ab his. Tertiò, vt is qui datur sit municeps & eiusdem iurisdictionis, cuius est pupillus, & non extraneus. l.etiam municeps. ff.de tutel.alioqui nulla est datio: vt tenet ibidem Accurs. in glo. facit l.ius dandi. ff.de tut. vel curat.dat.ab his. & l.neque à præside. C.qui dat.tut.vel curat.poss. Fallit in testamentario: quia in testamento pater extraneum

Tutorē danti Prætori cōsideranda.

Tutor sit municeps.

neum dare poteſt. l.quæro.in princip.ff.de teſta.tutel. quòd ſi dati ſint duo, quorum vnus extraneus eſt,alius municeps,extraneum pupilli forum ſubire oportet. l.omnes. C.arb.tutel. Quòd ſi nullus reperiatur aptus in municipio, eſt deligendus ex vicina ciuitate honeſtiſsimus. l.diuus. ff.de tuto.vel curat.dat.ab his. Quartò, ne eos creet qui ſeipſos injiciunt aut offerunt, aut qui pecuniam numerant: penè enim obnoxij ſunt, aut certè ſe nonnihil ſuſpectos reddunt. d.l.ſcire oportet.in fi. Quintò, vt tria præcipua promittat datus tutor. Primò, ſe pupilli defenſionem ſine mora ſuſcepturum: deinde quæ videbuntur vtilia facturum. Tertiò, inutilia euitaturum, & prætermiſſurum: per text.in l.fi.§.omnem.& ibi Bart.& Angel. C.de adminiſtr.tuto. & Iaſ.in conſil.4.in fi.volu.iij. Quod verò ad tutelæ temporis præfinitionem pertinet, huius prouinciæ vſus ætatem perfectam tenuit in maſculo xx.annis:in fœmina, xviij. Cumq; iure ciuili xiiij.anno maſculus, & xij.fœmina à tutela eximerentur. l.ſi arrogati ſint.ff.de tutel. ſatisq; periculoſum viſum eſſet his rem ſuam committere, & eo maximè,quòd his curator dari non poſſet niſi petentibus, etiam ſi eorum conſilium infirmum ſit & fragile, & res ſuas ſine defenſore adminiſtrare non poſsint. l.j. ff.de tutel.nec rebus ſuis ſupereſſe.l.ijs qui in ea cauſa ſunt. ff.de tut.& cur.dat.ab his. meritò equidem viſum eſt ſtatuentibus noſtris, tutelarem adminiſtrationem ad illos annos proferri & protendi, quibus adultus ſuo conſilio rem ſuam gerere ſine tutore aut curatore poſsit.

Tutelam captans ſuſpectus eſt.

Tempus tutela.

§. CLXXXI.

LA MERE, parens daucuns mineurs, & procureur doffice de la iuriſdiction en laquelle demeurent leſdits mineurs, doiuent faire diligence incontinent apres le treſpas du pere, de leur faire pouruoir de tuteur: & doit ledit procureur doffice faire la pourſuite, ſi toſt quil eſt venu à ſa notice: & faire appeller & adiourner la mere & parens, ſi aucuns en ont: ſinon les prochains voiſins, pour y eſtre pourueu par leur aduis. Et ſi leſdits adiournez defaillent, on les doit faire readiourner, auec inthimation: & ſilz y defaillent ou aucun deux, il y doit eſtre neantmoins pourueu, inquiſition faite auec ceux qui ſe trouueront preſens: & ſi aucun des preſens ou defaillans eſt declairé tuteur, il eſt contraint par mulctes, & prinſe ou exploitation de ſes biens, & toutes autres voyes que de raiſon, à prendre ladite charge, faire le ſerment, & autres choſes requiſes.



QVANTVM ad matrem & agnatos attinet, ſuprà ſatis dictum eſt, §.clxxvj. ex l.j.& ij.ff.qui pet.tuto. Quantum autem ad procuratorem publicum,cùm is pietatis munere fungi ſoleat,& ad eum piarum cauſarum ſollicitudo pertineat,qualis eſt tutelæ prouiſio.l.pietatis. C.de ſuſpect.tuto.is præſenti diligentia curare

Procurator publicus debet ſatagere circa dandos tutores.

rare debet, vt hæc prouisio fiat: cùm in ea re, si qua in alia, periculosissima mora sit: adeo, vt, si absit qui dare debet, inferior adiri possit, qui hoc pro potestate liberè expediet: dummodo agnatorum maior pars conueniat. l. vbi absunt. ff. de tut. dat. ab his. Nec est expectandum, vt sibi pupillus tutorem petat, aut vt ad tutorem suum proficiscatur: vt dicit Iurisconsul. in l. ij. ff. de tutel. Accersente igitur procuratore conueniunt agnati ea forma, quæ suprà descripta est §. superiori. &, prout dicit Ias. consil. 149. num. 2. nunquam debet dari neque decerni tutor, nisi prius vocatis & auditis consanguineis & amicis pupilli. idem antè dixerat Bartol. in l. scire oportet. §. cum reliquis. ff. de tut. & cur. dat. ab his. neque enim matris opinio sufficit. l. credendum. ff. qui pet. tuto. Et maximè vbi secundo nuptura sollicitat filio tutorem dari. Id dicit Bal. in l. precibus. vj. col. C. de impub. & al. substitut. Caueat autem iudex, ne curiosè actis suis diligentiam & cognitionem generaliter exprimat: neque enim illis fides adhibetur. Sed in specie oportet scriptū esse minutatim, rem ordine suo factam esse: agnatos & amicos ad id esse vocatos, in idq; conuenisse, auditos esse, & sigillatim sententiam rogatos dixisse: vt dicit Bald. in l. omnem. C. ad Tertullia. vocatis enim & præsentibus iudex debet præcipere vt inuicem coëant, concludantq; quem magis velint iudicio suo iurato creandum eligendumq;. His autem consulere recusantibus, iudex ipse eliget. l. si plures. §. apparet. & §. si non erit. ff. de administrat. tut. facit l. sicur hæreditas. ibi, communiter apud iudicem conuenientibus. ff. de legit. tut. Si autem abest, & qui eligitur, & qui dandus est, nihilominus dari debet: per tex. statuti nostri. ibi, ou defaillans est declairé tuteur. idq; de iure communi procedit: quo quemadmodum pupillo absenti tutor datur. l. qui habet. §. j. ff. de tutel. item & inuito: sic & absens tutor & inuitus dari potest, si præsentium illa sit sententia. l. tutor licet absens. C. de adminisit. tut. & l. illud semper. cum l. seq. ff. de tut. dat. ab his. sed tamen vbi datus abest, huic debet denunciari datio per nuncium eius qui dedit: idq; intra triginta dies. l. fin. ff. illo tit. alioquin autem illum futura pericula non tenent: sed tunc demum vbi ei denunciatum est. l. j. in princip. & l. quidam decedens. §. fin. ff. de adminisit. tut. Illud non est omittendum, ex agnatis aut alijs quos huic negotio adesse oportet, nemini quantumuis extraneo id concedi aut dari vt iudicem reijcere, & forum declinare posit: dummodo sit pupillus municeps. l. diuus. ff. de adminisit. tut.

Tutela processus in specie & minutatim describi debet.

Tutor datur absens et inuitus.

Tutori creato denunciādū est si absit.

§ CLXXXII.

TVTEVRS sont tenuz de faire inuentaire, incontinent & auant que eux entremettre à ladministration des biens du mineur, sur les peines de droit. & se doit faire ledit inuentaire par le Iuge ordinaire, commis, greffier ou autre qui sera commis par ledit Iuge à moindre fraiz que faire se pourra: & sera rapporté ledit inuentaire dedens quarante iours.

LEX CIVILIS mediam quandam viam his negotijs præscripsit. Nam vt præcipitem festinationem non exegit, ita nec moratoriam admisit cunctationem: vt dicit tex. in l. tutor qui repertorium. §. j. ff. de adminisit. tut. Ioan. Fab. in l. tutores. C. illo titul.

Inuētarium protinus faciendum est.

titul.num.6.sentijt, etiam ante hæreditatem aditam res pupilli repertorio describendas esse quàm citò, quamq; diligenter fieri poterit, ne quid depereat: facit l.fin.§.tali. C.de curat.furio.alioqui tutor qui inuentarium non fecit, dolo malo omisisse videbitur; & in ea conditione est, vt teneatur in id quod pupilli interest.d.l.tutor qui.in princ.& vt suspectus remouendus est,& puniendus.l.fi. §.fi. C.arbit.tutel.& notanter in tex.statuti dicitur, auant que de soy entremettre, secundum id quod dicit text.in d.§.fin.Tutor,inquit, vel curator res pupillares vel adulti aliter attingere non debet, nisi prius inuentario publicè facto:res enim pupilli maximè periclitantur, si id differatur:vt not.Ias.in consil.40.num.2.volu.j.

§. CLXXXIII.

TVTEVRS, curateurs, & autres ayans administration de biens de mineurs ou autres personnes, faisans leur inuentaire sont tenuz faire priser lesdits biens par gens à ce congnoissans accordez & esluz par les parens: & sont tenuz lesdits priseurs de faire serment de bien & loyaulment faire ladite estimation & prisee. Et en cas de restitution desdits biens, ilz doiuent estre exhibez par celuy qui en est chargé par ledit inuentaire, pour les deliurer à ceux à qui ilz appartiennent, ou la prisee diceux, au choix de ceux à qui ilz doiuent estre deliurez. Toutefois si celuy qui est chargé desdits biens par ledit inuentaire, craint ou doute le deperissement diceux, il les peult faire vendre par autorité de iustice, dedens quarante iours apres la closture dudit inuentaire ou confection diceluy, à cry publiq, au lieu accoustumé de faire criees & ventes de biens, à iour de marché ou dassise, au plus offrant par vn seul edit. Et demeurent les deniers de ladite vente es mains du tuteur qui est chargé desdits biens: desquelz deniers prouenans de ladite vente ainsi faite il est tenu de rendre conte, & non selon ladite prisee.



Aestimatores quo ordine teneant.

IVRE CIVILI id receptum fuit, vt quum mobilia describuntur in repertorio, æstimari fideliter debeanr.tex.est in l.fin. ibi, sed in æstimanda adultæ substantia scribæ vitium, & cætera.C.de magist.conue. Et ideo iureiurando se adstringunt æstimatores, vt in text.statuti; nec à periculo liberi sunt, si quid dolo malo sit æstimatum:ordine enim suo conueniuntur.Primo enim loco tutor:secundo, qui administrare neglexit; tertio, magistratus, qui aut dedit, aut decreto confirmauit; quarto, scriba:quinto, æstimator mobilium:vt dicit Accurs.in glo.fi. d.l.fi. C.de magistra.conue. Commodius autem fiet, & erit vtilius & pupillo & tutori si mobilia

vendant

vendantur,& maximè quæ ſeruando aut conſumuntur,aut atternuntur.l.lex quæ tutores.C.de admin.tu.idq; autore Prætore,vt in ſtatuto noſtro.Fructus tamen ſuo iure & ſine decreto poteſt, imo tenetur vendere:alioquin in culpa eſt. Tutor enim,inquit Iulian.ſi ceſſauerit in diſtractione earum rerum quæ tempore depereunt, ſuum periculum facit:debuit enim ſuo officio fungi.l.tutor qui repertorium.§.j.ff.de adminiſt.tuto.& l.mulier.§.ſed enim.ff.ad Trebel.& d.l.ſi.in fi.ibi,id eſt vinum,oleum, & frumentum ſine decreto diſtrahere.C.de adminiſtr.tuto.Item & veſtes detritas.l.& ſine.C.quand.decret.op.non eſt.& glo.in verbo exceptis.in d.l.lex quæ.§.iam ergo. Item & animalia ſuperflua.d.l.lex quæ.§.animalia. Quod ſi facere omiſit, tenetur.l.ſi res pupillares.C.de pericul.tut. Notandum tamen eſt,multum referre,an decreto venditio facta ſit,id eſt publica autoritate & ſub haſta,an verò priuatim : quia primo caſu præſuppoſita eorum,quæ venduntur, & deſcriptione & æſtimatione, ſi contingat ea minoris diſtrahi, quàm æſtimata ſunt, diſtractionem ſequimur : vt in ſtatuto noſtro in fi.Et pro eo nuncupatim facit doctrina certa Bar.in d.l.fin.C.de magiſtrat.conue. Secundo verò caſu, non ita,quia æſtimationem ſequetur pupillus, ſi ſibi illa vtilior ſit:ſibi enim imputabit tutor,qui rem occultè ſuo periculo fieri voluit:arg.l.ſi.C.arb. tutel. Tamen in fructibus vendendis alia eſt ratio : hi enim neque deſcribi poſſunt, neque æſtimari, ſed prout eueniunt:& in annos ſingulos vendi debent : vt dicitur in d.glo.exceptis. Caueat autem,inter cætera, tutor ne quid ipſe ſibi ipſi vſurpet, emat, ſollicitet,acceptet,aut acquirat ex bonis pupilli : quia ſemper fraus præſumitur,etiam ſi cum decreto actum ſit : neque inter viuos neque aliàs id fieri poteſt : vt conſtitu. Franc.reg.publicata anno 1539. idem erit ſi eius filio quæratur. l.quod dicimus. in princ.& l.pupillus.in fi.ff.de auto.tut.& l.nec inter.C.de dona.inter virum & vxo.Id tamen verum eſt, ſi patri in bonis filij quæratur vſuſfructus : Ideo in Francia contra eſt,vbi pater nihil iuris acquirit in bonis filij.facit l.ſi conſtante. C.de dona.inter virum & vxo. iccirco non offendetur conſtitutio ſi adultus filium curatoris, aut tutoris hæredem inſtituat.tex.eſt formalis in l.hæc ratio.§.verbum hoc. ibi,quia patri quæritur.ff.de dona.inter virum & vxo. Exijt nouiſsima alia conſtitutio Henri.reg.noſtri publicata his diebus, quæ Franc.ſuperiorem conſtitutionem ſuper eo interpretata eſt, his verbis, Et quant au cxxxj.article,faiſant mention des donations,nous voulons & ordonnons en interpretant ledit article, que toutes donations entre vifz & teſtamentaires qui feront faites par les donateurs ou teſtateurs au proufit de leurs tuteurs, & curateurs,gardiens, balliſtres & autres adminiſtrateurs, pendant leur adminiſtration, ſoient nulles,& telles les declairons : enſemble celles qui frauduleuſement feront faites durant ledit temps à perſonnes interpoſées,venans directement ou indirectement au proufit des ſuſdits.

Tutori quæ cum decreto uendẽda, et quæ ſuo iure.

Tutor cautius aget ſi omnia publicè diſtrahat.

Tutor à pupillo nihil acquirat.

Tutoris filius an prohibeatᷣ à pupillo aut adulto capere.

BASTARDS ET AVLBAINS.

TITVLVS XVII.

§. CLXXXIIII.

VN BASTARD peult diſpoſer de ſes biens en tous contracts dentre vifz,comme vn legitime.


IVVS, inquit Iulianus, donare merentibus amicis potest, legare verò nec benemerentibus amicis potest, quo patroni ius minuat. l. viuus. ff. si quid in fraud. patro. Idem est, si vendidit aut permutauit, aut qualitercunque distraxit. l. j. §. sed si rem bona fide vendidit. ff. illo titul. Et mihi videntur maximè esse notanda verba d. l. viuus. ibi, benemerentibus amicis. & alia, d. §. sed si rem. scilicet ibi, bona fide, &c. adeo, vt oporteat & benemerentibus & bona fide donari. quod si dolo malo factum est, aut fraudandi patroni gratia, Fauiana actione id emendabitur. l. si id quod. illo titul. disponere autem non potest per actus vltimæ voluntatis aut mortis causa, nisi sit miles. l. si duobus. ff. de testa. milit. Miles enim suo priuilegio ius commune vtcunque solet inuertere. cæteris enim nedum testari non licet, sed nec habere ius accrescendi passiuum: vt si duo liberti instituti sunt hæredes, vno recusante, alius, iure accrescendi, vacantem portionem non occupabit, sed patronus. quæ omnia, & alia quæ de patronis & libertis conscripta sunt, ad naturalium collata sunt. Regem enim patronum & successorem hi habent, regni Franciæ consuetudine generali, quæ apud Præfectos rationum regiarum Parisius in acta relata est. In huius disquisitionem plures insudauerunt, an scilicet ea consuetudine generali ius disponendi sublatum esset, vt iure communi sublatum est, si ad instar patroni & libertorum rem metiamur: idq; mens tacita statuentium videtur edidisse. Concessit enim naturalibus res suas inter viuos & donare & distrahere: iuxta d. l. viuus. Quod cùm fecerit, illis tacitè, ne quid aliter quàm inter viuos donarent, interdixisse videtur: argumento in iure notissimo, quod sumitur in c. nonne benedicimus. de præsump. Contra tamen obtinuit vsus, qui super omnia sequendus est, vbi de legis interpretatione quæritur. l. si de interpretatione. ff. de legib. licet enim in Francia inter hos natalibus non restitutos legitima successio sublata sit, tamen possunt de bonis suis contrahere & disponere, siue contrahendo, siue disponendo, & siue inter viuos, siue causa mortis quomodocunque volent ipsi. vt tenet Benedict. in sua repetitio. in verb. vxo. no. Ad. nume. 712. Et ita arresto Parisiensi iudicatum sciui. Ideo antequam eorum bona ad fiscum deueniant, quatuor abesse oportet. Primò, quòd natalibus restituti non sint, quod rex solet facilè concedere, soluto tributo præfectis rationum, prout tulerit bonorum quantitas, æstimato: Et tunc hæredes habent, quos volunt, aut quos lex dederit. per text. in l. etiam. in princip. versic. planè si natalibus redditus sit, cessat contra tab. bono. possessio. etsi à principe liberam testamenti factionem impetrauerit. ff. de bo. libert. Secundò, quod bona non distraxerit aut alienauerit: quia id potest hoc statuto & iure communi. d. l. viuus. Tertiò, quòd non instituerit hæredem, aut mortis causa bona donauerit, quod sibi licet vsu Fran. Quartò, quòd filios legitimos nullos relinquat, hi enim abintestato succedunt patri etiam non restituto natalibus: & ideo fiscus tantum succedit abintestato, vbi liberi superstites nulli sunt: idq; obseruatur, vt formaliter statutum est infra §. clxxxvj. Non prætermittimus, quæ dicit loco suprà allegato Benedict. numer. 713. patronos, ea bona occupari non posse, nisi tribus concurrentibus. Primò, quòd nati sint in territorio eo, cuius dominus bona nancisci vult. Secundò, quòd in eo loco habitent. Tertiò, quòd in eo defuncti sint. forte quartum addendum fuit, quòd scilicet bona in eodem loco sita sint.

Naturales possunt bona fide donare & distrahere.

Naturales an testamenti factionē acti uā habeant.

Naturalibus quando fiscus nō succedit.

§. CLXXXV.

BASTARDS ne ſuccedent abinteſtat ny par teſtament, à leurs parens & lignagiers de quelque eſtat quilz ſoient.

EIICE ancillam, inquit Sarra, & filium eius: non erit enim hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Geneſ. x x i. id & de iure ciuili verum eſt in his naturalibus filijs, qui ex coitu aut ordinariè aut extraordinariè damnato producti ſunt. l. ex complexu. C. de inceſt. nupt. tamen ſi coitus damnatus non eſt, liberum erit patri his relinquere, etiam ſi legitimos habeat, vſque ad vnciam: & concubinæ ſemiunciam. l. ij. cum auth. ibi poſita C. de natur. liber. Abraham enim, cùm omnia ea quæ poſsidebat filio ſuo Iſaac teſtamento reliquiſſet, filijs concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo. Geneſ. cap. x x v. Abinteſtato autem nihil capit, ſi filius legitimus ſuperſit: nec item conqueri poteſt, ſi teſtamento ei nihil ſit relictum: vt per Accurſ. in glo. ij. in l. j. in princip. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Et per Bart. in l. gallus. §. etiam ſi parente viuo. ff. de liber. & poſth. & per Bald. in l. fi. C. ſi quid in fraud. patro. ſi autem pater nullos habeat legitimos filios, neque matrem neque vxorem, naturales ſuccedunt etiam abinteſtato in duabus vncijs, & ex teſtamento in totum, ſi ita voluerit teſtator. d. auth. licet patri. C. de natura. liber. ibi, totam ſubſtantiam. quæ omnia ſic intelligas, ſi naturales hos protulerit coitus ſimplex & non damnatus: cæteros enim ius in totum repulit: inter quos enumerandi ſunt, etiam qui ex ſoluta & coniugato nati ſunt. c. tanta eſt. qui filij ſint legit. ij enim neque ex teſtamento neque abinteſtato admittuntur, etiam nullis legitimis exiſtentibus, aut alijs coniunctiſsimis ſuprà expreſsis, vt patre, matre & vxore defunctis. Nec ius hæredis aut legatarij recipere poſſunt. vt arreſto Delph. parlamenti deciſum dicit Guid. Pap. quæſt. cclxxx. per d. c. tanta. Hoc ſtatutum iuris ciuilis diſpoſitionem omnino diſturbat: cùm illo neque patri, neque matri, neque cognatis, aut agnatis naturales ſuccedere poſsint, neque ex teſtamento neque abinteſtato, nullo facto delectu coitus ex quo eſſent producti: ea enim dictio, A leurs parens, tam matrem quàm patrem comprehendit. l. quique litigandi. §. j. & fi. ff. de in ius voc. quod ad patris ſucceſsionem attinet ſuprà ſatis dictum eſt: matri verò, quæ ſemper certa eſt, lex voluit filium naturalem ſic ſuccedere, vt nihil omnino à legitimis differret; ſed cum illis æqualiter, ſi qui eſſent, abinteſtato ſuccedere. l. hac parte. & l. Modeſtinus. ff. vnde cog. & §. fi. Inſtit. ad Orficia. imo alijs aſcendentibus ex materno latere, naturalem ſuccedere permiſit: modò tamen, tam hoc, quàm ſuperiori caſu, mater illuſtris non ſit, etiam ſi meretrix ſit. authen. ſi qua illuſtris. C. de natur. lib. quod autem ad cognatos & agnatos attinet, ea eſt veritas digeſta in tres caſus. Primò, de coniunctis ex linea paterna tantùm. Secundò, ex materna tantùm. Tertiò, ex vtroque. Primo caſu, non ſucceditur ſiue ſit coitus illicitus ſiue alius. l. fi. de natura. fili. C. & in auth. quibus mod. natura. effi. legit. §. filius verò. Hos enim ius ciuile etiam antiquum admittere noluit. d. l. hac parte. licet Prætor admiſerit ſi infrà annum petierint bonor. poſſ. l. ij. §. dies. & §. largius. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeruet. cum glo. itaque. in princip. Secundo caſu, admittuntur etiam cum legitimis abinteſtato. §. vulgo quæſitos. & §. penult. Inſti. de ſucceſſ. cognat. & d. l. hac parte. & l. ſi ſpurius. ff. vnde agnat. Tertio caſu, ad

Naturalibus quibus relinq. poſsit.

Naturali quãtum ex teſtamẽto liceat capere aut abinteſtato.

Naturalis quomodo matri ſuccedat.

Naturalis quomodo agnatis aut cognatis ſuccedat.

ſu,admittuntur vt in ſecundo. & ita tenet Angel.in d.§.vulgo quæſitos. Aduerte tamen, quòd etiam ſi naturali talium ſucceſsio interdicta ſit, tamen huic inter viuos ab his donari poteſt, arg. ſumpto à ſtatuto ſuprà §.clxxxiiij. permittitur enim naturalibus donare cui volent inter viuos: ergo & per conſequentem rationem his donari.arg.l.quidam.ff.de pe.& l.eius. in fi.cum glo.fi.ff.de teſta. Et negatiuè in l.nam & ſi.ff.de inoffic.teſta.

Naturali hac cõſuetudine licet donare iter viuos.

§. CLXXXVI.

LES deſcendans en directe ligne en loyal mariage des baſtards,leur ſuccedent,& non leurs autres parens lignagiers.



IVRE ciuili,ſi filius naturalis ex coitu illicito natus eſt,quemadmodum non ſuccedit parentibus aut cognatis & agnatis, ita & illi per hos non ſucceditur.arg.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſtam.alioquin autem mater aut eius aſcendentes ſuccedunt abinteſtato, ſiue illa filios legitimos habeat, ſiue non habeat: & ſiue ſit illuſtris,ſiue etiam meretrix.Inſtit.ad Tertul.§.fi.& §.vulgo quæſitos. de ſucceſſ.cognat. & d.l.ſpurius.vnde cog. Et Benedict.in repetit.ſua verb. Et vxo. no.Ad.num.703.vbi glo.in d.§.fi.contra tenentem reprobat.Eo item loco Benedict. voluit idem aſſerere in patre naturali certo.alleg.§.Inſtit.de ſeruil.cognat.ibi, ſed alterum in alterius. & §.in quibus enim caſibus.in auth.quib.mod.natu.effi.legit.

Naturali & his non ſuccediturquibus non ſuccedit.

§. CLXXXVII.

SI LENFANT de baſtard va de vie à treſpas, delaiſſe ſon pere,ou mere,ou freres,les biens meubles & acqueſtz immeubles appartiennent à ſes pere,mere,ou au ſuruiuant deux,auecques ſes freres par eſgalles portions. & ſil nha pere ny mere, ilz appartiennent auſdits freres:mais ſil va de vie à treſpas ſans enfans,pere,mere,ny freres,ny leurs deſcendans,en ce cas il ha deux heritiers, lun du coſté paternel,qui eſt le Seigneur hault iuſticier repreſentant leſtoc paternel: & ſes prochains heritiers du coſté maternel, qui ſuccedent en lautre moitié deſdits meubles & conqueſtz, & en tout lheritage du coſté maternel.



OLIM liberto ex iuſtis nuptijs nato & ſine liberis mortuo imprimis ſucceſsit patronus.l.liberto ſine liberis.ff.de bon.liberto. Sed iure nouo,pater,mater, frater, & ſoror prius admiſsi ſunt, & poſt hos patronus, ſecundum textum ſtatuti noſtri.& pro eo textus eſt expreſſus in princ.Inſtitut. de ſeruil.cognatio. Hoc §.ſtatuentes niti voluerunt,vt naturalium linea paterna non obſeruetur,etiam in bonis nanciſcendis eius qui legitimus eſt, iuxta text. in l.patronæ liberi etiam vulgo quæſiti. in fi.ff.de bon.liberto. Ideo ad maternam lineam tutius deuoluitur ius bonorum

Naturalis liberis legitimis quemodo ſuccedatur.

norum poſſeſsionem petendi, ſiue ſit mater naturalis. d.l.patronæ. & l.hac parte. ff.vnd.cogna. ſiue legitima, vt hic in noſtro ſtatuto : & eo caſu ad ius commune reuocata res eſt : cùm natalium defectus nullus eſt, qui hanc lineam afficiat.

§. CLXXXVIII.

LA SVCCESSION des aulbains appartient à Madame des biens eſtans au païs & Duché de Bourbonnois.

VBERIVS eſt ius hoc quod in aduenas edictum eſt, qui communi vocabulo albini quaſi alibi nati dicti ſunt : inde albanagium ius ipſum : & bona inde fiſco quæſita albona, vel potius caduca dicuntur. Nam cùm natalibus non reſtituti ſpurij poſsint in Francia beneficia tenere quæcunque, ſi cum his ſummus pontifex diſpenſauerit : item & bona temporalia : & ea diſtrahere, relinquere, legare, item & in hæredes extraneos tranſmittere ex teſtamento, & ad filios abinteſtato : vt ſuprà dictum eſt : aduenæ tamen ea non poſſunt. Beneficijs enim obtinendis in hoc regno excluſi ſunt, per conſtitu. Caro.v i i. anno 1 4 3 1. quod maximè obſeruatur in his, quæ ſunt dignitate illuſtria : idq; ex lege antiqua Deutero.x v i i i. Prophetam, inquit, de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi dominus deus tuus, & ipſum audies. Secundò, quantocunque tempore habitauerint in Francia, domicilium & nomen incolæ acquirere non poſſunt. Tertiò, bona ſibi quærere non poſſunt quandiu ibi reſederint. per text. in l.vnica.ibi, vt nulli extraneo quoquomodo poſsidendi licentia tribuatur.C.ne liceat habitato.lib.xj. Quartò, ſi quædam ſibi aut obuenerint aut ipſi nacti ſint, de his teſtari non poſſunt, etiam ad pias cauſas. Quintò, etiam ſi liberos habeant, per hos illis nullomodo ſucceditur, neque ex teſtamento, neque abinteſtato : ſed rex id omne quod erit reliquum occupabit, excluſis liberis, vxore, & alijs quibuſcunque legitimis hæredibus : vt dicit Benedict.in c.Raynutius. in verbo, & vxor, nomine Adelaſiam.numer.1042.& Boër.in quæſt.xiij.numer.17.& ſequen. Pragmaticarius in tit.de collation.§.veruntamen. in glo.liberius. & hoc niſi ad ſuperiora à rege reſtituti ſint, & vt dicunt rehabilitati per literas naturalitatis. Noui ego militem virũ egregium & bellicoſiſsimũ Philip.de Moles de la Clayette, natum apud Heluetios, qua eius pater & mater grauida in Galliam reduces commeabant: hic cùm eſſet annos natus ſexaginta, plus minus, quòd ſtatu dubio eſſet, nondum acceperat. forte euenit inter loquendum, vt fit, cùm Venatori Cardinali id retuliſſet aliud agens, huic offendiculum datum eſt & ſcrupulus obiectus, quòd regni incola non eſſet : & ideo eius filios bonis quæ ipſe poſsidebat non fruituros : ſi non id eſſet principis reſtitutione conſtabilitum. Facto ad me relato, præſenti opinione putaui illum aduenam non eſſe : mater enim dici debuit eo loco peperiſſe, vbi eſſe fingebatur, & quo proficiſcebatur. l.nihil. ff.de capti.poſtlimi.reuerſ. & l.qui in vtero ſunt. ff.de ſtatu homi.Paul.de Caſt.id notat in l.huiuſmodi.§.legatum.ff.de legat.j. Nam originarius non dicitur is, qui commeando natus eſt, vt dicunt Doct.in l.ciues. in fi. C.de incol.& id tenet Boër.in deciſ.ſuprà allegat. nume.51. & ſequen. tamen vt in re nullum aut minus eſſet periculum, à principe hanc gratiam obtinuit. His diebus militem quendam natione Albanum hic mori contigit, poſt ſcriptos hæredes, qui contra nos contenderunt, multis rationibus, bonorum poſſeſsionem his denegandam

Albini. Albanagium. Albona.

Aduena in Francia beneficia tenere nõ poteſt.

Aduena nõ habilitatus nihil quærere aut diſponere poteſt.

Naturalitatis literæ. Philippus de la Clayette, miles generoſiſsimus.

Albanagij ius an in hoc militis locum habeat.

non

non esse,cùm ea caduca dici non debuerint,vt relicta,licet ab extraneo, tamen militiæ causa à patria sua Albaniæ semoto, à qua & equos & arma, quibus ad regis obsequium erat instructus, subduxerat: item & pecuniam à regis stipendio quæsierat, quæ potius hæredibus vtpote personis coniunctissimis relinqui debuit,quàm à rege, à quo oneroso nomine illa exierat,occupari. Item & obijciebatur priuilegium militare,cuius causa in negotijs militis nihil summo iure fit:imo etiam præiudicio patroni naturalis,si miles sit,posset testari.l.si duobus.ff.de testa.mili.contra nixi sumus, id ius albanagij generali vsu hactenus obseruatum esse, non distractis his, qui militiæ causa aduenerant: imo & eos qui studij causa aberant eo iure contineri: vt in d.glo. liberius. Post hæc tamen regis liberalitate literis expresis nobis declarata omnia restitui hæredibus iussimus, non quidem vt hæredibus, sed vt donatarijs principis qui hodie solet harum obuentionum potestatem ductoribus militaribus relinquere.

TAILLES PERSONNELLES.

TITVLVS XVIII.

§. CLXXXIX.

IL Y HA audit païs & Duché de Bourbonnois des tailles qui sont personnelles & sur le chef & la personne, dont les vnes sont franches, car elles ne rendent point la personne serue, combien quelles soient sur le chef & sur la personne: & dautres qui ne sont point franches, qui rendent la personne serue & de poursuite & mainmorte.

Talea quomodo personalis imponenda.



ALEA hæc,quæ personæ indicitur,capitatio dicitur:& est magis personalis quàm patrimonialis: tamen vtriusque ratione habita,taxari & exigi debet.l.fin.§.fin.ff.de munerib.& hono.idq; statuentes nostri satis innuerunt §.sequenti, cxc.ibi, selon la faculté des biens de celuy qui la doit. Id late examinat Ioan.Mauritius Senator Burgundus in præludijs in l.j.quo loc.mulier muner.sub.sol.lib.xj.C. Et quia huiusmodi seruitus diuerso iure debetur, vt hoc text.expressum est., præmittam quosdam colonos dici ascriptitios,quosdam originarios,censitos alios,alios inquilinos.Quòd si alij quidam sint & reperiantur, aut huc congerere omnino inutile est, aut certè illi superioribus impliciti sunt.Ascriptitij dicuntur,qui glebæ seu aratro aut fundo quem colunt adeo adstricti sunt,vt nunquam posint inde auelli aut discedere,vt alibi morentur.l.cùm satis inhumanum. C.de agricol.& censit. lib.xj. hiq; parum à seruorum conditione differunt.l.ne diutius.C.eodem titu. Originarij autem dicuntur,qui ex ascriptitijs liberi sunt.l.diffinimus.& d.l.ne diutius.C.illo titu. Censiti autem sunt, quos licet eadem fundo inhærendi teneat seruitus, non tamen idem tributum: cùm ascriptitij & originarij certum non debeant: censiti autem medietatem,aut tertiam,aut quartam, aut aliam fructuum partem debent. Inquilini licet ad colendum agrum perpetuò obligati sint,tamen id per alios exequi possunt:& aliò migrare,si libeat, etiam si personaliter

Colonorum differentia.

Ascriptitij qui.

Originarij qui sint.

Censiti qui sint.

Inquilini.

sonaliter domino subijciantur: hi autem sunt, quos seruitus hæc personalis seruos non facit,& quos primo loco exprimit statutum.ibi, dont les vnes sont franches, car elles ne rendent point la personne serue. Aduerte tamen, quòd licet Bened.in verb.& vxo.no. Ade.nume.974.id ita asseruerit, tamen ex l.omnes omnino inquilinos fugitiuos.de agr.& censit.lib.xj.C.ad instar ascriptitiorum domum reuocandi ius domino dedit. Nemo autem horum quicquam alienare iure ciuili potest: hoc tamen statuto potest, infrà §.cciiij.

DE POVRSVITE.

HI sunt verè ascriptitij, quos terræ inhærere oportet. Quòd si velint se celare & separare, ad exemplum serui fugitiui, vnà cum omni familia reuocantur à domino. Inhumanum etenim visum est, terram quæ ab initio ascriptitios habuit, suis quodammodo membris defraudari: prout dicit tex.in l.penul.in princ. de agric.& censi. lib.xj.C.facit tex.in c.ij.cum glo.fin. de immunita.eccelsia. & tex.in l.omnes omnino fugitiuos.& l.originarios.cum l.seq.& l.si coloni.illo titu.& ideo rectè, dominum ius prosequendi in illos habere, dicitur in statuto: ibi, de poursuite & mainmorte. de qua vide amplius suprà §.xxv. *Ascriptitij ad instar seruorum fugitiuorũ dominum reuocantur.*

§. CXC.

QVICONQVE doit taille personnelle & sur le chef, soit taille franche ou taille serue, ladite taille est à volunté raisonnable: & la peult le Seigneur croistre ou diminuer, selon la faculté des biens de celuy qui la doit.



ASCRIPTITII coloni sunt iustitiabiles: & possunt capitatione cogi ad nutum domini: vt dicit Benedict.in c.Raynutius.in verb.& vxor.no. Ade las.numer.972. qui alleg.§.si verò forrsitan. in auth.de quæstor.collatio.vj. tamen id exequi debent patroni arbitrio boni viri,& suam voluntatem omnino non sequi: vt dicit Accurs.in glo.in verbo,imperare.in l.penult.ff.de arbi.& Ioan.Fab.in §.pretium. Institu.de emptio. & vendit. & in his eum oportet tria considerare. Primò, facultatem coloni,& ne eum prægrauet asperius: vt in statuto, ibi, selon la faculté des biens de celuy qui la doit. Iuxta vires enim patrimonij exigi debet, & ideo olim fiebat secundum æs & libram; vt dicit glo. in l.rescripto. circa fi.ff.de muner. & hono.Bart.in l.quia.§.actor.ff.de re iudic. & in l.j.§.fi.ff.de muner.& hono. Et in ea indicenda metiri debet dominus cuiussuis extimum. l.j. §.quod si nemo. ff.quod cuiusf.vniuers. Vario enim patrimonio munus certum dari non potest: cùm hoc anno ditior, sequenti fieri possim pauperior: & contra. Secundò, vltra vsum & consuetudinem patronus indicere non debet,& in colonum nouationem exequi vitabit: vt dicit text.in l.penult. §.caueant. in princip. de agricol.& censit.lib.xj. C.& si plus exigat quàm anterioribus temporibus exactum est, accusari potest à colono: vt dicit text. in l.j. in quib.caus.colo.do.accus.poss.lib.xj.C. Tertiò, ne quid violenter committat. d.§.caueant.ibi, violentiam eis inferre. Vis enim totiens committitur, quotiens quis, etiam quod sibi deberi putat, non per iudicem reposcit. l.extat. ff.quod *Talea ad nutum quomodo imponat.* *Extimũ cuiusque uariũ est.*

metus causa. Boër.in j.parte decis.suarum,quæstione cxxvj.numer.3. tenet dominum subditos taleare non posse,nisi id sibi ex consuetudine laudabili liceat:quæ consuetudo vix est vt laudabilis,imo verò vt humana dici posit.

§. CXCI.

QVICONQVE doit taille personnelle & sur le chef soit franche ou serue, il doit quatre charrois lan à son Seigneur sil ha bœuf & charrete ou beste trayant:& sil nha bœuf & charrete ou beste trayant, il doit quatre coruees lan ou il plait au Seigneur lemployer à son seruice du Soleil leuant au Soleil couchant.

QVIA materia operarum amplius & clarius infrà §.ccccxxxix. statuta est, nihil hic cumulabimus,vt ibi dicturi quæ videbuntur ad eam rem pertinere.

§. CXCII.

IL Y HA plusieurs serfz audit païs, dont en y ha les aucuns qui doiuent quatre deniers à cause de seruitute: & sappellent les quatre deniers de chantelle: Et par la coustume neschointent point les vns aux autres ny leurs enfans, pourueu quilz soient partis & separez:autre chose est,eux estans communs.



INTER eos enim succeditur, si socij sint & socialiter residcant & viuant. vt infrà §.ccvij. alioqui patronus succedit hac consuetudine: cuius meminit Hostien.in summa,tit.de nat.ex lib.vent.§.fi.vers.& modo. Et Benedict. in repetitione sua,verb. & vx.no.Ad.numer.953.Et Io.Fab.in §.j.Institut.quib.mod.ius patr.pot.sol.illaq; fuit manus mortua. Et ea lex aliquando tenuit Delphinates vsque ad Hubertum Delphinum:qui cùm in Franciæ primogenitum patriam prouinciam transferret, legem hanc abrogauit, & eos liberos esse voluit, qui erant sui: vt refert Guid.Pap.quæst.ccclxj.

§. CXCIII.

SI MONSEIGNEVR le Duc ou son vassal ont vn serf par commun, & il y ha enfans qui soient à partir, mondit Seigneur ha le choix quand on fait le partage & se fait ledit partage par la coustume en ceste maniere, que sil y ha plusieurs serfz ou femme de serue condition, mondit Seigneur le Duc prend celuy qui bon luy semble, & celuy qui est commun choisit lautre apres tel que bon luy semble, & mondit Seigneur apres, iusques

au par

au paracheuement : & s'il en reste vn ou vne seulz, ilz demeurent communs.

VENDI autem aut aliàs alienari, vt & diuidi possunt. l.ij. de agri. & censit. lib.xj.C.quòd si seruus vnus aut ancilla plurium sit, postulante socio nihilominus diuidi potest, adiudicatione vni facta per licitationem. l.& si non omnes. §.si communis seruus. ibi, æstimabitur seruus, & eius partem consequitur. ff.com.diuid. *Seruus unus plurium diuidi potest.*

§. CXCIIII.

SI VNE femme serue ha plusieurs bastards ou bastardes dun homme franc, sesdits enfans, vn ou plusieurs, seront tous serfz: & le contraire est, que si vne franche ha bastards dun homme serf, les enfans demeurent en bastardage, & ne seront point serfz.

SI QVIS, inquit Imperat. ex matre libera nascitur, patre verò seruo, ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus est, quia vulgo conceptus est. §.sed & si quis.Institut.de inge. & §.penult.de iur.perso.partus enim ventrem sequitur.l.partum. C.de rei vendic.idem si ex ascriptitio & libera nascatur: nam cùm id antea dubium esset, noua constitutione resoluit Iustinianus, vt si ex ascriptitia & libero processerit soboles, omnino eam sequi ascriptitiam fortunam & seruilem obseruationem, & ex libera matre procedere liberum partum, & secundum ventris statum, in auth.constituti.qui ex ascript. & lib.nat.coll.v. cui hoc statutum conuenit.& id declarat Bened.in repeti.sua, verb. & vx.no.Ad.num.701.facit text.in l.ne diutius.& in l.fi.C.de agri.& censit.lib.xj. *Partus ventrem sequi.*

§. CXCV.

NVL ne peult demeurer es chastellennies de Murat, Herisson, Montlucon, & Chantelle, ny aucune dicelles par an & iour, quil ne doiue taille franche à Monseigneur ou à autre : laquelle est sur le chef & sur la personne, & est de suite : sinon que telle personne soit noble, clerc, ou personne priuilegee, ou s'il ne demeure en lieu de franchise.

VSV FRANCIAE incola is dicitur & muneribus astringitur, etiam qui minori tempore quàm anno resedit, modò id fecerit animo residendi: non autem si alia causa, vt diuertendi : ideo si quis studij, aut operis consummandi, aut alia causa non perpetua residet, tunc decennio tantùm incolatum contrahit. l.nec ipsi. de incol.lib.x. C.& l.si filium. ff.de petit.hæredit. & glo.in l.hæres absens. ff.de *Incolatus nomen quãdo quæratur.*

iudic. Quòd si durante eo tempore aliquo actu significet se Præsidem, vt domus aut fundorum emptione, tunc minori tempore contrahit: vt dicit glo.in d.l.nec ipsi. in verb.constituerint.idem & si palàm suam voluntatem expresit, se velle esse incolam: vt dicit Panor. in c.fi. de paroch. Et id est primum quod super hoc statuto notandum est. Secundò, capitationem seu taleam personalem incolis indici, idq; iure confirmatur. l.rescripto. §.fin.ff.de muner.& hono. ibi, municipibus & incolis. & l.j.de municip. & originar.lib.x. C.& l.priuilegio.de incol.eod.lib. Tertiò, fieri posse, vt diuerso iure & diuersis locis quis munus id subeat. Originarij enim ascriptitij, licet ab his quibus adscriptitij non sunt liberi sint, tamen horum quorum sunt originarij quodammodo serui sunt, quoquo se transferant: prout dicit text.in l.fi.in princ.C.in quib.caus.do.colo.accus.poss.lib.xj. & l.ne diutius. in fi. C.de agri. & censit.eod.lib. Ideo tales domino originario munus seruile debent: domino verò loci cuius sunt incolæ liberum munus præstant. tex.est expressus in l.j. de municip.& origina.C.& facit statutum §.sequen. Quartò, priuilegio personali his capitationibus etiam liberis derogari. l.priuilegio speciali.iuncta glo.j.in secunda lect. de incol.lib.x.C. Inter hos autem, qui ratione priuilegij ab hoc munere eximuntur, primum locum tenent nobiles, qui lege scripta immunes facti sunt, fauore militiæ, cui dediti sunt.l.& qui originem. §.hi qui in castris.ff.de munerib.& honor.declarat Guid.Pap.quæstione ccclxxxiiij. Et licet Mauritius in l.vna. C.de mul.& quo loc.mune.sub.sol.lib.x. in contrariam partem sese distorqueat nihil agens, tamen id vbique gentium obseruari audiuimus. Succedunt clerici, qui contra calumniam plurium hactenus habiti sunt immunes à capitatione seu iugatione, iure pontificio.c.quanquam.de censib.lib. vj.& c.clericis.de immunit.cler.eod.lib.& c.aduersus.de immunit.eccles. item & iure ciuili per l.placet.C.de sacrosanct.eccles.

Talea personalis incolis tantum indicitur.

Talea quandoque duplex ab uno debeat.

Nobiles à muneribus immunes.

Clericorum immunitas.

§. CXCVI.

NVL ne peult aduouer aulbains ou nouueaux venuz estrangers esdites chastellennies pour ses hommes: ny leur indire ny imposer ladite taille, si nest Monseigneur le Duc, & non autre: sinon quil ayt iustice haulte, moyenne & basse.



HAEC comprobantur in l.cùm scimus, de agricol.& censi.lib.xj.C. amplius & latius in auth.de quæsto.§.si verò forsitan. & in l.vna. de colo.Palæsti.& in l.vna.de colo.Thracens.& tit.seq.l.vna.lib.xj.C. & in l.j.ij.& iij. de fugit. colo.lib.eo.Finalia autem verba statuti probantur in l.j. de municip.& orig.lib.x.C. dixi suprà §.præcedenti, in tertio notabili.

§. CXCVII.

QVICONQVE doit taille personnelle à vassal autre que à Monseigneur le Duc, ladite taille est serue & de suite & de main morte.

HIC §. per sequentem declaratur. tres enim casus duo §§. continent. Primus est, quando capitatio est principis in subditum. Secundus, quando priuati. Tertius, quando communis vtriusque. & hic nouissimus continetur §. sequenti: cæteri autem hoc §. sic mitius cum principe agitur, quàm cum eius vasallo. huius enim ascriptitij aut mancipia vltra legum duritiem, quam his subire necesse est, si alio se transtulerint, duplici capitatione astringuntur: vasallo scilicet vt patrono, & loci domino. Principis verò coloni ad aliquam descriptionem seu extraordinarias functiones deuocari non possunt. l. dominicos colonos. de agricol. & mancip. dominic. lib. xj. C.

Ascriptitij principis liberiores quã vasalli.

§. CXCVIII.

SI AVCVNE personne homme ou femme doit taille personnelle à Monseigneur le Duc & taille à son vassal, la taille du vassal est serue, comme dit est: & par le moyen dicelle la taille de mondit Seigneur est pareillement serue, par le moyen du vassal qui lasseruit: & par la coustume, la pire condition emporte & attrait à soy la meilleure.

TERTIVS est casus ex his quos suprà descripsimus, cùm scilicet capitatio vtrique debetur principi & priuato: nam priuati capitatio hoc iure seruilis est: vt suprà §. præcedenti: principis verò libera. Itaque ex hoc loco duo sunt notanda. Primum, vt quod quis ex persona sua non habet, id per extraneum habere posit. verba sunt tex. in l. Aristo. in fi. ff. quæ res pigno. obligar. poss. & l. cùm autem redhibitio. §. fi. ff. de ædil. edict. facit l. filius patroni. ff. de bo. libert. Secundum, cùm iure communi, dignius semper minus dignum ad se reuocet. l. iustissimè. ff. illo titu. Hic contra est, tam si personarum qualitatem inspicias, quàm si rem ipsam: idq; forte, quòd non conueniat eandem rem diuerso iure censeri. l. si communem. ff. quemad. seruit. amit. & ideo ne priuato nocitum esse dicatur, principis iuri addidisse, quàm priuati detraxisse, melius visum est.

Consequar per alium quod per me non possum.

Maius quandoque minus attrahat.

§. CXCIX.

LES ENFANS descendans en mariage dun homme serf ou femme serue, ensuiuent la condition de leursdits pere & mere: tellement que si le pere ou la mere sont serfz, ou lun deux seulement, les enfans & les descendans de luy seront serfz: combien que le droit escrit die: Quòd partus ventrem sequitur: car par la coustume, la pire condition emporte la meilleure.

LEX NATVRAE hæc est, vt qui nascitur non ex legitimo matrimonio, matrem sequatur. l. lex naturæ. ff. de statu hominum. Primò, quo ad originem. l. eius qui. & l. j. in fin. ff. ad municipal. Item quo ad familiam & nomen: vt dicit

Naturalis matrem quo ad omnia sequitur.

Bened.in repet.sua.verb.Raynutius de clera.in princ. Item, & tertiò, quo ad statum siue libertatem.l.partum.C.de rei vend. Quartò,quo ad successionem.l.hac parte. & l.Modestinus.ff.vnde cog.& §.fi.Instit.ad Orficia. Cùm autem legitimæ nuptiæ factæ sint,patrem quo ad omnia liberi sequuntur: vt dicit text.in l.cùm autem legitimæ nuptiæ.ff.de stat.homi.idq; quo ad familiam,agnationem,successionem, conditioné,curialem dignitatem,honores,originem,& alia quæcunque:præter libertatem, quam ex vtero metimur: siue sit matrimonium, siue concubinatus. Et ea enumerat glo. in d.l.cùm autem legitimæ. Ventrem enim partus sequitur, vt dicit text. in d. l.partum. Et licet hi serui nostri statutarij magis ascriptitij dicendi sint, tamen iure ciuili in ijs idem dispositum est.l.fi.de agricol.& censit.lib.xj.C.ibi, illo proculdubio obseruando,vt si ex libero marito & ascriptitia vxore partus fuerit editus,is maternæ conditionis maculam & non paternam sequatur libertatem. Similis est text. in l.ne diutius.illo titul.& in l.ex ingenuo.de agricol.& mancip.domi.C.eod.lib.Contra tamen est in casu l.j.de præd. Tuniac.eod.lib. vbi parentis conditionem filios sequi oportet.Statuti autem huius ratio dominis admodum fauit: quorum maximè interest, vt serui sibi conseruentur: nam verendum esset, si conditionem digniorem sequerentur, ne liberarum mulierum nuptijs excogitatis, paulatim huiusmodi hominum conditio decresceret: & sic dominorum ius circunduceretur. verba sunt Imperatoris in d.l.fi.ibi,maximè verendum esset,ne liberarum mulierum, & cætera. de agricol.& cens.

Legitimi quo ad oïa sequunt patrē, præterquā quo ad seruilem conditionem.

Statutum quare ius inuertat.

§. CC.

LHOMME ou la femme franc ou franche ne succede point au serf,mais le serf succede bien à ses parens francs.

IVRE ciuili contra est,quantum ad primum casum statuti.hos enim, inquit Imperator,non solum in suorum parentum successionem,sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocauit lex specialis: siue soli inueniantur in seruitute nati,aut postea manumissi,& cætera.Instit.de seruil.cognatio.in princip. Statutum hoc non minus fauoris patronis affert, quàm superius, ne scilicet horum iura tempore diminuta pereant: quod eueniret, si liberi seruorum hæreditates nanciscerentur. liberi enim ad patronum nihil transmittunt. Et ideo patrono commodum magis est vt liberorum hæreditas ad seruos eueniat: cùm peculium censeatur. l.peculium & ex eo.cum l.seq.& l.depositi nomine.ff.de pecul. Et eo fiunt serui vtiliores: ideo pro dominis adscriptum est id quod sequitur, Mais le serf succede bien à ses parens francs: quod de iure communi est: quo, etiam seruo liberi hominis hæreditas potest acquiri. l.sed si in conditione. §.seruus alienus. & l.seruus alienus. in princip.ff.de hæred.instit. Dominus enim iubebit adire hæreditatem: vt dicit text. in l.quotiens.§.seruus.& in l.si seruus communis.illo titul. Nec enim ea causa libero fit, sed vt peculium hæreditas est, & in domini manus incidit: dicit text.in §.seruus autem à domino.ibi,& ea ratione dominus per seruum fit hæres. Instit.de hæredib. insti.illis enim acquiritur,quod serui nanciscuntur, siue id ex donatione,siue legato, siue institutione, siue aliàs quacunque causa id fiat. dicit text. in §.item vobis acquiritur.

Seruis per liberos in iure succedit.

Serui liberis succedunt.

Hæreditas peculio accedit.

ritur. Instit.per quas perso.nob.acqui.Secunda igitur pars statuti iuri communi conuenit,prima autem contraria est.

§. CCI.

LA PERSONNE franche peult bien vendre & transporter son heritage au serf,ou à personne serue: mais par le contraire la personne serue ne peult transporter son heritage à personne franche: & sil le fait, lheritage ainsi transporté par ledit homme serf à personne franche est acquis au Seigneur de qui lhomme serf est serf,apres que ledit serf sen seroit deuestu & dessaisi reaulment & de fait,& lacquereur en auroit prins possesion.

NVLLI extraneo, inquit Imperator, illic quoquomodo posidendi licentia tribuatur: sed si quis loca sui iuris alienare voluerit, non licere ei, nisi ad habitatorem adscriptum eidem metrocomiæ, per qualemcunque contractum terrarum suarum dominium transferre.l.vna.C.non licer.habit.metro.lib.xj. & ibi Io.de Platea notat. Alciat. autem metrocomias interpretatur pagos maiores, qui villis erant nobiliores: ciuitatibus autem paulò inferiores: &, vt ciuitatum incolæ capitatione non diuexabantur, sed villarum tantùm: ita & metrocomijs adscripti eadem immunitate vtebantur: ideo exteri apud eos non admittebantur,ne fraus fieret fisco. Sed Accurs.licet fortuitò,rem tam dubiam mihi videtur verisimilius intellexisse ad vocabuli etymologiam: eiusq; interpretatio statuto nostro propius accedit. Alciatus enim cùm has metrocomias summo iure libertatis censeri velit, seruitutem his relinqui præuidere potuit, qua liberis hominibus nulla grauior alia esse potest,ne scilicet re sua liberè vti posint.l.vim facit.ff.de vi & vi arma. Pro hoc statuto text.est in l.quemadmodum.in fi.de agricol.& censir.lib.xj.C.& concord.it cum §.cciiij.infrà.similis est textus in l.vna.C.de colo. Thracens.eod.lib. ibi, si quis verò alienum colonum suscipiendum retinendúmve crediderit, duas auri libras ei cogatur exoluere,cuius ager,transfuga cultore vacauerit.hisq; patronus idem potest dicere, quod dominus Israëlitis obiecit, Leuit.x x v. terram quoque non vendetis, quia mea est: & vos aduenæ & coloni mei estis. dixi suprà §.xxv. in glo.mainmorte.Bal. in l.ij.ff.de iurisdict.om.iudic.stante, inquit, statuto quòd extraneus in ciuitate, nihil immobile acquirere posit,si ciuis extraneo venditum fundum tradiderit,licet inutilis sit contractus ob statutum, tamen possesio vtiliter quæritur. l.possesio. §.si vir vxori. ff.de acquir.possess. quæ doctrina notabilis esset ad statuti fraudem, si vera esset: sed omnino falsa est, cùm talis possesio nullo habitu posit esse vtilis, semper reclamante statuto. Et hanc reiecit Zasius in d.§.si vir. in suo secund.notab.nihil allegat,sed nolui omittere pro eo & contra Baldum in proprijs terminis facere text. in l.per colonum præiudicium possesioni. C.de agricol.& censit.lib.xj.

Metrocomiæ quæ sint secund. Alciat. & Accurs.

Re sua non uti liberè seruitus est.

Possesio an quæratur contra statuti prohibitionẽ.

§. CCII.

QVICONQVE doit taille personnelle trois fois lan, cest asauoir

asauoir en Aoust, à Noël, & à Pasques esdites quatre chastellennies, ladite taille est serue, & la personne qui la doit est serue & de serue condition, & tous les descendans de luy, quelque part quilz se transportent.

Ex capitatione personali seruitus personæ domino in subditum quæritur ipso statuto: vt suprà §.clxxxix.latè dictum est. Atq; ita, vt nec soli mutatione libertas quæri posit: illud enim inhumanum visum est legislatoribus antiquis & horum statutorum conditoribus, terram quæ suos ab initio habuit ascriptitios, his vt membris suis defraudari, & colonos in alijs terris demorantes dominos terræ hoc damno afficere: & ea ratione semper serui sunt. verba sunt text. in l. cùm satis inhumanum. de agricol. & censit. lib. xj. C. Sed enim nobis, si modo videri volumus iustitiæ magis esse quàm iuris consulti, & nostra religione censeri, nec satis æquum nec satis humanum videbitur, homines natos, quibus terra deseruiat, sic æstimari, sic deijci, sic à sua dignitate & excellentia deturbari, vt terræ membra censeantur sic adstricta, sic illi cohærentia, vt inde se auellere, & alio, quo velint, liberè migrare non posint. id enim est, si verum licet dicere, fabulosum, illud reuocare terræ satos primos homines nescio quo monente spiritu sic prodijsse, vt clypeis accincti & gladijs, ipsi bella mouerent continuò, tanquam & tubicen surrexerit vnà: quo nihil magis impium, nihil homine christiano magis indignum esse aut reperiri queat.

Ascriptitiorū fortuna deploratio.

§. CCIII.

TOVS ceux qui doiuent quatre deniers de taille personnelle, que lon appelle les quatre deniers de Chantelle, & tous les descendans deux ainsi quilz sont escrits & se treuuent au papier ou terrier du Preuost desdits quatre deniers de Chantelle, sont tous serfz, de serue condition, de poursuite, & de mainmorte.

AV TERRIER.

Cvm haec conditio tam graui seruitute subeunda sit, nihil mirum si scripto necessario probanda sit: & ideo est connumerata inter eos casus quos scripto constare & probare oportet: vt enumerauit glo. in capitu. j. de censib. lib. vj. Præterea hactenus non satis visum est, si vnico tantum scripto comprobetur. nam cùm sit ad instar pollicitationis, debet geminari: oportetq; censualem recognitionem, antequam effectum producat, alij antiquiori subiunctam esse: vt dicit Bart. in l. si vnus. §. si pactus. ff. de pact. Et declarat Guid. Pap. quæst. cclxxij. consultior enim contrahentis voluntas est, si ea quæ de prædecessore suo scripta nouerit libris censualibus, sequatur: alioqui quilibet temere & inconsulto motu ad nouam seruitutem recognoscendam induci poterit: quod si ferendum non est, vt certè non est, in simplici agrario censu, quid non spectabimus in tam stricta conditione, qualis est hæc statutaria? vltra enim terrarium, possessionem & vsum diuturnum à regione & vicinia

Recognitio censualis vna non sufficit, et scripto debet comprobari.

vicinia iudicio comprobatum adesse oportet. inseram hic grauissima Imperatoris verba. Sancimus, inquit, solùm confessionem vel aliam quancunque scripturam ad hoc minimè sufficere, nec adscriptitiam conditionem cuiquam inferre: sed debere huiusmodi scripturæ aliquod aduenire adiuuamen, quatenus, vel ex publici census adscriptione vel alijs legitimis modis, talis scriptura adiuuetur. Melius etenim est in his difficultatibus, ex pluribus capitulis conditiones ostendi, & non solis confessionibus, neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Hactenus August. Imperator in l. cùm scimus. in princip. de agricol. & censit. lib. xj. C.

§. CCIIII.

ET COMBIEN que tous les dessusdits deuans tailles serues soient serfz & de serue condition, toutefois ce nonobstant peuuent ilz passer tous contracts de vente & transports à leur proufit & contre eux, tant de mariage que autrement: reserué alienations de leurs heritages à personnes franches & autres que de leur condition: mais à gens de leur condition qui sont hommes dun mesme Seigneur, ilz peuuent vendre & aliener meubles, heritages & autres biens quelconques comme les hommes francs, & passer tous contracts sans congé de leur Seigneur.

HAEC eadem statuuntur §. ccj. & eo etiam amplius rem acquiri patrono quæ contra has leges alienata & tradita est: vbi quædam adnotauimus. addam hic, grauiore vinculo iure ciuili hos ascriptitios teneri: hoc enim sæpissimè decretum est, ne quid de peculio suo cuiquam, etiam colonorum eiusdem conditionis, ignorante domino directo prædij, aut vendere aut alio modo alienare liceret. verba sunt text. in l. coloni. in quib. caus. colo. do. accus. poss. lib. xj. C. facit. c. si quis. vj. quæstio. ij. & c. si quis obligatus. dist. liiij. & in l. vna. de col. Thracens. eo. lib. C. ibi, nec recedendi quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem. *Ascriptitiorum facultates Domini fauore coercentur.*

§. CCV.

TELZ gens de condition peuuent porter tesmoignage, & sont receuz à tesmoignage indifferemment comme autres gens.

REGVLA iuris notiore, liberi hominis testimonium admittendum est: vt not. in l. testium. in princip. ibi, imprimis conditio. ff. de testi. Et licet hi coloni plenè liberi non sint, tamen vtcunque liberi sunt. l. vna. ibi, & conditione ingenui sint, serui sunt tamen terræ ipsius cui nati sunt. C. de colo. Thracens. suprà allegat. id tenet Barto. in l. fi. §. ijdem rescripserunt. in fi. ff. ad municipal. & in l. cùm scimus. & in l. fi. de agricol. & censi. lib. xj. C. Tamen vsu receptum est, vt pro domino, qui potest imperare testimonium eorum non audiatur. id tenet Specul. in titu. de teste. *Ascriptitiorum testimonium an admittatur.*

de teste.& Benedict.in repetitione sua,verb.& vxo.no.Adelas.numer.972.facit l.nec si volens. C.de liberal.caus. & l.pridem. C.de quæstio. Apertè declarat Zas.consil. fi.volum.ij.

§. CCVI.

GENS serfz & de serue condition peuuent estre en iugement,commencer & poursuiure proces & causes en demandant & deffendant contre leur Seigneur ou autre, & sans le consentement de leur Seigneur.

IVRE ciuili contra est.nam his quibus debito conditionis obnoxij sunt, penè est, vt quadam seruitute dediti videantur: quominus est ferendum, vt dominos aut patronos audeant lite pulsare: huius enim licentia ijs interclusa est,pręterquam si accusent aut prosequantur suam aut suorum iniuriam.verba sunt text.in princ.& in fi.C.in quib.caus.colo.lib.xj.

§. CCVII.

GENS serfz & de serue condition succedent à leursdits parens comme dit est: Et aussi leurs parens de leurdite condition leur succedent, silz sont communs en biens & demeurans auec eux: mais silz sont separez deux, ilz ne leur succedent point: & appartiennent leurs biens & succession à leur Seigneur par droit de mortaille: posé quilz ayent enfans ou autres lignagiers qui soient separez de biens dauec eux. Toutefois si les enfans ou autres personniers habiles à succeder sestoient departis pour estude, seruice, impression, ou mauuais traitement,ilz succederont neantmoins esdits cas comme silz estoient demeurans ensemble.

PRO HOC §.facit text. in l.diximus. in fi.ff.de excusatio.tuto. ibi, tunc autem. Ex Chassanço in §.xiij.ad Burgund.consuet.tit.des mainmortes. quatuor mihi videntur hic aptissima posse colligi: quæ ille prolixo,vt solet, sermone complexus est. Primum, quod ad successionis acquisitionem duo copulatiuè accedere oportet: societatem scilicet generalem, & habitationem, nec alterum sufficere. adeo,inquit, vt filius cùm de iure patris socius esse non posit, vt per Bald.in l. cùm oportet.vers.quæro.C.de bo.quæ lib. patris successionem petere non posset. tamen,pace Chassançi,hæc illatio satis otiosa fuit. qui enim contra ius commune successionem ita adstrinxerunt,vt nisi filio socio patri liceat succedere,admiserunt ijdem alio decreto societatem patris & filij: vt infrà §.cclxvij. dicturi sumus. Secundum, cum non dici seorsum habitare qui sacerdotio vices vicarias exequitur,aut qui mercimonij

Societas an sit de iure inter patrē & filium.

Habitare seorsum quæ dicatur.

cimonij,aut quæstus communis causa firmam publicam aut priuatam exercet:& ideo si socius sit,nihilominus succedere. Tertium, non sufficere rerum certarum societatem,sed omnium bonorum requiri. Postremum,filio legitimam patris successionem non deferri,si seorsum & à patre separatus habitet,aut si ei socius non sit: sed tamen benigna interpretatione & natura adiuuari, vt ad petendam legitimam admittatur. Hoc enim modo voluit lex municipalis filios prouocare, vt se pios patribus & obsequentes præstarent quoad eius fieri posset: ne quos natura, aut, vt verius loquamur, Deus coniunxerat, voluntas separaret: quæ mihi hic videntur maximè notanda ad complementum huius §.Tenet Hostien. in sum.titu.de nat.ex lib.vent. §.fi.versic.& modo. & post eum Benedict.in repetit.sua verb.& vxo.no.Ade.num.953. & seq. valere consuetudinem & tolerari, qua iure morticinij dominus succedit homini suo, etiam filijs superstitibus.

Filius repulsus à successione, legitimam saluã habet.

§. CCVIII.

GENS de serue condition peuuent marier leurs enfans: & leur donner de leurs biens meubles & immeubles: car leurs enfans & posteritez ensuiuent tousiours leur condition. aussi les heritages demeurent tousiours en leur condition:car,comme dit est,la pire condition emporte la meilleure.

IDEM suprà statutum fuit in verbis posterioribus, §.cxcix. & pro eo facit l.diffinimus.de agricol.& censit.lib.xj.C.quod autem postremum est in hoc §.meliorem conditionem deteriore superari & attrahi, vix est vt vllo iure probari possit: nisi forte dicamus,iura hæc seruitutum,hac veluti quadam iuris antiqui regula sustineri,quo respexisse statuentes videntur, qui hunc tractatum sic conclusum, sic finitum esse voluerunt. Neque enim poterant melius, quàm essent hæc non æquo iure inchoata,recepta,& ad hunc diem obseruata demonstrare:Faxit verò deus vt viri principes ad quos ea res pertinet,miseros istos homines aliquando respiciant; quos si seruitute ista personali leuarent,grauioribus etiam,si videretur,tributis onustos,magna se laude posteritati commendarent.

DE DONATIONS.

TITVLVS XIX.

§. CCIX.

DONATION vniuerselle entre vifz de tous biens presens faite à autre que à ses propres enfans,ou de partie diceux, per modum quotæ,ne vault sans bail & apprehension de possession reelle & actuelle: qui est seulement, quand le donnant se dessaisist de la chose donnee, & le donateur sen saisist tant que faire se

peult : cestasauoir quant es terres feodalles, que le donataire soit receu en foy & hommage des choses tenues en fief: des censiuiers, quil soit inuestu par le Seigneur censiuier : des allodialles, quil en ayt prins possession en presence de notaire & deux tesmoins:sans ce que par la constitution de precaire,retention dusufruit soit quant à la validité de ladite donation, autrement possession transferee. Et en ce cas le donataire des biens presens est tenu payer les debtes que ledit donateur deuoit lors & au temps de ladite donation.

Simulatè donat aut uendit, qui possidere non desiit.


VPERVACVVM, inquit Marcell.cri credere agrum specialiter hypothecæ datum, iussu creditoris vænisse, si debitor rem ipsam posideat.l.sicut re corporali.§.superuacuum.ff.quib.mod.ius.pig. vel hyp. solui. Et quotienscunque sub imagine alterius res geritur, qui,vt donationem aut venditionem acceptet, subiectus est, si rei dominus iugiter tenet, alienasse non videtur: verba sunt text.in l.& qui sub imagine.C.de distr. pigno.facit l.si nulla. §.simulata.C.de pigno.actio. & c.ij.de renuncia.lib.vj. Et ideo bona ratione huiusmodi donationes, quas vera traditio non confirmat, secundum l. traditionibus.C.de pact. præsumuntur simulatæ magis quàm veræ, ad instar venditionis, quæ, si nuda est & imaginaria, pro non facta habetur, & alienationem non infert. l.nuda. ff.de contrah.empt.ea sola causa, quòd posidere emptor non desistit. nam simulatio non sufficeret, cùm etiam simulans vendere, si possesionem deserat, donare præsumatur : & valet donatio non obstante simulatione : ex eo, quòd posidere desijt. l.si donationis. & l.empti fides. C.de contrahen.emptio. tantumq; illud nullum est, quod non videor velle agere : valet autem id quod effectu declaro velle me agere.d.l.si donationis. Io.Fab.in rub.de reuo.his quæ in fraudem credit.aliena. sunt. enumerat casus quibus fraus præsumatur in his donationibus : inter quos præcipuum fecit, cùm donator nihilominus remanet possessor rei donatæ ; idemq; not. Dyn.in l.omnes qui. §.Lucius. ff.quæ in fraud.credit.Bald. in l.j. C.de donatio.ante nupt. dicit quòd donans quantumcunque liberaliter,nisi mutata sit possesio rei donatæ, & in alium translàta, nihil omnino agit etiam inter personas affectione nobis coniunctas.notant doct.in l.sed cùm pro hærede.in princip.ff.de vsucap. Ideo vt talis simulatio non præsumatur, melius est veram traditionem requiri & interuenire: remq; plenam & perfectam non dici si traditio ficta fiat, vt per vsusfructus retentionem,quæ alioqui sufficeret. l.quisquis. & l.si quis argentum. §.sed si quidem. C.illo titul.aut constitutionem precarij.l.quod meo.ff.de acq.possess. Cùm autem in arbitrio cuiusque sit, id facere quod instituit, oportet eum vel minimè ad hoc prosilire, vel cùm ad hoc venire properauerit,non,quibusdam excogitatis artibus, suum propósitum defraudare. Et ideo necessarius traditionis effectus sequatur, & necesse habeat donator, omnímodo res vel partem substantiæ, quam nominauerit, vel totam substantiam tradere.verba sunt Imper. in d.l.si quis argentum. §.sinautem. Deinde, ne cuiquam videri posset,rei donatæ incertitudinem in causa esse,quòd retentio fru-

Simulatus actus valet inquantū de facto procedit.

ctum

ctum aut precarius titulus non sufficiant, ut certè non sufficerent, si incerta res esset: l.possideri.§.incertam.& l.locus.ff.de acq.possess.statuti nostri verba diligenter considerandа sunt,quibus res certa & quota & loco specialiter exprimitur:licet generalis aut vniuersalis ea sit: quia in vniuerso aut genere res certa sit.l.qui iure militari.ff.de testa.milit. Imo fortiori casu etiam bonorum futurorum possessio quæri potest, his fictis traditionibus retentionis & constituti: prout not.in l.ij.& iij.§.cùm specialiter. per illum text. & in l.si societatem. ff.pro soc. & refert apertissimè Zas.in d.§.incertam. vbi dubitat quantum ad futura. Tamen audacius Ias.in consil.169.in fi.vol.iiij. tenet quòd retentione vsusfructus aut constituto,donatario omnium bonorum præsentium & futurorum quæritur non tantum dominium,sed & possessio.

Incertũ non possidetur.

Bonorũ futurorũ possessio an quæri possit actu ficto.

EST TENU PAYER LES DEBTES.

NON possunt,inquit Iabole. bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt. Id enim bonorum cuiusque esse intelligitur,quod ære alieno deducto superest. l.non possunt. ff.de iur.fisc. Alibi Paul.Iuriscon. respondit non plus esse in donatione bonorum, quàm quod superest deducto ære alieno. l.mulier bona. in fi. ff.de iur.dot. facit l.æris alieni. & ibi glo. & Docto. C.de donat.notant Guido.Pap. quæst.cv.& Aufrer.ad capell.Tholo.decis.ccclxxxvj. Verumtamen id obseruandum est iure communi,non licere creditoribus,prima conuentione, donatarium siue particularem siue vniuersalem aggredi, etiam si ea conditione ei donatum sit, vt creditoribus solueret. l.cùm res filio tuo ea conditione,vt creditoribus tuis solueret,te donasse proponas. C.de donat. sed donator adeundus est, aut eius hæres perquirendus. d.l.mulier bona. Qua in re statuentes rectius prouiderunt, circuitu euitato, vt certè euitandus fuit ex bono & æquo.l.dominus.ff.de condict.indeb.idq; arresto Delphinali diffinitum esse, retulit idem Pap.quæst.suprà alleg. Et Parisiensi Gall.quæstio. xxxviij.& maximè quando ita pactũ est,vt creditoribus soluatur:vt tenet Boer.decis. cciiij.numer.43.in ij.parte. Ius tamen commune sequemur duobus casibus: Primò,si hæreditas donatoris soluendo est.arg.l.si vniuersa. C.de legat. Secundò, si donator adhuc viuat, quia eius sunt actiones propriæ in donatarium, & in eum durat personalis,quæ in possessorem non potest rectа dirigi: cùm illa non sequatur bona: vt refert Aufrer.iudicatum fuisse arresto Paris.& Benedict.in repet.sua.verb.cætera bona. numer.46.

Bona sunt, quæ post æs alienum supersunt.

Donatariũ vniuersalẽ creditor an possit aggredi.

§. CCX.

DONATION vniuerselle de tous biens presens & aduenir ne vault, sinon en traité de mariage au proufit des contrahans & des descendans deux: & en ce cas le donataire est tenu de payer les debtes, que le donateur deuoit, & deura iusques à lheure de son trespas.

LICET iure communi liceat de bonis præsentibus & futuris liberè disponere: & valeant donationes futurorum, si nominatim illa comprehensa sunt. l.si ita legatum esset.ff.de aur.& argent.legat.tamen Bart.in l.stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb.oblig. & in l.cum duobus. §.idem respondit. ff.pro soc. Bald.

Donatio omniũ bonorũ præsentiũ et futurorũ an valeat.

Bald.in l.fi.C.de pact. & in authen. sed cùm testator. C.ad leg.falcid. & Cyn. in d. l.fi.multis rationibus tenuerunt, huiusmodi donationem bonorum præsentium & futurorum sine reseruatione non posse subsistere, etiam si iurata sit. Alex. in l.quæ dotis. post longas ratiocinationes tandem in fin.col.5. intulit contra Paul.valere donationem quo ad præsentia, mentione futurorum circunducta: idq; retulit & probauit Benedict. in sua repetit.verb.testamentum. iiij.numer.27. superiora tamen ita conclusa sunt,si donatio simplex facta sit: non autem si ob causam dotis,aut propter nuptias illa exijt: quia tunc ob matrimonij fauorem passim & ab omnibus firma & omnino valida dicitur: vt tenet Boër.decis.cccliij.numer.10. in ij.parte. Et ob eundem fauorem valent donationes inter patrem & filium,quas lex ciuilis alioqui repulit:secundum glo.& Doct.in l.ij.C.de inoffi.test.& Bal.in l.cùm oportet.§.j. in prima col. C.de bon.quæ lib. & Ias.in consil.171.col.3.vol.iiij. Aduertendum tamen, quòd

Donari an possit tertio fauore matrimonij.

licet de iure fauoris matrimonij etiam ad patrem alterius sponsorum protrahatur, adeo vt filia familias possit patri donare. l.ij. §.quod si in patris. & l.quotiens. ff.sol. matrimo. tamen hoc statuto non ita, quia fauor ad tertias personas non porrigitur: sed concluditur & contrahitur, his verbis, au proufit des contrahans. & his verbis, tam ex causa dotis sponsæ,quàm donationis propter nuptias sponso donatum inclusum est: dotemq; & donationem propter nuptias, sponsum & sponsam eodem iure metiri voluerunt statuentes: idq; iure probatur per l.cùm multæ. C.de donat. ante

Donari debet ante matrimonium, aliàs fauor non est.

nupt. & auth.æqualitas. C.de pact.conuent. Oportet item matrimonium nondum contractum esse,& sic illud esse causam donandi finalem: diciq; possit,id aliter non contrahi: quia si contractum esset, licet eius fauore & contemplatione donetur,non valeret: cùm matrimonium esset tantum causa impulsiua,& non finalis.l.Titio centum.in prin.ff.de conditio.& demonstrat.& l.ij.§.fi.ff.de donat.Id consuluit Oldral. consil.5.incip. Titius dedit duobus. Eaq; meritò sic ordinata sunt pro matrimonio, etiam contra iuris regulas: cùm vltra matrimonij fauorem cuius vbique commen-

Donatio ob causam dotis & propter nuptias

datio in iure præcipua est.l.j.ff.solu.matrimo. donatio quæ ob illam causam fit, simplex donatio dicenda non est, sed magis ob causam,eamq; cum primis piam. l.cùm is qui Pamphilum.§.si in ea opinione.ff.de condict.indeb. Prætereà,& quodammodo onerosa est:& vtcunque sit,impropriè donatio est.nam quando aliquid non præfertur simpliciter, sed cum adiuncto, videtur illud non esse verè & propriè tale: vt not.Barto.in l.Lucius.§.quæsitum.ff.de lega.tertio. adeo vt non desint qui obstinatè teneant illam non indigere insinuatione: per l.Aquilius Regulus. ff.de donat.text.in

Donatio propter nuptias insinuanda.

l.fin.C.de donat.ant.nupt.& ibi Bart.& tex.in authen.eo decursum.illo titu.Ias.consil.118.nume.2.volum.iiij.& consil.171.colum.3.eodem volu. Cumq; de eo colluctaretur coram Paris.Senatu temporario Molinis, anno suprà sesquimillesimum quadragesimo,rei dubium dignum visum est quod in consilium mitteretur: nec audiui quid postea sancitum fuerit. Sed ea res noua constitutione HENR. regis nostri definita ac declarata est constitutumq;, vt omnes non cuiusuis summæ & quantitatis tantùm, sed etiam cuiusuis generis donationes etiam ob causam dotis aut propter nuptias, & fauore matrimonij factas apud acta regiorum tribunalium insinuentur, exceptis duntaxat his quæ mortis causa fiunt: quæ quoniam & multis casibus ipso iure, & ab homine tam facile reuocantur, huiusmodi constitutione comprehendi non poterant.

§. cc

§. CCXI.

DONATION entre vifz de tous biens, retenues certaines sommes de deniers ou partie desdits biens pour disposer à son plaisir & volunté, est bonne & vallable, quant es biens desquelz le donant ne retient la disposition, sil y ha bail & apprehension de possession reelle & actuelle: & les biens retenuz en cas que le donateur nen auroit autrement disposé, ne sont comprins en ladite donation: ains appartiennent à lheritier abintestat, si diceux le donateur nha autrement disposé.

HOC §. statuentes, partim rem actam suprà §.209. egerunt, partim verò ociosi rem adeo indubiam statuerunt, vt chartas magis implere, quàm institutum suum exequi voluisse videantur. Quis enim tam vecors est, qui rem non tantum non donatam, sed expressa reseruatione retentam, velit donatam dicere? legem autem, inquit Imperator, quam rebus tuis donando dixisti, implere oportet. l. legem. C. de donatio. item & in quibuscunque negotijs limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & l. age. C. de transact. not. Bald. in l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. substitu. nec fieri potest, vt actus valeant vltra quàm agentium intentio, siue ea sit tacita, siue sit expressa. l. non omnis. in princ. ff. si certum pet. & l. obligationum substantia. §. fi. ff. de act. & oblig.

§. CCXII.

DONNER & retenir hors mariage, qui ne vault par la coustume, est, quand le donateur retient puissance de pouuoir disposer quand bon luy semblera de la chose donnee: ou quand il charge le donataire de payer ses debtes quil deura à lheure de son trespas.

NEMO potest, inquit Iabolenus, videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat. l. cum manu. §. nemo potest. ff. de contrah. emptio. quod idem est & in donatione, quæ in hoc venditioni exæquata est. §. & ad exemplum venditionis. Institut. de donatio. Pro statuto hoc textus est magis expressus in l. si quis argentum. §. sed si quidem. & §. sin autem. C. de donatio. diffusè diximus suprà §. ccix.

§. CCXIII.

DONATION particuliere daucuns biens est bonne & vallable, sans apprehension de possession reelle & actuelle. Et si du viuant

uant du donateur ledit donataire nha apprehendé la possesion de la chose donnee, il la doit auoir apres son trespas, par la main de lheritier.



ONDICTIONE ex lege compelletur hæres ad tradendam rem à defuncto donatam: quandoquidem alia actio ad id nominata nulla superest. l.vna.ff.de condictio.ex leg.& l.si quis argentum. §.sin autem.ij.C.de donatio.quod est intelligendum,cùm donationes omnino perfectæ sunt. Perficiuntur autem, cùm voluntas donatoris sic manifestè conclusa est, vt ab ea temere discedi non posit.§.aliæ autem.& §.perficiuntur. Instit.de donatio. Et tunc non tantum ad traditionem, verùm etiam ad euictionem rei donatæ tenetur: vt dicit glo. in §.& ad exemplum.in verb.venditionis.Instit.illo tit.Illudq; præcisè, si rei tradendæ potestatem habeat.l.vbi autem non apparet. in fin.ff.de verbo.obligat.alioquin in id quod donatarij interest tenetur. l.prima. ff.de actio.empt. Et ea diuisione concordes fiunt Mart.& Ioan. Doctores antiqui, qui contrarijs opinionibus rem controuersam olim reliquerunt. Si autem donationes perfectæ non sint, tunc donatore pœnitente, nulla actio ad traditionem competit.l.si cùm filiusfamil.§.sed & si quis donaturus. & l.saxum.& l.hoc iure.§.si quis dederit.ff.illo tit.

Donatio quæ perfecta sit.

§. CCXIIII.

DONATION de chose particuliere faite auec retention dusufruit à la vie du donant & autre temps, est bonne & vallable: Et nest donner & retenir: Et est le donataire saisi sans autre apprehension de possesion, ledit vsufruit fini.



VRE communi quatuor casibus res tradi censetur, detentione etiam non mutata: quos hic inserere alienum ab instituto non videtur. PRIMVS est, cùm retinetur vsusfructus.l.quisquis. & l.si quis argentum. §.sed si quidem. C.de donatio. Et ea ratione inferunt Alex.& Ias.in l.naturaliter.in princip.ff.de acq. poss.contra opinionem glossatoris ibidem, quòd vsufructuarius naturaliter non possidet: sed solùm detinet. Quòd si possidet,vt certè verius est,l.naturaliter.ff.de acq. poss.nomine proprietarij possidet. d.l.quisquis. Sed obiter illud notandum est, id quod in fine statuti dicitur, donatarium se possessorem asserere posse finito vsufructu,verum esse si vsufructuarius,cùm vita defungitur, ipse possideat:alioqui non esse: vt tenet Boër.ad Bitur.consue.tit.de dona.§.ij.vers.& intelligenda est. SECVNDVS est casus & notabilis,si quis rem suam in pignus accipiat: eo enim ipso satis videtur rem ipsam tradere: vt dicit Accurs.in l.prima. §.si.ff.de reb.eo. per illum text. & in d.l.quisquis. idq; probat Bart. in l.ab emptione. ff.de pact.& Io.Fab.in d.l.quisquis. TERTIVS est, si constituat se donator nomine donatarij possidere: nam hoc casu donatarium facit possessorem. l.quod meo. ff.de acq.poss. idq; titulo precarij: vt est textus ad id expressus in l.certè.§.primo.ff.de preca. Et idem est etiam si sine constituto donator aut venditor confitetur se posidere nomine eius, qui eam rem est accepturus.glo. est notabilis in d.l.ab emptione. idq; Ias.ampliat ibidem, numer.11. &

Traditionis modi. Vsusfructus retentio

Pigneratio.

Cõstitutum.

Cõfessio possessionis.

Bald.

Bald.in l.prima.C.de præscrip.pro donat. Hic tertius casus igitur tres habet species, constitutum scilicet, confessionem, & precarium : quæ etsi cumulari possunt & coniungi, prout cotidie fit, tamen ex illis vna sufficit : quæ licet fictam traditionem habeat veramq; tantum repræsentet,tamen adeo efficax est, vt emptor aut donator cogi non possit actione ex vendito per emptorem,aut condictione ex lege per donatarium, ad rem amplius tradendam : vt notant Bart. & Ias.in d.l.ab emptione. maximè, quia potest propria autoritate rem nancisci. Quòd si impediatur ab eo qui sic fictè tradidit, habet possessionum conseruandarum interdicta notissima. & circa id notandum puto,quod ad superiorum vim efficacem,oportet imprimis eum,qui rem alienat, possidere eo tempore quo constituto tradit : idq; satis est, etiam si tempore intermedio desistat à possessione. Et adhuc,aut desistit dolo suo,aut alieno : item aut ex causa præcedente traditionem, aut sequente : alioqui casu, vi, vel autoritate superioris. Primo casu,si possessionem,quam nomine sui emptoris aut donatarij tenebat, facto suo inuertit,tenetur,etiam si nihil agat.l.differentius.C.de acq.possess. Secundo casu,si alterius dolo possessio ablata sit,non tenetur qui semel tradidit : quia emptor siue donator habent proprias actiones,periculo tamen autorum suorum. titulis proprijs. ff.& C.de euictio. Tertio casu, cùm scilicet ex causa præcedenti tollitur, tenetur donator : quia tradita possessio non intelligitur,nisi ea quæ iure auocari non potest.l.ratio.ff.de actio.empt. Quòd si ex sequenti causa,& sic quarto casu, tenebitur si dolo suo id contigit,vt in primo casu dictum est. Quinto autem capite teneri non debet : cùm futuros casus euictionis post contractam venditionem ad venditorem non pertinere notissimi iuris sit,ex responso Pauli Iurisconf.in l.Lucius.ff.de euictio. Quòd si traditio vera aut ficta nondum facta est,semper,omnibusq; casibus superioribus tenetur autor,etiam si per vim aut fortuito casu res euicta sit.text.est in l.si fundus.ibi,nam & si vendideris mihi fundum.ff.loca.Et vt ad institutũ redeam. Quartus & postremus casus est, qui fit cohærentia : vt cùm instrumentum rei donatæ traditur:tunc enim & res ipsa tradi videtur.l.j.C.de donatio.& mag.glo.ibi,tradito instrumento,ergo res.in l.ab emptione.ff.de pact.& glo.in verb.signum.in c.ij.de consuetud. notatur in l.qui chirographum. ff.de lega.iij. sed is casus tum demum verus est,si tradens instrumentum rem ipsam possideat eodem tempore,non autem si alius: vt dicit glo.fi.in d.l.j.allegat l.quædam.ff.de rei vend.Quod & in cæteris casibus superioribus,ex opinione quorundam, idem est. Ego verò putarem omni ex parte firmum non esse, rem hoc casu nouissimo tradi, si possessio mutata non sit: requiriq; traditionem efficaciorem. Cæterum,ad hos quatuor casus nota, quòd illi,licet habeant fictam traditionem, tamen verum possessionis effectum inducunt : & per hos vera possessio transfertur, licet fictè. d.l.certè. §.j.ff.de precar.& not.Ias.in dicta l.ab emptione.in fi.

Constituti nat.

Venditor qñ possessionẽ eius ficta nomine teneatur.

Vẽditor ante traditionem semper tenetur.

Traditio quæ fit per instrumenti traditionẽ.

§. CCXV.

EN DONATION dentre vifz daucune chose particuliere ou autre vallable, on peult faire clause resolutoire, comme si le donant suruit le donataire,ou autre semblable, audit cas, lesdites donations soient resolues,& pour non aduenues:telles donations

c sont

ſont bonnes & vallables:& neantmoins le cas de la reſolution aduenant, ſont & appartiennent les choſes donnees eſdits donateurs: leſquelz ſen peuuent eſdits cas dire ſaiſis & veſtuz dens lan de ladite reſolution, tout ainſi quilz eſtoient au temps de ladite donation.

Donatio pura.

Donatio cũ lege resolutionis.

Donator post resolutionem an possit possessionẽ prætendere.

DONAT aliquis, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti: & propter nullam aliam cauſam facit, quàm vt liberalitatem exerceat: & hæc propriè dicitur donatio. Donat itém alius, vt ſtatim quidem fiat accipientis quod donat:ſed tamen ea lege, vt ſi aliquid factum fuerit, aut non fuerit:veluti ſi conualuerit velit ad ſe reuerti. & hæc propriè non dicitur donatio. verba ſunt Vlpiani in l.j.ff.de donat. Et vtcunque ſit, legem, quàm donando dixit donator, impleri oportet.l.legem.C.illo titu.etiam ſi liberalitatem reſoluat:vt edixerunt Imperatores in l.ſi rerum.C.de reuoc.donat. Si rerum tuarum, inquiunt, proprietatem dono dediſti, ita vt poſt mortem eius qui accepit, ad te rediret, valet donatio. Et in his ius commune & ſtatutum conueniunt ſatis. ſcrupulus verò in eo eſt, an, reſolutione facta, donator rei ab eo traditæ & auocatæ poſſeſsionem poſsit intendere. Gloſ.in l.ab emptione.ff.de pact.omnino deſiderat ad perfectam & integram reſolutionem, ſi traditio aut ficta aut vera ſecuta eſt, vt per actum contrarium reuocetur: veluti ſi conſtituerit aut confeſſus ſit autor ſe poſsidere pro eo qui accipit, oportet vt is contra confiteatur aut agat poſt reſolutam donationem: l.j.C.quand.lic.ab empt.diſce.aut ſi per inſtrumenti traditionem res expedita eſt, eius inciſio requiritur. l.nihil eſt tam naturale.ff.de regu.iur. Et licet ea de emptione dicantur, tamen eadem & ad donationes extendit eo loco Accurſ.ibi, item ad donationem trahe.Iaſ.verò ibidem nu.7. & cæteri Docto.tenent, ſi eodem contractu reſolutio pacta ſit, ad inſtar legis commiſſoriæ, ipſo iure omnia diſſolui: nihilq́; remanere exequendum: & maximè ſi ad id verba propria addita ſint:vt res ſit infecta, ſit inempta, aut non donata, aut perinde nulla ſit ac ſi nunquam contigiſſet:hisq́; caſibus ſecundam traditionem non requiri: cùm ius hominis facto ſuppleat quod illi deeſt, propter vim verborum. Contra eſſe ſi reſolutionem actus paciſcamur per hæc verba, res ad me reuertatur: res mihi erit reſtituenda.quia hominis factum tunc magis attendimus, quàm iuris efficaciam:ideo ſola actio perſonalis mihi competit: prout dicit glo.in l.j.& ibi Bart.in vlti.col.ff.de donatio.& Bal.in l.j. C.quan.lic.ab empt.diſced. & in l.traditionibus. C.de pact. ſed hæc ita diſcreta hodie hoc ſtatuto confuſa ſunt:& vtcunque reſolutio concepta ſit, in idem recidat, eaq́; ſemper proprietas & poſſeſsio priſtino loco liberè reddita ſint.

§. CCXVI.

LE PERE & la femme autorizee, ou la mere apres le treſpas de ſon mary, & vſant de ſes droits, peuuent durant leur vie iuſques à quarante iours auant leur treſpas partir & diuiſer leurs biens meubles & immeubles entre leurs enfans: ſoient en leur

puiſſance

puissance ou non. Et tient & vault telle disposition & partage:& ne peuuent lesdits enfans aller au contraire, sinon que par ledit partage leur fust aduenu moins, que de leur legitime. Et est tel partage & diuision ambulatoire & reuocable iusques au trespas du disposant: apres lequel lesdits enfans & chacun deux se peuuent dire & maintenir saisis & vestuz des choses à eux aduenues par ledit partage. Et se peult bailler ladite legitime en chose certaine. Et sil estoit moins delaissé à lun des enfans que de sadite legitime,elle est suppliee par les autres enfans pro rata:ledit partage demeurant au residu en sa force & vertu. Et se peult faire ledit partage presens ou absens lesdits enfans, iudiciellement: ou par deuant deux notaires, ou vn notaire & deux tesmoins: ou souz lescriture & seing manuel desdits pere & mere.Et sont lesdits enfans tenuz dacquitter & payer les debtes, laigs, & funerailles de leurs pere & mere pro rata: si par ledit partage fait par le pere ou mere ny auoit sur lesdits enfans ordonnāce particuliere de payer lesdits debtes:car en ce cas ladite ordonnance sera gardee iusques à la sauue de la legitime.

PARENTIBVS, inquit Alexand.Imperat.arbitrium diuidendæ hæreditatis inter liberos adimendum non est:dummodo non minus,qui pietatis sibi conscius est,partis,quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere,quartam ex iudicio parentis obtineat.l.parentibus.C.de inoffic.testa.similis est tex.in l.cogitatione.C.famil.ercifcun.Nec dubium est,quin huiusmodi diuisio statutaria,sit vltima voluntas:aut certè naturam illius & vim habeat.l.fi.C.famil.ercisc.& l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& §.si quis autem.C.de testa.& l.si filia nupta.§.si pater.ff.fami.ercifcun.Quam rem & textus statuti satis innuit: ibi, deambulatoire iusques au trespas du disposant. Ea enim facultas variandi sic deambulatoria propria est vltimarum voluntatum:vt dicit tex.in l.cùm hic status.§.pœnitentiam. ibi, ambulatoria sit voluntas eius vsque ad supremum vitæ exitum.ff.de donatio.inter virum & vxo.eadem verba sunt in l.quod si iterum. in fi.ff.de adimen.lega.in his enim nemo potest eam sibi legem dicere,quin à priore voluntate posit abire.l.si quis in principio.ff.de legat.iij.Item & disponendi verbum propriè spectat ad vltimas voluntates. §.disponat.in authen.de nupt.& §.penult.& fi. Instit.quib.manumitt.non lic. glo.est in rub. ff.solu.matrimo.ibi,quia vltimæ voluntatis dispositiones. Et cùm tale statutum iuri non repugnet, absurdum non erit secundum ius id interpretari. l.ij. C.de noxalib.& l.j.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falci.Ius igitur commune ita declarat. PRIMO,quòd necesse est diuisionem hanc à parentibus factam esse inter omnes liberos: prout dicit tex.in l.quotiens.C.famil.ercifcun.nec alioqui valeret: & quemadmodum in vltima

Voluntas vltima deambulatoria.

Disponere dictio.

Diuidēs inter liberos nullū debet præterire.

voluntate facta inter liberos præteritio vnius qui in potestate est, actum reddit omnino inutilem.l.in suis.ff.de hæredib.instit.& notat Accurs.in glo.mag.in fi.in authen. ex causa. C.de lib.præter. ita hic omisio filij vnius siue emancipati siue in potestate existentis diuisionem omnino subuertit. SECVNDO, non satis est legitimam filio adscribere, sed præterea necesse est id fieri in corporibus hæreditarijs: non autem in pecunia, aut alia specie quàm hæreditaria.l.scimus.§.repletionem. C.de inoffic.testamen. Nam cùm pater filij debitor sit in legitima bonorum suorum quæ in quota est.l.omnimodo.illo tit.C.non poterit pater inuito filio, qui quodammodo creditor est, aliud pro alio soluere.l.promissor.§.fi.ff.de constit.pecu.l.ij.§.mutui datio. si cert. pet.& l.Paulus.cum glo.ff.de solutio. TERTIO, dari ea diuisione legitima debet, quæ sufficiat pro modo facultatum patris, aut alterius diuidentis: in quibus æstimandis attendendum erit tempus diuisionis non mortis: idq; locum habet, cùm in vita pater filio legitimam asignat.l.cùm quæritur.& authen.nouissima.C.de inoffi.testa. & Bald notat in l.ij.C.de reuoc. his quæ in fraud.cred. & in l.fin.C.de vsur.& licet Alexand.& Paul.in l.in ratione.ij. ff.ad legem Falcid. contrarium sentire voluerint, tamen prior opinio inter omnes obtinuit: prout dicit Ias.in consil.104. in ij.dub.vbi declarat Lucense statutum huic nostro simile, ad idq; plura notat quæ huic loco multum conducunt. ALIA forma diuisionis id genus à lege ciuili data est, cùm scilicet liberi inter se conueniunt de cuiusque quota bonorum parentis viuentis: ea enim valet si se subscribant cum parente de cuius bonis agitur. l.fin.cum authen.si modo.C.famil.ercisun.

Legitima quomodo sol uatur, et in quo.

Legitima æstimationē quo tempore metiamur.

Diuisio inter filios bonorū patris uiuentis.

§. CCXVII.

LE PERE, mere, ou lun deux ne peuuent donner entre vifz à leurs enfans hors contract de mariage: soient lesdits enfans emancipez ou non.



IVRE communi idem erat constitutum, quod quidem ad filios pertinebat, qui erant in potestate: quibus per patrem simpliciter donari non potuit. l.si pater filiæ.& l.prima.§.si pater.ff.de vsucapio.pro donat.l.ij.vbi Accurs. C.de inofficio.donatio.& l.donationes quas parentes.C.de donat.inter vir.& vxo. & l.cùm de bonis tuis.de donatio.Bart.apertè in l.frater à fratre. ff.de condictio.indeb. Hoc autem statuto exceptus est matrimonij fauor: prout & leges ciuiles pasim exceperunt.l.Pomponius Philadelphus.ff.famil.ercisc. Notat Bald.in l.fi.§.filiæ.ff.de leg. ij.qua de re suprà satis diximus, §.ccx. Quantum verò ad filium emancipatum attinet, statutum iuri ciuili est contrarium: quo illi liberè donari & simpliciter potuit. d.l.cùm de bonis. & l.cùm res filio tuo emancipato. C.de donatio. Et quoniam naturalium mentio hic omissa est, quantum ad eos attinet, ius commune sequendum erit.l.commodissimè. ff.de libe. & posthu.quia nullo modo dici possunt hoc statuto comprehensi: cùm sint filiorum quædam separata & tertia species, vt suprà declarauimus, §.clxxxiiij.& tot.titu.des bastards. Hic verò tantùm expresi sunt qui aut in potestate aut emancipati sunt: quorum vtrique à naturalibus multum diuersi sunt: hi enim in potestate non sunt.l.diui.l.iubemus.& l.cùm quis. C.de natura.libe.vnde nec emancipari possunt, ad instar seruorum, qui capite minui non possunt, cùm nullum

Donatio inter patr.& fil.in potesta te nō ualuit.

Donari emācipato licuit.

Naturalibus, ut filijs tertia speciei an donari po test hoc statuto.

lum caput habeant. §.seruus. Institu.de cap.dimi. priuatio enim necessariò habitum præsupponit.l.decem.ff.de verb.oblig.& l.Iulianus. ff.de diuor. & repud. In summa nullo modo dubium est quin naturales sint omnino extranei, vt infrà §.ccxix. ibi, à personnes estranges, bastards ou autres. Item & prohibitio legis donationum inter virum & vxorem non habet locum in concubina: cui liberè donari potest edicto nihil reclamante. l.hæc ratio. §.primo. ff.de donatio.inter vir. & vxor. l.affectionis. ff.de donat.& l.ij.C.illo tit. Igitur, cùm statuentes hic nullam de naturalibus liberis mentionem fecerint, nihil est quod prohibeant his donari etiam inter viuos, modò tamen his qualitatibus, quas ius in naturalibus præfiniuit, non destituantur. Primò, si sint filij concubinæ ingenuæ. l.si quis liberos habens naturales ex muliere libera. C.de natur.lib. Secundo, si concubina fuerit domi retenta.vt dicit glo.in verb.manseres.in c.nisi cùm pridem.de renunci. Tertiò, si plures non sint concubinæ, sed vna tantùm. §.si quis autem defunctus. in authen.quib.mod.natura.effic.legit. Quartò, quòd vterque parens solutus sit, sic vt matrimonio alter cum altero coniungi possit. vt dicit Specul.in titul.de success.abintesta.§.j.vers.nunc de naturalibus.vbi tria tantùm requiri voluit. His autem contingentibus hos dici posse à natura genitos, nihilq; in his aliud desyderari, quàm honestatem coniugij, dicit text. in c.liberi.xxxij. quæst.iiij. Concubinatus enim iure ciuili suis modis reprobatus non est, alijs autem exosus est.l.item legato.§.parui.ff de legat.iij.& per tot.tit.ff.de concub.

Cõcubina liberè donat.

Naturalibus quibus donari possit.

INSIGNEM his nostris temporibus controuersiam vidimus inter fratres de Montcorbier filios domini de Pierreffiche: quam licet satis notam, hic inserere visum est, tum quòd ad exemplum pertinet, tum verò quòd in ea præcipuam quæstionem faciebat id quod suprà diximus. Cùm enim magno numero nati essent ex concubina licet rustica, non tamen seruilis conditionis: quam eorum liberorum pater domi retinens à matrimonij honore contra familiarium preces sæpius repulisset, nouissimè accesserunt testes, qui dicerent, eum, in mortis, quod aiunt, articulo illam admisisse, & matrimonium quod semper obstinatè renuerat contraxisse. eò itaque res cecidit, vt cùm ille naturalibus viuens nihil donasset, nisi primogenito; hi legitimi omnes in totum successerint, huius matrimonij prætextu, & iure concedente. c.tanta vis est matrimonij.qui fil.sint legit. l.nuper. & l.diui. C.de natur.libe. Hæcq; omnia probata sunt contra reluctantes agnatos, iudicio supremæ curiæ Paris.auditis testimonijs. nec attentum est, quòd matrimonium eo tempore initum diceretur, quo compleri non potuit: quia nihilominus receptum est, per l.sed est quæsitum an is qui generare non possit. in princip. ff.de lib.& posthu. vt & reuera ciuile est. in homine enim natura generandi & consuetudo magis est spectanda, quàm vitium aut valetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate. Verba sunt Iuriscon. in l.si quis posthumos.in princip.ff.de lib.& posthu. Præterea, & quod Senatui placuisse credibile est, hoc agebatur, vt filij, quos ipsos naturales esse constabat, patri suo succederent potius, quàm vt ad extraneos eius hæreditas deferretur. Sed & post omnino repulsos agnatos, & in opulenta successione, legitimumq; & ingenuum nomen adeptum, orta est contentio inter fratres, quis eorum esset maior: cumq; primogenitus duplici iure certaret, particulari, ex eo, quòd ante matrimonium fauore armorum, quibus eo tempore initiabatur à patre duo feuda præcipua accepisset donatione inter viuos: alio iure & vniuersali contendebat, Primùm eius hæredes pertinacius tenuerint, & pro eo proferebatur donationis instrumentum à quodam nota-

Controuersia de Pierreffi &c.

Matrimoniũ contrahi potest à moriente.

Armorũ fauore donatio valet.

rio non in totum suspecto licet domestico confectum. Adducebatur item libertas naturalibus donandi, vltra armorum fauorem. qui donata maximo nexu retinuit. etiam pro his qui alioqui prohibiti sunt. l.quoniam desyderia.C.de naturalib.lib. & l.iij.§.verbum.ff.de donat.inter vir.& vxo. Secundum ius idq; vniuersale,quod erat hæreditatis ita deductum est: solum primogenitum aduersariorum impetus tulisse: deinde effecisse,vt matrimonio ita probato essent omnes & legitimi & ingenui: soli sibi hæreditatem iudicio addictam scientibus cæteris: hos admitti æquum non esse, sed exceptione doli summouendos etiam à reliquis post distracta donata,ante habitam rationem sumptuum: l.ex parte. in princ.ff.famil.ercisc. contra illi obsistebant, quòd matrimonij facies retrotrahi deberet: vt etiam viderentur omnes omni tempore retro fuisse legitimi, & sic eo etiam tempore quo donatum fuerat: atque ita reclamante statuto,donari non potuisse. Item ipsos non auditos in status causa & hæreditatis: ideoq; semper admittendos, per d.l.ex parte. & l.cùm putarem. ff.famil. ercisc. Et licet primogenitus ille aut eius hæredes patris liberalitatem (si instrumenta vera fuerunt) potuissent tueri, & sic familiam & domum conseruare, tam contra legitimationis retroactum,quàm contra legem & statutum,ad instar concubinæ, cui donatum nunquam aufertur,etiam si matrimonium sequatur.l.si prædia.ff.de donatio.inter vir.& vxo.tamen fato aut alio quodam infœlici euentu factum est,vt hæreditas tota in fumum exierit,ampla equidem & fœliciore manu digna. Cùm enim ex his filijs duo monachi desertores, summo Pontif.forsan permittente, in hæreditatem tanquam in esculentum irruissent,fœminæ item quædam summisiores se erexissent: non longo post tempore visi sunt alij famelici,alij nihil dotati: & hactenus apud bonos & graues viros magis in opinione nihil superfuit,quàm Male partum malè disperire,iuxta illud Plauti.

Matrimonium cum concubina retrotrahitur.

Cócubinæ donatio valet licet sposa fiat.

§ CCXVIII.

INSINVATION de donation n'est point necessaire, de quelque valeur & estimation que soit ladite donation.



INSINVATIONIS solennitas olim maximè commendata & necessaria fuit,vbi donatum erat vltra quingentorum aureorum æstimationem. l.sancimus.& l.si quis argentum.§.pe.C.de donatio. Notat latè Bart.in l.Modestinus. ff.eo.& Bald. in l.illud. C.de sacrosf.ecclesf.adeo, vt si esset omissa, reddebatur donatio inutilis.d.l.sancimus.in princip.ibi,pro non scripto & pro non intellecto. & cùm ea solennitas multis annis esset prætermissa in Francia, etiam in prouincijs quæ iure scripto reguntur: tandem Fran.reg.constitutione restituta est anno 1539. artic, cxxxj. Et quia statutum hoc prius exierat, per sequentem constitutionem generalem sublatum est.l.iij.§.diuus Adrianus.ff.de sepul.viol.& maximè quia omnes regis subditos generaliter afficit sine reseruatione statutorum municipalium, quæ contraria erant. ibi,Nous voulons que toutes donations qui seront faites par & entre noz subietz, soient insinuees. Item statutum hoc iuris communis correctorium est, & ideo faciliori negotio corruit: vt dicit Ias.consil.50. vol.j. esset enim reip.maximè exitiosum,si id contra constitutionem sequeremur, quæ multis bonis & laudabilibus causis inducta est, & quæ primum ius iam obsoletum reuocauit, vt scilicet fraudibus obuiam

Insinuatio an sit facienda in ducatu Burbonio.

obuiam iretur.d.l.Modestinus.& l.data.C.eo.titu. Item & ne quis impetu tanquam prodigus in id feratur, vt non tam vti liberalitate quàm abuti patrimonio suo videatur, vt dicit Ias.consil.199.col.1.vol.ij. & Guid.Pap.quæst.cccxxv. In hoc igitur dubio cautius erit his prouincialibus hanc formam non contemnere, quæ & facilis negotij est, & vtilitatis commendandæ. Fit enim in actis coram iudice: neque necesse est à iudice aliquid obtinere: vt dicunt Bart. & Bald. in l.omnium. C.de testa.sufficietq; sola significatio, si iudex secularis est, prout esse debet & non ecclesiasticus. vt dicit Benedict.in repetit.sua in verb.& vxo.no.Adel.numer.421. Aduerte tamen, id expediri oportere viuente eo qui donauit: quia post eius mortem vt insinuatio fieri non potest, nisi hærede consentiente: ita nec & potest valere donatio quantumuis perfecta.id tenuit & consuluit Cornæus consil.71.vol.ij.licet enim ius insinuandi duret xxx.annos, tamen eo tempore fieri debet, quo & actus ipse fieri posset, non alio. l.cùm multæ. §.similiq; modo.C.de donatio.propt.nupt. Si igitur post mortem donatio fieri non potest, nec potest insinuari. Et licet Angel.in consil.179.incip.visis instrumentis prædictis, prope fi.teneat insinuationem valere post mortem donatoris, tamen contraria opinio obtinuit: alioqui fraudibus obruimur contra institutum huiusmodi solennitatis, quæ ad has compescendas data est. Subijciam, quod Bald. in auth.eo decursum.C.de donatio.prop.nupt.notauit, quodq; hodie in vsu est, non referre vter insinuationem requirat, prosequatur, aut acceptet donator an donatarius: quia alter altero omnino absente aut ignorante id potest sine alia solennitate facere. quidam tamen dictum Baldi adeo obtorserunt, vt inferant eum intellexisse, vt si altero absente id possit fieri, ergo & mortuo. Horum tamen opinio reiecta & explosa est. Postremò, cùm ex reg.Franc.constituti.suprà alleg. insinuarentur donata coram iudicibus ordinarijs aut rerum donatarum, aut donantium, & eo modo fraudibus primis nihil esset prouisum, neque minus imponeretur his quorum interest, per nouissimam HENR. regis nostri constitutionem rectè prospectum est, sancitumq; talia in regijs tribunalibus expedienda necessariò esse. Cætera omitto, cùm vulgatiora sint, quàm vt his lectorem retinere velimus. Quæ sint insinuandæ donationes, suprà diximus, §.ccx.vide Guid.Pap.quæst.suprà alleg.

Insinuationis causa.

Insinuatio vbi fiat.

Insinuatio fieri debet donatore viuente.

DONATIONS, DONS MVTVELZ, & autres conuentions faites en contract de mariage, & constant iceluy.

TITVLVS XX.

§. CCXIX.

TOVTES donations, conuentions, aduantages, institutions dheritiers, & autres choses faites au contract de mariage en faueur diceluy au proufit & vtilité des mariez, de lun deux, ou des descendans dudit mariage, ledit mariage fait par paroles de present, sont bonnes, & vallables, en quelque forme quelles soient faites, etiam en donnāt & retenant, & posé quelles soient immenses, in

ſes,inofficieuſes,& iuſques à exheredation des propres enfans dudit diſpoſant:ſoient icelles diſpoſitions faites,appoſees, ou adiouſtees audit contract de mariage, auant ou pendant les fianſailles: reſerué toutefois auſdits enfans leur droit de legitime: poſé auſsi que leſdites donations & aduantages ſoient faites à perſonnes eſtranges contractant ledit mariage,baſtards, ou autres quelconques: & ſaiſiſſent telles diſpoſitions les cas aduenuz, quand leſdites donations & diſpoſitions ſont faites par perſonnes habilles à contracter.

Hæreditas iure pacto dari non poteſt.

DONATIONES & præcipua alia, quæ conferuntur inter viuos, ſatis excuſsimus, §.ccx. Supererat hæredis inſtitutio,quæ hîc inter contractus inſerta eſt contra iuris regulas:quibus neque pacto neque contractu alio poteſt dari hæreditas.l.hæreditas.C.de pact.conuent.l.fi. C.de pact.& l.verba contraxerunt.ff.de verb.& rer.ſignifi.vt latè per Bald. & Imo.in l.hæredes palam.§.fi.ff.de teſta. Nec deſunt,qui teneant id conſuetudine, aut ſtatuto fieri non poſſe: inter quos primus eſt Bald.in l.ij.C.quæ ſit long.conſuet. & ita ratiocinatur; nam ſi id pacto fieri non poteſt, prout omnino non poteſt, vt ſuprà dictum eſt,nec poterit conſuetudine, quæ debet eſſe honeſta: non autem contra bonos mores.c.erit autem.iiij.diſtinct. Nihil enim magis odioſum,quàm liberalitatem ſupremorum iudiciorum reſtringere:idq; nominatim ius voluit. l.cum duobus. §.idem reſpondit.ff.pro ſoc.Item & inducit votum captandæ mortis: & ſic eſt plena triſtiſsimi,& periculoſiſsimi euentus.l.fi. C.de pact.& c.captanaæ. de præbend.lib.vj. Ideo eſſet contra bonos mores.l.ex eo. C.de inutilib.ſtipul. & ſic,quæ nec iuramento nec conſuetudine firmari poteſt.c.non eſt obligatorium.de regul.iur. eod.lib. glo.in l.ſi quando.§.j.C.de inoffi.teſtamen.Inter eos autem,qui negarunt id poſſe per vſum induci,nemo eſt qui non excipiat.Primò,pias cauſas:quarum fauore contractu datur hæreditas.vt per Bald.in d.l.fin. C.de pact. & Iaſ.conſil.169. nume.7. volumine iiij. Secundò,quoties fit pactum futuræ ſucceſsionis inter milites in procinctu. l.licet inter priuatos.C.de pact. Omnino autem opinio contraria recepta eſt, vt ſcilicet pacta de ſuccedendo valeant,ſi ea admittat conſuetudo: id enim lege poteſt induci,ſecundum glo.in verbo iubetur.in §.ſed ſi decedens pater.Inſtit.de adoptio.Ergo & idem poterit conſuetudine:quæ ſine controuerſia vim legis obtinet.§.ex non ſcripto.Inſtit. de iure natur.gent.& ciuil. Præterea vim habet decreti,& autoritatem ſuperioris: vt dicit Bal.in §.j.qui feud.da.non poſ.Igitur tanquam ſuperior poteſt nouum ius inducere,vetus corrigere,abrogare,tollere,aut reformare.idq; iuſtum & æquum eſt:vt no. Bened.in repeti.ſua,verb.duas habens filias. nume.197. & hanc affirmatiuam tenuit Bar.in l.pactum. C.de collationib.per tex.in c.j. de filijs nat.in matri.ad morg.contr. idem tenuit Ioan.Fab. in l.j. C.ſi mancip. ita veni.ne proſtit. & latè diſcuſsit Boër. deciſ.clv.nume.8.& 10.tenetq; ex huiuſmodi pactis à conſuetudine probatis hæreditatem debere deuolui & adiri:maximè inter nobiles.alleg.glo.in c.j.§.ſacramenta puberum.de pact.iur.fir.in verb.ſuper contractibus.

Conſuetudo vim legis habet.

EXHER

EXHEREDATION.

HIC impropriè exhæredationis mentio facta est, vbi necessario legitimam filio relinqui oportet: quem tamen statutum permittit exhæredari: & hæc inter se pugnant, cùm qui exhæredatur nihil omnino ex bonis parentis accepturus sit: l.liberi de inofficiosa.C.de inoffic.testam. nec exhæres dici potest, si quatenus legitima eius æstimatur, succedat.l.cùm quæritur.& l.vnde cùm parens.& l.parentibus. C.illo titu.

Exhæres dici non potest cui legitima salua est.

§. CCXX.

INSTITVTION dheritier & pact de succeder, faits en contracts de mariage sestend seulement es biens qui se trouueront delaissez par le deces du disposant. Et nempesche ladite institution, ou conuention de succeder, que ledit instituant ne puisse aliener ses biens par contracts entre vifz.

HAEREDIS institutio per hæc statuta actu vltimæ voluntatis neque tolli, neque mutari, neque diminui potest.§.ccxxij. infrà hoc tit. Contractu verò inter viuos liberè potest, si non apertè, at tacitè per alienationes, dictante statuto, hoc §.Et sic, etsi bonorum libertatem non adimit, tamen votum mortis captandæ cupidius producit: ne scilicet longius viuens rem imminuat: ad idq; quadam ambitione studiosa naturaliter & vehementius irruunt, qui liberalitatem viuentis morte compleri expectant & desiderant.l.de fideicommisso.C.de transact.& l.fin. de pact.Quòd si interpositæ conuentionis causa viuens dissipet, neque ius ciuile, neq; statutum huic negotio frænum dedit, id solum erit auxilij filijs, vt curent ne quarta eis depereat, sed integra seruetur.vt not. in auth.rogati. C.ad Trebell.extraneis autem nullum est. Quòd si non in totum facta sit succedendi conuentio, sed aut particularis aut limitata: & ex pretio rerum venditarum aliæ emptæ sint, diminuisse non videtur, qui vendidit: sed quod inde comparatum est, vice permutati dominij restituetur. l.Imperator Antoninus. §.fi.cum l.sequen.ff.de leg.ij.quia res empta succedit loco rei venditæ.c.ecclesia sanctæ Mariæ.cum glo.in verb.successisset.vt lite pend.

Hæredis institutio in contractu non omnino firma.

Alienãs et inde acquirẽs nihil detrahit.

§. CCXXI.

QVAND par contract de mariage nest conuenu, quelle partie de la somme accordee pour le dot de la femme, doit sortir nature dheritage au proufit de ladite femme, audit cas entre les nobles les deux tiers, & entre les non nobles la moitié de la somme sortent nature dheritage, au proufit de la femme: & le surplus, nature de meuble, au proufit des mariez. Mais quand il y ha heritage, & argent, ou autre meuble ensemble, lheritage est propre à la

femme & le meuble est censé meuble au proufit desdits mariez, & de leurdite communauté: si autrement nest accordé.

Dotem, quæ pecunia numerata constat, statutum hoc variat in patrimonium & mobile: ea ratione, quòd illud dotale semper fit, & vxori saluum conseruetur, hoc verò confundatur in coniugum societatem ex vsu huius prouinciæ: vt infrà §.ccxxxiij.quo vxorem suboffendi nemo non videt: sed cùm in cæteris pluribus huic faueatur, non est iniquum vt hac quadam veluti compensatione grauetur per consuetudinem: ratione l.iure succursum est.ff.de iure dot.

§. CCXXII.

Celvy qui ha institué aucun son heritier en contract de mariage en faueur des mariez, ou descendans dudit mariage, ne peult faire autre heritier par testament ou contract subsequent quel quil soit, au preiudice de lheritier ou heritiers instituez par ledit contract de mariage.

Ivre communi nemo potest eam sibi legem dicere, vt à priore voluntate ei recedere non liceat. l.si quis in principio. ff.de leg.iij. Mirum igitur vt quod non possum in re mea, id posit exequi consuetudo. Sed matrimonij honestas & fauor id inducunt, & alia maiora: vt suprà vidimus, §.ccxix. Existimo tamen iurisiurandi religionem huic negotio insitam efficaciorem esse. hæc enim etiam ante euangelicam cognitionem ea necessitate obseruata est, vt actus sua natura reuocabiles omnino concluserit, feceritq; præcisæ & necessariæ obseruationis. per text.cum glo.in verb.necesse habeas.in l.si pecuniam.§.j.ff de cond.indeb.Benedict. in repet.sua, verb.si absque liberis mo.ij.numer.24, refert id esse Burdegalensis curiæ arresto decisum. Eaq; locum habent in hæredis institutione, cui si iusiurandum accesserit, iam illa variandi libertas sublata est. vt per glo.in c.cùm non deceat.in fi.de elect.lib.vj.& c.constitutus. de rescrip. & eundem Benedict. in verb.testamentum.ij. num.17.& seq.& glo.in c.j.§.item sacramenta puberum.de pact.iur.firm. in verb.super contractibus.col.2.in fi.vers.quid si iurauit se non venturum.

Iurisiurandi religio omni tempore obseruata.

§. CCXXIII.

Lheritier institué par contract de mariage, est tenu de payer & respondre de toutes debtes & charges hereditaires. Toutefois luy est permis renoncer à ladite succesion, ou soy porter heritier par benefice dinuentaire. mais si aucun du lignage du defunct se vouloit rendre heritier simplement, faire le pourroit. Et en ce cas est preferé audit heritier conuentionnel, qui ne se vouldra porter heritier simple.

LEX CIVILIS id totum absolui voluit trium mensium spatio. Nam si simpliciter adita sit hæreditas, inuentario nihil opus est. tenetur enim qui adiuit, creditoribus insolidum. Quòd si omnino adire nolit, intra hos menses debet renunciationem facere, quæ indubiè admittitur: cùm nemo donatum assequi, aut damnosam hæreditatem adire compellendus sit. l. nec emere. C. de iure delib. & l. iij. §. inuito. ff. de bonor. possess. Si verò hæres de facultate & viribus hæreditatis addubitet, totidem habet menses: quos ita debet dispensare, vt scilicet post sibi cognitas tabulas intra dies triginta adeat cum beneficio inuentarij: idq; ordiri solenniter curet intra illos dies, & exequi intra alios sexaginta dies. Quòd si absit is cui hæreditas delata est, aut omnino ignoret, annum superioribus implendis lex elargita est. Item & si à principe temporis gratia postulatur, annus tantùm solet obtineri: aut si à iudice, nouem menses. hisq; ita negotium integrum expediuit Iustinianus. in l. fin. §. cùm igitur hæreditas. §. sequenti. §. sinautem dubius. §. seq. & §. & hæc quidem. C. de iure delib. Hodie verò à principe id beneficium, quod lex ciuilis liberè assumi voluit, obtinendum est: idq; intra annum mortis eius, cuius iacens est hæreditas. Soletq; princeps rescripto suo exprimere. Primò, vt inuentarium fiat à iudice ordinario iacentis hæreditatis, præsentibus, aut debitè vocatis illis quorum interest: vt per tex. in d. l. fina. §. sinautem dubius. sub præsentia tabulariorum cæterorumq; qui ad huiusmodi negotia necessarij sunt. Secundò, reseruat princeps, vt si quis alius velit simpliciter adire, admittatur: repulso eo qui inuentarium sollicitat. Oportet tamen eum consanguineum esse, qui simpliciter gerit se pro hærede: nec refert quòd sit remotissimus. Extraneus autem contra consanguineum scriptum, aut abintestato inuentarij gratiam persequentem non esset admittendus, etiam hoc iure statutario: vt infrà §. cccxxx. Quod vide an iniuria magis quàm ex bono & æquo sit statutum. Creditorum enim interest, & vtilius multò erit hæredem simplicem habere quàm limitatum. Et princeps id beneficium inuentarij consanguineo concedens, etiam non expressam clausulam à iudice suppleri vult: id fieri citra præiudicium tertij. Nam propositum principis perpetuum id est, sine iniuria cæterarum personarum rescribere. l. nepos qui in potestate. ff. de legat. præstand. vbi corruptissimè loco cæterarum, certarum legitur. Agunt enim creditores vt damnum effugiant, cæteri vt lucrum consequantur. Tertiò, solet his rescriptis princeps reseruare, vt beneficium inuentarij postulans simpliciter non adierit: quia tunc admitti non debet, etiam per principem: cùm creditoribus insolidum teneri cœperit. d. l. fi. §. sinautem hoc aliquis. Id enim leuissimè fit: vt toto tit. de acquir. vel omittend. hæred. & l. si auia tua. & l. cùm debitum paternum te exoluisse alleges. C. de iure delib. Debet igitur qui inuentarij beneficium expectat, omnino ab hæreditate abstinere, aut ante omnia contestari, & declarare se non simpliciter adire, idq; ante inuentarium solenniter cœptum. Si verò cogatur quædam gerere, quæ ius & nomen hæredis desiderant, simplicitatem illam semper caueat, & protestetur agere se, quæ agit, cum eo beneficio inuentarij: & non aliter. Et licet in eodem rescripto princeps soleat funeris impensæ gratiam facere, tamen mihi videtur liberè illam fieri posse: etiam sine gratia: cùm neque illa pro hærede gestionem neque aditionem arguat. l. scriptus. in princ. & l. si quis. §. plerique filij. ff. de relig. & sumpt. funer. & l. pro hærede. in princ. ff. de acquir. vel omitt. hæred. Item aduertendum est, quòd executionis rescripti, & inuentarij complemento non expectato, hæres potest debitores hæreditarios conuenire, etiam ante præstitam cautionem:

Hæres cum beneficio inuentarij quomodo se gerat.

Inuentarij gratiam hodie princeps concedit.

Inuentarium quomodo fiat.

Inuentarij gratiam non impetrat qui purè adiuit.

Funeris impensa hæreditaria necessariò non est.

Hæres ante inuentarium creditores potest conuenire: tamen non potest conueniri.

tionem : quam ille præstare tenetur, antequàm in possessionem mittatur: idq; secundum rescriptum, in quo hæc duo solent inseri. vt dicit Ang. in l.fi.C.de fructib. & lit.expens. & Ias. in d.l.fi. §.donec. C.de iure delib. Conueniri autem vt hæres non potest.d.§.donec. impediturq; litis ingressus hac exceptione. Nondum mihi effluxum est & elapsum tempus inuentarij conficiendi. vt not.Bartol.Bald. & Alex.in d. §.donec.Bald.in l.ait Prætor. §.si quis. de procur.& Ias.in §.fuerat.nume.6.Instit. de actio. & in d. §.donec. quem §.Boër. in decis.liij. limitatum refert arresto Senatus Burdegal.vt scilicet hæres non simplex cogi posit ad litem defuncti reassumendam, pendente negotio inuentarij, & sine præiudicio eius beneficij : huicq; mensem dari ad deliberandum, quem & nos triginta diebus suprà præmisimus : & secundo loco alium mensem ad acta litis agnoscenda : huiusq; rei arrestum scripsit pronunciatum anno 1519.die Maij 24.Non est autem omittendum, hæredem, qui inuentarium conficit, si quid suppresserit, surripuerit, aut amouendum curauerit, duplum creditoribus restituere, aut computare teneri; falcidiamq; perdere. d.l.fi.§.licentia. & ita dicit ibidem Bart.se consuluisse.& in l.beneficio.per illum text.ff.ad leg.falc.& in l.rescriptum.ff.quib.vt indig.licet autem falcidiam Trebellianicamq; perdat, duplumq; restituere damnas sit, tamen nihilominus beneficium retinet, vt insolidum conuenire non posit, sed tantùm intra vires hæreditarias. vt ibidem not.Doct. & refert Bened. in repet.sua, verb.mor.itaque testat.primo, numer.413.in fi.vbi plura de forma inuentarij conficiendi conscripsit. numer.408. & seq. non omitto hic obiter notare superiori casu, ei qui inuentarium omisit, falcidiam saluam non esse. per tex. in §.sancimus.cum §.sequen.in authen.de hæredib.& falcid. Tamen Trebellianicam saluam esse, vt tenuit Ias.in l.Marcellus. in prin.in vlti.quæstio.ff.ad Trebell. & alibi sæpius. & licet quidam plures ad instar Falcidiæ Trebellianicam sustulerint, eorum tamen opinio sanior visa non est, scioq; vsu Ias.opinionem magis probari. Ad rem venio. Ioan.Fab.in d.l.fi.nume.15.post annum id beneficium obtineri non posse notat. Veruntamen hodie princeps ex causa restituit, & negligentiæ gratiam facit, vt dicit Imbert.instit.forens.lib.j.§.atque addito.in glo.vide Guid.Pap.quæst.ccccclxxj.

Hæres ante inuētariū co gitur litem reassumere.

Hæres cum gratia inuētarij quæ sup pressit, ad quid teneat.

Inuentarij gratia intra quod tēpus obtineri debeat.

§. CCXXIIII.

DONATIONS, & dispositions faites en faueur de mariage, des mariez, ou de lun deux, ou leurs descendans dudit mariage, auec reseruation, que si ledit donataire trespasse sans hoirs, suruiuant ledit donateur, audit cas les biens retourneront audit donateur:telle reseruation est bonne & vallable, & tient ladite reseruation es choses par luy donnees, lesquelles le donateur audit cas recouurera, & en sera saisi.

SVPRA §.ccxv.idem statutum fuit, hic tantùm addita est matrimonij mentio, sine quo & idem seruari debet.Et quia ibi quædam notauimus quæ huic §.conferunt, ad cætera transimus.

§. CCXXV.

DONATIONS entre vifz vniuerſelles, aut per modum quotæ, ſont reuoquees, ſi le diſpoſant au temps de ſon treſpas ha enfans naturelz & legitimes ſuruiuans: fors es donations faites en contract de mariage, leſquelles ne ſont audit cas reuocables.

SI VNQVAM, inquit lex, libertis patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum, fuerit donatione largitus, & poſtea ſuſceperit liberos, totum quicquid largitus fuerat, reuertatur in eiuſdem donatoris arbitrio, & ditione manſurum. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. quam legem & ſtatutum noſtrum hoc inter ſe diſſentire nemo non videt. Illa enim donatio reuocatur eo tempore, quo filij ſuſcepti ſunt: hoc autem ſtatuto, ſi tantùm illi patri ſuperſtites fuerint. Illam item matrimonij fauor nihil remoratur, aut immutat. hoc verò eo fauore ſubſiſtit. And. Tyraq. in repet. quam congeſsit in d. l. ſi vnquam. nihil videtur omiſiſſe, quod ad eam rem pertineret: Eſt autem ea repetitio ſic copioſa, ſic diſerta, & erudita, vt inter paucas, lectionis immenſæ magnum, maius eruditionis & prudentiæ, maximum verò diligentiæ teſtimonium apud poſteros ſit autori ſuo præbitura: ex ea nihil in hunc locum tranſcribam, ſed ea ſolum referam, quæ ad diſcordiam noſtram faciunt. Cùm etenim Philip. Dec. in l. precibus. de impub. & alijs ſubſti. & Lancel. Salic. in repet. l. centurio. ff. de vulg. & pup. tenuerint donationem ratam manere, etiam poſtea ſuſceptis liberis: ſi illi ante patrem vita defungantur: tamen cæterorum ferè omnium ſchola contrarium reſoluit. ideo vnius aut alterius opinione quæ exploſa eſt, à communi reſolutione digredi impium eſſet. Si igitur poſt factam donationem naſcatur donatori ex legitimo matrimonio filius tempeſtiuè, id eſt ſeptimo aut nono menſe, aut vlteriori, quæ ſunt tempora naſcendi legitima. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi. reuocata eſt donatio. nec refert, quid deinde contingat. idq; ad inſtar poſthumi: qui ſi præteritus ſit, teſtamentum rumpit illico natus: nec eius morte, etiam ſi ea continuò ſubſequatur, reſtituitur teſtamentum. l. ij. & iij. C. de poſth. hæred. inſtit. idem & de filio præterito, etiam ſi viuo teſtatore decedat. l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthu. & §. j. Inſtit. de exhæred. liber. Tamen aduertendum eſt, huius reuocationis effectum in arbitrio donatoris tantum eſſe, teſtamenti verò cauſam non eſſe: ſed legis ſolennitati tantum ſubijci. Ideo ſi aut tacitè, aut expreſsè velit ille donationem non reuocari, manet integra. Ecce, Pater ſuſcepto filio, permittit donatarium re donata liberè vti: nec dignoſcitur in eo voluntas donationi contraria: ſi quid humanitus filio accidat, vt ei pater ſuperſtes ſit, & ſine reuocatione decedat, rata manet donatio. hæc not. Hoſtien. in ſumma titu. de donat. §. qualiter. verſic. hæ autem reuocationes. Et idem Tyraq. in d. repet. in ver. ſuſcepit liberos. nume. 172. vbi, vltra declarat reuocationis fructum ad hæredem non tranſmitti, cùm perſonalis ſit. Tamen idem Tyraq. nume. 183. interpretatur hoc modo: Si pater non habuit tempus, aut facultatem declarandi, ſiue quia ſtatim obijt nato aut mortuo filio, ſiue quia forte ignorauit natum ſibi filium, ad hæredem tranſmittit ius reuocandæ donationis: ex hisq; ſatis infert donationem non ipſo facto reuocari. Ad ſecundum, idem Tyraq. in ver. donatione

Ad l. ſi vnquam.

Donatio an reuocetur ſi liberis ſuſceptis liberis.

Donatio facta fauore matrimonij, an reuocet liberis susceptis.

tione largitus, nume.193. tenuit donationem factam matrimonij fauore, nihilominus reuocari liberis susceptis.ex d.l.si vnquam.C.de reuoc.donatio. neque conqueri possunt coniuges, si restituere cogantur:debuerunt enim cogitare id futurum esse.l.si quis domum.§.j.ibi, & ait non recepturum:quia hoc euenire posse, prospicere debuit.ff.locat.quam l.Tyraq.non allegat, id tamen tantum verum est, cùm donauit extraneus, non autem si pater filiæ ex causa dotis, aut propter nuptias filio. nec enim tunc est mera donatio:sed ob causam, vt probatur in l.cùm multæ.C.de dona.ante nupt. Nec refert, filio in potestate, an emancipato donetur, vt dicit Innoc.in c.fi.de dona. Steph. Bertran.in consil.383. volu.j. apertè tenuit fauorem matrimonij contrahendi semper impedire reuocationem ex hac lege inductam: siue donauerit pater, siue extraneus. Cuius sententiam, & superiorem Decij primo loco recitatam si sequi velimus, iam statutum hoc à l.si vnquam.nihil diuersum est. Tu videto quid sequendum sit. Ego autem etiam si Tyraquellum vsqueadeo venerer, & cum eo errare malim quàm cum cæteris rectè sentire:tamen, vt mea initio fuit sententia, mihi videtur tutius esse hanc consuetudinem, vt legis interpretationem sequi, etiam in his iuris scripti prouincijs.

Statuti huius, & l.si vnquàm, concordia.

§. CCXXVI.

LE MARY durant le mariage, ne peult faire aucune association, donation, ou autre contract, auec sa femme, enfans de sadite femme dautre lict, ny autres esquelz elle doiue ou puisse succeder immediatement. Nec econtra, la femme au mary, à ses enfans, ou autres esquelz le mary doiue succeder immediatè: supposé que lesdits contracts soient validez par serment: si ce nest en contract de mariage, ou contract de don mutuel dentre le mary & la femme: selon que sera dit apres.

Donatio inter virũ & uxorem.

GENERALITER tenendum est, inquit Vlp. quod inter coniuges, aut qui ad eos pertinent, aut per interpositas personas, donationis causa agitur, non valere. l.si sponsus sponsæ. §.generaliter. ff.de donat.inter vir. & vxor.& in l.hæc ratio.§.prohibetur. & §.si seruus meus.vers.non tantum. & §.verbum hoc.ibi, secundum hoc, si mater filio, qui in patris potestate est, donet, nullius erit momenti donatio: quia patri quæritur.illo titul.& l.nec inter eas.C.illo tit. Neque enim quod quis ex persona sua habere non potest, hoc per alium habere potest. l.si per impressionem.de eo quod met.caus.C.& l.quæritur.& l.qui in seruitute. ff.de bon.liber.legi etenim imponi non debet. l.cùm quis decedens. §.Titia.ibi, cùm id quod scriptum est.ff.de legat.j.l.Seius & Augerius.ff.ad l.falcid.l.qui testamentum. ff.de probat.notat Bald. in l.testandi. C.de testam. & glo.in §.ij.ff.de administr.tuto. Statutum hoc differt à iure communi in eo, quòd illo donationem nullus euentus confirmat omnino & semper nullam. Hæres autem res donatas eripit, etiam si donatorem non pœnituerit: hoc verò, mors donantis confirmat. Cumq; iuris antiqui rigor is esset circa huiusmodi donationes, vt omnino non valerent: ne profusa erga se liberalitate coniuges amore mutuo inuicem spoliarentur: vt dicit tex.in l.j.illo tit. Antoninus Imperator

Consequi per aliũ nõ possum, quod per me non possum.

rator oratione in Senatu habita effecit vt aliquid ex eo rigore remitteretur. Autor enim fuit senatui censendi vt ille ipse qui donasset, posset pœnitentia donationem reuocare: hæredem verò eripere, forsitam aduersus voluntatem supremam eius qui donasset durum & auarum esse. vt præclarè refert Vlp. in l. cùm hic status. ff. illo titul. Hodie verò in hoc comitatu, similes donationes irreuocabiles fiunt, si iureiurando donantis constitutæ sint, iure Pontificio, quo quilibet tenetur fidem suam explere, etiam in actibus quos lex ciuilis improbat. c. quamuis pactum. de pact. lib. vj. quod sequimur vbicunque agitur de salutis periculo.

Donatio inter virũ & uxorem iurata hodie valet.

§. CCXXVII.

DONATION mutuelle faite entre le mary & la femme, de leurs meubles & conqueſtz immeubles eſt bonne & vallable: & par vertu dicelle, le ſuruiuant iouira par vſufruit deſdits meubles & conqueſtz: Et en ſera ſaiſi incontinent apres le deces du premier mourant: pourueu quil ny ayt aucuns enfans: & que apres icelle, les donnans mutuellement viuent leſpace de quarante iours: Autrement leſdites donations ſont nulles, & de nul effect.

HVIVSMODI donatio mutua à iure recepta est. l. quod autem spectetur. §. si vir vxori. ff. de donat. inter vir. & vxo. & l. si pater puellæ. C. de inoffic. testa. idq; bona ratione, cùm non tam sit donatio quàm genus quoddam permutationis. vt dicit Vlp. in l. sed & si lege. §. consuluit. de petitio. hæred. ff. A iure tamen multis dissidet statutum hoc: cum illo, inter coniuges donatio mutua statim valet, nullisq; diebus suspenditur, & eius emolumentum ad donatarij hæredes transmittitur: quæ tria statuto hoc intercisa sunt.

Donatio mutua est quædam permutatio.

§. CCXXVIII.

ET EN cas que ladite donation ſortiſſe ſon effect, le ſuruiuant iouiſſant dudit don mutuel, eſt tenu payer ſur tous leſdits meubles & conqueſtz, les debtes qui eſtoient communes à lheure du treſpas du premier decedé, & les obſeques, & funerailles: & deliurer les laigs mobiliaires contenus au teſtament ou ordonnance de derniere volunté diceluy.

HAEREDEM solum iure communi sequuntur onera funeris, legatorum, & æris alieni. l. quotiens. C. de hæred. instit. aut hæreditatis quotæ legatarium pro rata. l. si cui seruum. §. si cui partem hæreditatis legauero. ff. de leg. ij. non autem quotæ bonorum legatarium. l. cùm autem pars bonorum. ff. illo tit. Sed hoc statuto vsufructuarius particularis illa onera subire cogitur, ad instar hæredis instituti in quota & vniuersitate rerum, & restituere rogati. is enim à creditoribus cogi potest.

Legatarius quota hæreditatis, aut bonorum qñ teneatur ad onera.

poteſt.l.nam quod ad ius.§.fi.& l.vel omnia. & l.cogi.in princ. ff.ad Trebell.horum tamen eſt diſſimilitudo circa repetitionem: cùm fideicommiſſum reſtituens non detrahat quæ oneribus hæreditarijs impendit: vſufructuarij verò hæredes pro his quæ impenderunt retentionis ius habent.vt infrà ſtatutario hoc deciſum eſt.§.ccxxx.

Mobilia magis destinantur æri alieno soluendo. Et cùm nulla alia re præſentibus oneribus hæreditarijs ſubueniri poſſit, quàm mobilibus,quæ ſemper his primo loco oblata ſunt.l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic.æquum eſt, vt vxor in cuius manum illa recidunt, præſens emolumentum acceptura,onera non aufugiat.alioqui hæres res ſoli teneretur diſtrahere. Tamen ſi viderit vxor rem ſibi non vtilem eſſe, ob grandiores ſummas ex ea cauſa erogandas, poteſt reſpuere,ſuaq́; portione contenta à bonis mariti abſtinere: nemo enim donatum aſſequi, aut damnoſam hæreditatem adire compellitur. l.nec emere. C.de iure delib. *Donatū nemo cogitur assequi.* Iure autem communi is ad quem rerum certarum vſusfructus peruenit,nullo modo hæreditarium onus explere cogitur.l.fi.in fi.ff.de vſufruct.leg. Si verò hæreditatis quotæ vſumfructum nanciſcatur,pro quota explebit:ſi autem omnium bonorum,& omnia ſuſcipere cogitur.Ita diſtinguit Bart.in l.j.ff de vſufruct.leg.ſed in caſu noſtro vſufructuaria vxor bonorum mobilium & acquiſitorum immobilium ex contractu,nullo iure teneretur.vt dicit Benedict.in repet.ſua, in verbo, cætera bona. nume.43.ibi,& idem ſi relictum fuerit.

§. CCXXIX.

DONATION mutuelle ne peult eſtre reuoquee par lune des parties,ſans le conſentement de lautre.

Donatio mutua inter virū et uxorē reuocari potest. CVM IVRE communi etiam hæ mutuæ donationes reuocentur. l.cùm hic ſtatus.§.ſi ambo.verſic.ſed cùm neuter. & §.oratio. ff.de donat.inter virum & vxo.vno reuocante,altero aut neſciente aut inuito,vtranque donationem reſolui æquum eſt.eodem enim iure,quod in alium ſtatuerit, vti reuocantem & neceſſe eſt & eſt æquiſsimum. Sed cùm hoc nouo iure, donationes id genus, præciſæ ſint obſeruationis, ſtatim vbi concluſæ ſunt,ius vtrique coniugum quæritur: quod neuter ab altero non annuente tollere poteſt.l.ſicut ab initio. C.de act.& oblig. l.qui Romæ. §.Flauius Hermes. ff.de verbo.oblig.l.qui res.in princ.verſicu.diuerſum. & l.procuratori.circa fi.& l.aliud.ff.de ſolutio.l.id quod noſtrum eſt. de regul.iur. l.iij. ff.de ſer.export.l.ſi poſt mortem.§.fin. de contra tabul.& l.cùm maritus. §.fina. ff.de pact.dotalib. *Ius alteri quæsitū nemo auferet.*

§. CCXXX.

LE SVRVIVANT des deux mariez qui ont fait don mutuel enſemble,eſt tenu incontinent & auant que ſoy immiſcuer, & ſen pouuoir dire ſaiſi, faire inuentaire des biens meubles, tiltres,& enſeignemens des immeubles, faire priſer leſdits meubles, & bailler caution fideiuſſoire es heritiers du premier decedé, de

rendre apres ſa mort la moitié deſdits meubles, & conqueſtz immeubles, ſelon ladite priſee, & eſtimation. Sur laquelle priſee aduenant ladite reſtitution, ſera premier diſtrait ce que monte la part des debtes du decedé: & ce qui eſt neceſſaire pour acquiter le teſtament dudit deffunct, auec ſes obſeques & funerailles. Et oultre, ledit ſuruiuant doit bailler ladite caution es heritiers du premourant, de ſouſtenir, & entretenir leſdits conqueſtz immeubles, durant ſa vie, & les rendre quittes, & deſchargez des arrerages, des cens, rentes, & autres redeuances, dont ilz ſeront chargez.

RECTE autem fiet, inquit Vlp. ſi res cùm vti frui incipit legatarius inteſtatum redegerit, vt inde poſsit apparere, an & quatenus rem peiorem fecerit. l.j. §.rectè.ff.de vſufruct.quemad.cauea. Nam omnium quæ reſtituenda ſunt maximè mobilium, initio apprehenſionis, deſcriptio maximè neceſſaria eſt: & ea via occurritur mille dolis. vt dicit Angel. in l.Imperatores. §.fin.ff.de appell. facit text. in l.cùm domini horreorum. ibi, & ea quæ ibi ſunt deſcribere. ff.locat. & Iaſ. in caſu ſimili, conſil. 40. nume. 2. volum. j. nec omittenda eſt rerum æſtimatio, cùm deſcribuntur. vt dicit glo. in d.§.rectè. facit l.ſi inter. C.de iure dot. Cauere item debet fructuarius, ſe boni viri arbitratu percepturum iri vſumfructum, hoc eſt, non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum, cæteraq; præſtiturum, quæ in re ſua præſtaret. l.prima. §.cauere.ff.vſufruct.quemad.caueat. l.j. & l.vſufructu conſtituto. C.de vſufruct. & glo. in c.fin.de pigno. *Vſufructuarius ante q̃ uti incipiat debet inuentarium facere.*

§. CCXXXI.

ET NE ſe peuuent par leſdites donations ny autrement remettre leſdites cautions fideiuſſoires & confections dinuentaires.

SI VSVSFRVCTVS, inquit lex, teſtamento vxoris, marito relictus eſt, quamuis cautionem à te prohibuerit exigi, tamen non aliter à debitoribus ſolutam pecuniam accipere poteris, quàm oblata ſecundum formam Senatuſconſulti cautione. l.prima. C.de vſufruct. & l.ſcire debetis. & ibi glo. in verb. poſſe. C. vt in poſſeſſ. legat. & l.ſi pecuniæ. ff. illo titu. Barto. in l.nemo poteſt. ff.de legatis primo. & in l.pactum inter hæredem. ff.de pact. Cùm enim ſtatuentes paſsim, tam directè quàm indirectè fraudem ſtatuto fieri per coniuges non ſinant, nihil mirum, ſi inuentarij & cautionis formam nolint remitti: cùm ita ad male vtendum & furandum fructuarius inuitetur: eoq; modo ſtatuta omnia ſuperiora illudantur. quod planè impium eſſet, & non ferendum: vt dicit text. in l.conuenire. ff.de pact. dotal. & l.ſi vnus. §.pactus. de pactis. ff. & per Iaſonem in conſilio quadrageſimo. in principio, volumine primo. *Cautio uſufructuary remitti nõ poteſt.*

DES GENS MARIEZ, DOTS & douaires.

TITVLVS XXI.

§. CCXXXII.

FEMME mariee eſt en la puiſſance de ſon mary tant que le mariage dure : & ne retourne en la puiſſance de ſon pere, ayeul, ny autre aſcendant, ſoit que le mariage ſoit diſſolu par mort du mary, ou quil y ayt ſeparation de biens. Autre choſe eſt, ſi apres les fianſailles ledit mariage ne ſortiſſoit effect : car audit cas ladite fille fiancee demeure en la puiſſance de ſon pere, ayeul paternel, ou autre aſcendant.

SVPRA §.clxx. eadem ſtatuta ſunt, & ea quæ ad rem faciunt annotauimus : quæ hic nihil repetenda ſunt.

§. CCXXXIII.

LE MARY & femme, le mariage fait par paroles de preſent, ſont communs en tous biens meubles, debtes perſonnelz, ia faits, & à faire, & conqueſtz immeubles, qui ſe feront conſtant leur mariage: en telle maniere, que apres le deces de lun deſdits mariez, le ſuruiuant doit auoir la moitié des choſes deſſuſdites, & les heritiers lautre : & en ſont ſaiſis, & en poſſeſion : ſil neſt autrement conuenu au contract de mariage.

Societas cõiugalis inter cæteras præcipua.

HIEROCLES in lib. de Nuptijs, vniuerſum genus noſtrum ad ſocietatem natum eſſe dicit : primamq; eſſe & præcipuam ſocietatem, quæ per nuptias initur. Ideo nihil mirum, ſi illam admiſerit conſuetudo ſumpta ex iure naturali, quo maritus & vxor ſunt ſocij diuinæ humanæq; domus. l.j. ff. de rit.nupt. & l.aduerſus. C. de crimi.expil.hæred. & l.j. in princip. ff. rer.amot. & l.cùm hic ſtatus. §.pe.ff. de donat.inter vir.& vxor. Et ferè vbique in Franciæ regionibus, quæ moribus reguntur, ita obſeruatur. vt dicit Ioan.Fab. in auct.in donatione. C. de ſec.nupt.

Societas cõiugalis à iure ignota.

Hanc tamen ſocietatem ius commune non nouit, niſi inter coniuges nominatim conuentam. l.alimenta & veſtiaria. §.qui ſocietatem cum vxore ſua. ff. de aliment. & cib.leg. & l.ex diuerſo. §.item Proculus. ff. ſolu.matrimo. Et per Bald. in l.ſi vxorem. C. de conditio.inſert. idem Fab, in d.authen.in donatione. ſententiam retulit, quæ recepta non eſt: vxorem ſcilicet, quæ ſecundo nupſit, amittere proprietatem rerum quæ lucratiuo titulo, ex primo matrimonio ad eam peruenerint. per l.fœminæ. illo titul.

Fab. opinio reiecta.

Et ideo

Et ideo ea res ex tali consuetudinaria societate, hanc retinere non posse. quod durius est, quàm vt admitti debeat: cùm illa societas titulus lucratiuus non sit, sed magis onerosus. Nam & si vxoris proprium non sit, quæstum aut alioqui lucrum facere, tamen ad eius industriam pertinet quæsita conseruare: idq; plerunque plus societati confert, quàm ipsa pecunia. vt dicit text. in l. si non fuerint partes adiectæ. in fi. ff. pro soc. Vnde illud triuiale, Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Item in illam societatem pecuniæ aut mobilium dotalium dimidiam partem consuudit. vt suprà, §. ccxxj. viroq; subijcit omnia, profusuro, si velit, & sine vxore distracturo. vt infrà §. ccxxxvj. adeo vt tantum oneris quàm lucri sentiat. diximus infrà §. ccxlvij. Ad cætera, Quæstum dicemus esse id lucrum, quod ex opera cuiusque descendit. nec adiecit iuriscon. hæreditatem, legatum, vel donationes: quia non sine causa obueniunt, sed ob cuiusq; meritum. Et plerunque hæreditas à parente, aut consanguineo tanquàm nobis debita obuenit. verba sunt Vlp. & Paul. in l. coiri, & in l. quæstus & tribus l. l. l. seq. ff. pro soc. Ex quibus intulit Chassa. hoc statuto illa non includi, & maximè cùm huiusmodi societas vniuersalis non sit omnium bonorum, sed particularis mobilium & quæstuum. pro quo facit l. iij. §. cùm specialiter. ff. pro soc. ideo conclusit Io. Fab. in procemi. Instit. in verb. Alemanicus. quòd donatio alteri coniugum facta à parente cui aliàs erat successurus in re donata, non censebitur conquæstus. Et eum sequitur Pragmaticarius in verb. quæstus. titul. de concub. & Benedict. in repet. sua, verb. & vxor. no. Adel. numer. 791. allegat l. j. ibi, cum & si testamentum non esset scriptum, iustus successor futurus esset. C. de his qui sib. adsc. in testam. In hac prouincia Burbo. respectu mobilium hæc non obseruantur, quia in societatem conferuntur vndecunq; proueniant. vt infrà §. cclxxvj. Sed immobilium respectu ius ciuile sequuntur hi prouinciales, vt scilicet illa sint successori propria & non communicanda, vt infrà §. cclxxv. & §. cclxxxiij. Dubium erit ad quem pertineat onus æris alieni. Quæ autem non communicantur, nec æs alienum, quod ex his pendebit, sed tantum id quod ex communi erit, veniet in rationem societatis. l. sed nec æs alienum. ff. pro soc. & infrà dicetur §. seq. Præterea aduertendum erit, quod not. idem Benedict. in d. verb. numer. 786. Quòd si quædam acquirantur à marito, quorum vxor capax non sit, in his illa partem capere non potest, vt in præsenti regno certi sunt Ducatus & Comitatus paribus Franciæ affectu. Item & feuda. c. j. §. hoc autem notandum. qui feu. dar. poss. Item & officia hæreditaria, & alia etiam empta communi pecunia. Item & decimæ, quarum maritus capax effectus esset priuilegio sum. Pontificis, vxor autem non esset. Ad statutum redeo. Eo enim dicitur possessionem acquiri, vt & proprietas quæritur cuique coniugum, secundum opinionem Zas. qui id de iure esse dicit in §. incertam. l. possideri. ff. de acq. vel amitt. possess. per l. ij. & iij. §. cùm specialiter. & l. si societatem. ff. pro soc. Postremò, ibi, Sil nest autrement contienu, id rectè exceptum est, maximè cùm hac consuetudine tantùm agatur de eo quod priuatorum interest, quod leui negotio pacto contrario tolli aut immutari potest. l. si quis in conscribendo. de pact. C. idq; liberius multò cùm ad ius commune pacto redeatur.

Societas vxoris lucratiua non est, sed onerosa.

Societas coniugalis hæred. legat. & donat. non continet.

Societas coniugalis quos quæstus habeat, et quos non habeat.

Aes alienū sequitur eos qui bona nāciscuntur.

Vxor quæstuum partē nō petet, quorum esset incapax.

Possessio rerum quæsitarum.

§. CCXXXIIII.

QVAND aucune somme promise au contract de mariage

 à aucuns

à aucuns enfans mariez par leur pere & mere, ou par le pere seulement constant le mariage, nha esté payé, ny acquitee durant leur communauté, le suruiuant est tenu payer la moitié de ce que reste de ladite somme, & les heritiers du premourant lautre: mais si durant ledit mariage, les peres, & meres marient leursdits enfans yssus dautre mariage, & les sommes de deniers promises esdits enfans ne sont acquitees constant iceluy, le pere, ou mere desdits enfans, ou leurs heritiers sont tenus de payer entierement ce que restera de ladite somme ainsi promise: sinon quil y eust renonciation faite par lesdits enfans, en laquelle lautre desdits conioints prinst proufit. Car audit cas ledit debte est payé par ceux qui en rapporteront proufit pro rata diceluy. Mais si lesdites sommes promises à enfans yssus dautre mariage sont acquitez durant & constant le second mariage, le pere, ou mere desdits enfans sont tenus de rembourser, & rembourseront lautre desdits mariez qui nest pere, ou mere, de la moitié seulement: sinon quil y eust renonciation, à laquelle il eust eu proufit comme dit est.

Aeris alieni solutio quomodo inter socios diuidentes disponenda sit.

AES ALIENVM, inquit Paulus quod manente societate contractum est, de communi soluendum est, licet postea quàm societas distracta est, soluendum sit. Igitur & si sub conditione aut ad diem promissum sit, & distracta societate extiterit conditio, aut venerit dies, ex communi tamen soluendum est. l.omne æs alienum. cum l.seq. ff. pro soc. Igitur qui diuidunt cautius agent, si cautiones æris alieni soluendi, cuius dies, aut non cessit, aut non venit, interponant. l.cùm socij. ff. commu. diuid. Id autem statuentes intellexerunt, si huiusmodi æs alienum contractum sit occasione rerum inter eos communium: alioqui si extra societatem sit, alterum non teneri: cùm nisi ex quæstu communi pendeat, in rationem societatis conijciendum non sit. l.sed nec æs alienum. ff. pro soc. nec iure societatis per socium æri alieno socius obligatur, nisi in communem arcam pecuniæ versæ sint: dicit tex. in l.iure societatis. ff. eo. tit. Idq; ad instar impensarum: si quis enim socius propter societatem profectus sit ad merces emendas, eos duntaxat sumptus societati imputabit, qui in eam rem impensi sunt. verba sunt text. in l.si fratres. §. si quis ex socijs. ff. illo tit. & in l.cùm proponas. C. eod. Igitur licet coniuges huius prouinciæ æris & sui & alieni socij sint, id est, eorum quæ his debentur, & quæ ipsi debent. vt interpretatur Iuriscon. in l.cedere diem. ff. de verb. signif. tamen si horum alter filijs dotem constituere debeat, aut constitutam soluere, id personale est, & alterum nihil attingit. vt est tex. in l.si socius pro filia dotem promisit. ff. pro soc.

Aes suum et alienum.

Dotis onus sociale nõ est.

§. CCXX

§. CCXXXV.

LE MARY ha le gouuernement, & administration des heritages & possession de sa femme, le mariage durant. Et est seigneur des biens meubles, fruits, reuenuz, & emolumens appartenans à la femme, & de ses debtes mobiliaires. Et les peult demander & poursuiure en iugement & dehors en son nom, sans sadite femme: Et luy en appartiennent les actions personnelles & possessoires, & en peult estre conuenu: mais il ne peult vendre ny aliener les heritages de sadite femme sans son vouloir & consentement.

BONVM visum est iure communi, quod §. superiori statutum fuit, ea ratione. Quòd vxor quæ seipsam marito credidit, huic rerum suarum administrationem prohibere non debet. l. fi. C. ne fideiuss. dot. dent. Tamen æquum contrà visum est, vt in ijs rebus, quas extra dotem mulier habet, quas Græci vocant parapherna, nullam vxore prohibente habeat communionem. nec in his se immisceat maritus. verba sunt text. in l. hac lege. C. de pact. dotal. Quòd si non prohibeat, potest ipse liberè administrare, & fructus quærere. vt dicit Io. Fab. in d. l. hac lege. quos fructus non tenebitur maritus restituere: sed mobilia, vt pecuniam numeratam, nomina, & alia quæ vxori patrimonialia sunt, siue ex dote, siue extra dotem, licet maritus posit consumere: tamen sibi consumit, non vxori: cui restitutio facienda est. l. res in dotem datæ. ff. sol. matrimo.

Parapherna liū fructus an marito quærantur.

§. CCXXXVI.

LE MARY peult donner, vendre, & aliener à sa volunté, les meubles & les acquests faits par lesdits mariez, ou lun deux durant & constant le mariage, par contracts faits entre vifz: mais non par contracts ayans trait à mort.

DVRVM videtur rem mihi facto meo quæsitam, à me non in id consentiente distrahi. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. & l. si post mortem. §. fi. ff. de contra tab. & l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Quòd si facto tertij, velut mariti quæsita sit, non eandem habet iniuriam, quia faciliori negotio tollitur etiam me nescio. arg. l. si quis hac lege. & ibi Bart. ff. de seruis export. & l. j. C. si mancip. fuer. alien. vbi Bald. not. Quæstuum igitur vxor proprietatem non nanciscitur, nisi soluto matrimonio, etiam portionis suæ. vt dicit Pet. de Ancar. in consil. 202. Et clarius hoc statutum, & similia Franciæ interpretatur Benedict. in repet. sua. verb. & vxore no. Adel. num. 786. Quòd vxor eam partem mobilium, & quæstuum immobilium accipit iure successionis, adeo vt eorum respectu marito succedat. alleg.

Vxor quæstuum partē non habet, ni si matrimo. soluto.

Vxor mobiliū & quæstuum partē iure successionis accipit.

Io.Fab. in §.j. in fi.de acquisit.per arrog. Iure igitur impedire non potest alienationem inter viuos factam, quia tantùm residui post mortem quotam suam statutariam prætendet iure succesiuo. Quòd si quid duri habeat hæc obseruatio, nemo non videt quàm æquum sit, maritum in eo quod laboriosius quæsiuit, libertate non distringi, vxoris solo commodo. Nulla enim lex (inquit Cato apud Liuium) satis commoda omnibus est. Id modo quærendum est, an maiori parti, & in summam prosit. Chassanæus reperto simili statuto in prouincia sua, id iuri communi conforme non dubitauit asserere: allegat l.portionem. C.de donat. & l.falso. C.de comm.rer.alien. Sed longè fallitur, cùm his suis legibus tantum permissum sit, vni socio rei indiuisæ portionem vendere: quo alterius iuri nihil detrahitur. Et ideo contra ius commune statutum hoc est indubiè.

Lex nulla omnibus satis cõmoda.
Chassanæi lapsus.

§. CCXXXVII.

LA FEMME conioin̄te par mariage peult poursuiure ses actions, & droits de lautorité de son mary: & au refus de lautoriser par sondit mary sans cause legitime, sera autorisee par iustice à faire ladite poursuite.

NE SVPERIORI §.ccxxxv. hic noster repugnet, eum intellige de his quæ vxoris patrimonio nondum adiecta sunt, sed actionis exercitio, adijci possunt. Primo enim casu, maritus liberè administrat, agit & prosequitur suo nomine: secundo casu, vxorem ipsam agere necesse est: & maximè si in rem agendum sit: quia si in personam aut pro conseruanda possessione certandum est, maritus solus admittitur. Item & vxor accusando aut agendo, suam aut suorum iniuriam persequi potest, etiam sine marito. l.de crimine. l.Senatus. & l.vxor. C.qui accus.non poss. & l.ij.ff.de accus. Idq; suprà statutum nuncupatum fuit, §.clxix. Quòd si vxorem à marito autorari oportet, recusetq; maritus, iudex causas autoritatem denegantis audiet: nec ipse suam impartietur, nisi, causa cognita, viderit commodúmne an incommodum vxori sit litem aggredi, & an maritus iustè recuset: prout dicit text.in l.si cùm dotem daret.§.eo autem tempore.ff.sol.matrimo.

Vxor quãdo sine marito agat.
Vxor quãdo à iudice autoranda.

§. CCXXXVIII.

LA FEMME peult vendre, donner, eschanger, & autrement aliener ses heritages, de lautorité de son mary, sans estre recompensee.

DE VENDITIONE text.est in l.ij.l.cùm in fundo.§.vxor verò. & l.si.ff.de iure dot. & in l.sed & si ideo. l.quamuis mulier. ff.solu.matr. Item & facit l.si vir vxori.de præscript.verb. & l.si sponsus. §.circa venditionem. ff.de donat.inter vir. & vxor. & l.sed si vir ex lana. §.si duo. & §.si vir.illo tit. Non tamen potest hæc venditio fieri sine mariti autoritate: vt hic in statuto. & in l.si prædium. C.de iure dot. De donatione satis suprà diximus. hîc non repeto. de permutatione autem

Vxor vendere potest.
Donare.
Permutare.

autem tex.est in l.si prædia & mancipia. in princip. ff.de donat.inter vir. & vxor.& ibi notat Bald. Vide an hæc duo requirantur. Primò, mariti autoritas. d.l.si prædium. Secundò,causa alienandi legitima & vxori vtilis, veluti, vt æs alienum exoluatur aut pro succursu necessario sui aut suorum. l.l.suprà primo loco citatis,& præclarè in d.l.fi.de iur.dot.& aliter vxor fundum dotalem neque alienare,neque marito alienanti consentire olim potuit: hodie autem liberè potest: & tantum huiusmodi alienationes impugnamus, quando minis, & verberibus expeditæ sunt. Alioqui sine vi rem nihil afficere videbitur metus reuerentialis.vt dicit Bar.in l.j.§.quæ onerandæ. ad fi. ff.quar.re.act.non det. & in l.ad inuidiam. per illum text. ff.quod met. caus.& Ias.in cons.3.num.6.vers.imprimis.vol.j.

§. CCXXXIX.

SI LE mary,ou la femme de lautorité de son mary vend son heritage,constant leur mariage,pour employer en autre heritage au proufit du vendeur, affirmation faite lors de ladite vente, ou au parauant par deuant Iuge competant, ou par deuant deux notaires, & tost apres ladite vente, lesdits deniers ou partie diceux sont employez en acquisition dautres heritages: en declairant & affermant lors de ladite acquisition, que cest des deniers procedans de ladite premiere vendition: en ce cas lheritage acquis desdits deniers est subrogé,& de mesme nature, que estoit celuy qui ha esté vendu,iusques à la concurrence de la somme contenue en la premiere vendition. Et le semblable est obserué en deniers baillez pour le dot de ladite femme, qui doiuent estre conuertis en heritages: car lheritage, qui sera declairé par le mary faisant ladite acquisition, estre acquis desdits deniers, est propre à la femme.

ITA constante matrimonio permutari posse dotem dicimus, si hoc mulieri vtile sit,vt pecunia in rem, aut ex re pecunia. quod si factum fuerit, fundus dotalis dicitur.verba sunt Modest. in l.ita constante. & Vlpia. in l.quod si fuerit. & Scæuo.in l.fi.de iure dot. ff.facit text. in l.si mulier dotis. & l.cùm maritus. j.respons.ff.de pact.Et generaliter cùm ex pretio rerum venditarum aliæ emptæ sunt, si immutasse, attamen imminuisse non videtur, qui vendidit: dicit tex.in l.Imperator. §.fi. ff.de leg.ij.res empta etenim succedit loco rei.c.ecclesia sanctæ Mariæ. cum glo.vt lit.pend.eiusq; naturam refert.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.& vt subrogatum habet eundem effectum.l.filiæ.§.Titia.ff.de cond.& demonst.l.si donatæ res.§.si sponsus.vbi Bald.& Docto.ff.de donat.inter vir.& vxor.id refert Masuer. in tit.de societ.§.item dicuntur conquęstus.cum §.seq.& Bened.in repet.sua, verb.& vxo.no.Ade.num.790.

Quæsita in locum vēditorum subrogantur.

§. CCXL.

§. CCXL.

SI LE mary, & la femme, ou lun d'eux auoient vendu leur propre heritage, & patrimoine au parauant leur mariage, ou durant iceluy, dont fuſt deu aucune ſomme de deniers au temps du deces de lun d'eux: les deniers qui en ſeront encores deuz au temps dudit deces, reuiennent & eſcheent pour le tout à iceluy d'eux, ou ſes hoirs duquel lheritage ha eſté vendu: & ſont reputez propre heritage & patrimoine du vendeur: nonobſtant la communauté dentre le mary & la femme.

Communicã da qua non ſunt.



VM ſocietas conſuetudinaria limitata ſit ad quæſtus & mobilia, ſi quid ſeparatim & ex cauſa extra ſocietatem quæſitum eſt, prout ex venditione patrimonij, id ad communionem non pertinere, explorati iuris eſt. dicit Vlp. in l. cùm duobus vicinis. §. cùm duo erant argentarij. ff. pro ſoc. Quòd ſi pecunia omnis ex quacunque cauſa quæſita, quæ ad manus coniugum peruenit communicanda eſt: id locum habet, cùm peruenit pecunia durante matrimonio: quia niſi ſoluta propria non eſt. l. Quintus. §. argento. ff. de aur. & arg. legat. Quòd ſi poſt id diſſolutum, quia & ſocietas diſſoluta eſt. l. actione. §. ſi vnus ex ſocijs. ff. pro ſoc. ſit pecunia eius tantum, qui rei inſolidum dominus fuit: cuius in locum pretium ſubrogatum eſt: & tunc ad ſuam naturam res reuerti dicitur. arg. l. fi. ff. de donat. inter vir. & vxor.

§. CCXLI.

LA FEMME qui eſt perſonniere auec ſon mary en meubles & conqueſtz, eſt tenue apres le deces de ſondit mary de payer les debtes de ladite communauté, pour telle part & portion, quelle prend es meubles & conqueſtz de la communauté. Et ne ſont les fraiz funeraux reputez debtes: mais ſont leſdits fraiz funeraux à la charge, & ſe payent par les heritiers du treſpaſſé. Et ſemblablement le mary eſt tenu de payer la moitié des debtes de ſa femme deüement contractez.



OSTERIORA hæc æquiſsimam habent exceptionem. Maritus enim teneri non debet ad æs alienum, quod vxor reclamante lege contraxit, vt ſi fideiuſsit, aut eo non autorante promiſit: habet enim vxor proprias exceptiones tam Velleiani, quàm de dolo. toto tit. ad Velle. & generaliter cùm de eo agitur quod ab inuita exigi non poteſt: quia tunc debitum non eſt: vt dicit Bart. in l. j. ff. ſi cert.

cert.pet. In cæteris autem æqualitas seruanda est. vt si æs suum alter communicet, & alienum solus subire non debet. Iniquissimum enim esset societatis genus, ex quà quis luctum non etiam damnum spectat. vt dicit text. in l.si non fuerint partes adiectæ. §.fin.ff.pro soc. Nam siue pacto, siue statuto societas contrahatur, tàm lucri quàm damni communio initur: dicit text.in l.si vnus ex socijs.in fi.princ.ff.illo titu. Id tamen locum non habet, cùm socius ob maleficium suum, aut contumaciam damnatus est. Ipsum enim tantum damnum sentire debere & non de communi consequi, scripsit Papinia.in l.si fratres.§.fi.ff.illo tit.quemadmodum si quid ex furto, aut maleficio quæsitum est, in societatem conferri non oportere. l.quod autem. illo tit. delictorum enim siue damni siue lucri fœda est communio. vt ibidem, & in l.si à reo. §.fi.de fideiuss.ff.aut si dolo æs alienum contractum sit.not. in l.si is cum quo. in fi.ff.commu.diuid. aut si in adulterio aut alia perdidit socius, ex medio societatis id laturus non est.l.adeò morte.§.quod in alia.ff.pro soc. Quantùm ad legata autem fideicommissa, & alia, quæ vltima voluntate peraguntur, quoniam his societas grauari non potest, hac consuetudine, vt suprà §.ccxxxvj. mirum non est hæc à socialibus oneribus excipi. Primò,ratione superiori d.§.ccxxxvj.quæ probatur per text. in l.verum est. §.si seruo communi legatum. ff.pro soc. Secundò, quòd post mortem effectum illa tantum consequantur: & sic eo recidunt, vnde incipere non possunt: cùm societas vltra mortem porrigi non possit. l.si fratres. §.idem respondit societatem. ff.pro soc. Funeris item expensa, in eadem causa est, cùm eo tempore quo eam fieri oportet, nulla amplius societas est: neque in rem societatis impendi dicitur: nec item in huius rationem conferri potest. vt dicit tex.in d.l.si fratres. §.si quis ex socijs. & ideò ad eos, qui aut hæredes aut bonorum possessores sunt, spectat. Quòd si nulla bona supersunt, præstare debet pater. Si verò neque patrem, neque hæredes superstites habeat, qui debet inhumari: aut habeat, sed eos qui soluendo non sunt: maritus aut vxor quatenus facere possunt respectiuè tenentur. Hæc enim causa pia est, & commiseratione plena: nec honestas coniugalis id ferre potest tam iniurium, vt alterius iniuria alter horum insepultus iaceat. verba sunt textus in l.at si quis. §.fin.& seq. ff.de relig.& sump.fune. Plato lib.iiij.de Legib. refert primam fuisse coniugum sollicitudinem, vt eorum superstes funus expediret. Apud Indos charissimam ex vxoribus vnà cum viro concremari proditum est, certamenq; inter eas esse ad ignem hunc se vltro offerentes: & non admissas, superesse luctui perpetuo. quod & C.Cæsar olim in Gallia obseruatum scripsit.

Societas æqualis est, ut æris sui, & alieni commu nio fiat.

Socius ad quæ debita nõ teneatur.

Socius ad socij legata nõ tenetur.

Funeris impensa cuius sit.

Funeris coniugalis causa quantum pia olim habita sit.

§. CCXLII.

ET SE peuuent les creanciers eux adresser contre les heritiers du defunct pour le tout, si iceluy defunct est obligé seulement: ou s'adresser contre la femme par moitié, & contre lesdits heritiers pour l'autre moitié au choix desdits creanciers.

IN OMNIBVS negotijs bonum & æquum fuit, circuitum restringi, & ideo in hoc casu vtrique vtile, creditorem recta via nummos à debitoribus recipere. vt in simili dicit tex. in l.dominus testamento.in fi. ff.de condict.indebi. Et licet nominatim alter coniugum correus debendi inscriptus non sit, tamen

Circuitus euitandus.

re vera debitor eſt: Ideo cum eo directo agi poteſt, cuius perſonam lex ſocietatis debito ſummiſit. tex.eſt in l.iure ſocietatis.à contrario ſenſu.illo tit. Simile ſtatutum legitur in Burgundia: ſed cui Chaſſanæus ius commune contrarium eſſe dicit, quo iure vxor pro marito,& econtra,non tenetur.quod mihi videtur extra rem eſſe. His enim ſtatutis alterum pro altero teneri nemo inferet:ſed magis quemlibet onus ſuum ſubire. Idq; tribus abſoluitur. Primò, ſi vterque inſolidum ſit obligatus, & eo caſu nouum non eſt, ſi alterum creditor conueniat: habet enim debitor actiones ſuas in id quod ab altero debetur, & pro quo obligatum ſe voluit,totiuſq; debitorem ſe inſcripſit. Secundò, ſi vterque æqualiter conuenitur, alter pro altero nihil ſoluit, quia vterque debitor eſt ex lege ſocietatis. Tertiò,ſi vtrunque nominatim creditor teneat: vt infrà §.ſeq.& is caſus ſine dubio eſt.

Debendi correi quomodo teneantur.

§. CCXLIII.

ET SI leſdits creanciers ſadreſſent pour le tout contre les heritiers du treſpaſſé,leſdits heritiers auront recours, pour le rembourſement & intereſt pour la moitié du debte, contre le ſuruiuant,ou ſes heritiers:Et quand leſdits mariez ſont obligez enſemble, les creanciers ſe peuuent adreſſer ſelon la forme de leur obligation.



QVOD de communi ſoluendum eſt, cùm commune ſit negotium, ſi ab vno ſolutum ſit de ſuo, poſt ſocietatem diſtractam ne damnum id ſentiat qui ſoluit,repetet ſocietatis iudicio: dicit text.in l.ſi vnus. §.ſi quid vnus.ff.pro ſoc.ideoq; ſolent diuidendo ſocij communium debitorum cautiones mutuas interponere: vt dicit tex.in l.omne æs.ff.pro ſoc.

Socius vnus debitũ totũ ſoluens pro parte repetit.

§. CCXLIIII.

QVAND les creanciers ſe ſont adreſſez contre les heritiers de lun des mariez obligez, & leſdits heritiers ne ſont trouuez ſoluables, iceux creanciers ſe peuuent adreſſer ſubſidiairement, & auoir leur recours contre le ſuruiuant ou leurs heritiers pour leur part & portion.



SANCIMVS, inquit Iuſtinia. nullo modo electione vnius ex fideiuſſoribus, vel reis,alterum liberari,niſi ſatisfiat creditori:ſed manere ius integrum donec inſolidum ei pecuniæ perſoluantur. Idemq; in duobus reis promittendi conſtituimus, ex vnius rei electione præiudicium creditori, aduerſus alium fieri non concedentes: ſed manere & ipſi creditori actiones integras & perſonales & hypothecarias,donec per omnia ei ſatisfiat.l.generaliter.C.de fideiuſſo.quod tamen verum eſt,quãdo ſolidum petijt creditor ab vno ex reis,qui ſoluendo inuentus non eſt: tunc enim alium aggredi,vt partem ſoluat,licet,vt dicitur in l.reos.C.illo titu. Secus autem,

Debendi correorum vno electo,an cæteri liberentur.

autem, ſi partem debiti ab vno petierit : tunc enim alium, etiam obligatum, inſolidum non poterit amplius conuenire, ſed tantum pro parte ſua. Ab initio enim id liberum fuit, ſed ex poſtfacto, ideſt lite conteſtata, non licet. l.liberum fuit. C.illo titu. l.creditores.C.de pact.& l.ſi per imprudentiam.§.fi.ff.de euictio.

§. CCXLV.

LA FEMME apres le treſpas de ſon mary peult renoncer à la communauté quelle auoit auec ſon feu mary : & neantmoins auoir & retenir ſon heritage & douaire: & ne ſera tenue daucunes debtes procedans de ladite communauté. Et doit faire la renonciation iudiciellement dens quarante iours apres quelle aura ſceu le treſpas de ſon mary : appellez pour ce faire les heritiers apparens du treſpaſſé, ſilz ſont demeurans en la iuſtice, en laquelle le defunct eſtoit domicilié en Bourbonnois au temps dudit treſpas : & à faulte deſdits heritiers, appellé le procureur de la iuſtice dudit lieu, ou ledit treſpaſſé eſtoit domicilié. Et pendant leſdits quarante iours, viura en ſon meſnage es deſpens de lheritier dudit defunct. Et peult nonobſtant ladite renonciation prendre & emporter lune de ſes robbes & habillemens, qui ne ſera ny le meilleur ny le pire, mais le moyen quand il y en ha pluſieurs. Et ſil ny ha quun habillement, il appartiendra à ladite femme.


VIA poſt mortem mariti, hæc ſocietas coniugalis diſſoluta eſt, etiam ſi in contractu mattimonij, vltra ſtatutum, conſenſu vtriuſque ſic inita ſit, vt etiam poſt alterius mortem duraret.l.actione. §.morte.ff.pro ſoc. Hæc autem renunciatio non poteſt impediri doli exceptione, cùm ſocietatis nihil amplius interſit, renuncietur, aut an ſtetur ſocietati : nec hæredum mariti deteriorem cauſam renunciando facit. Facere autem dolo videretur, ſi obuentionem præuidens renunciaret, vt obuenturum non communicaret. dicit tex.in dicta l.actione. §.diximus. & §.Labeo.Iaſ.in l.properandum.in princ.col.penul. C.de iudic.tenuit hanc renunciationem poſſe fieri matrimonio durante, modo tamen dolo non fiat, & à non præuidente quid ſibi obuenturum. Præterea per procurarorem fieri poteſt. d.l.actione. §.renunciari. ſed non omittenda forma hoc ſtatuto data : quia etiam leuis omiſsio actum diſturbat. Maximè verò curandum eſt vt fiat in iudicio, vocatis ijs qui hic expreſsi ſunt. quod additum fuit, ne facilè imponi poſſet : item & quòd ea quæ in iudicio fiunt tenacius hærent. l.ſi filius.j. ff.de interrog.actio. & not.in l.qui ſe patris. C.vnde libe. Vbi autem renunciatum eſt ſocietati ſtatutariæ, aut conuentionali, ad ius commune reditum eſſe dicetur, quo nulla inter coniuges ſocietas eſt. l.alimenta. §.fi.ff.de ali.legat. Et ideo bono iure veſtimenta vxori donata ab hæredibus mariti

Renunciari ſocietas dolo non poteſt.

Vxor an poſſit renunciare ſocietati conſtãte matrimonio.

retinentur duabus rationibus. Prima,quia si propria vxoris sint, iam statuto fraus facta est,quo inter coniuges omnino donatio illicita est.vestimentis etenim, vt cæteris rebus exhauriri possent mariti facultates.Nam cùm id ferat mulierum imbecille ingenium, vt omne studium suum ad curiosiorem sui cultum conferant: & cùm cotidie aliquid nouitatis sumptuosius adijceretur, nec aliqua prorsus continentia ruenti luxuriæ obsisteretur,eo ventum erat temporum infœlicitate,vt duobus vitijs auaritia & luxuria rerum status periclitaretur. hæ etenim pestes omnia magna imperia euerterunt: HENR. regis nostri prouidentia huic malo prospectum est. constituit enim ille certum modum cultibus,mollitiemq; restrinxit seuerissimè,veterem legem secutus, quæ Q. Fabio Max. & T.Sempronio Coss.lata est à M.Oppio & T.Romuleio tribunis plebis,quæque Oppia dicta est: qua mulieri plus semiuncia auri habere,aut vestimento versiculori vti, aut vehi iuncto vehiculo in vrbe oppidóve, aut propius inde mille passus,nisi sacrorum publicorum causa non licuit.item & Imperat.sancita in l.prima & ij.C.de vestib.olober.lib.xj.C.& in l.prima. nulli lic.in fræn.& equestr. eo.lib. ideo cautè præuiderunt statuentes nulla alia re magis facultates mariti ab vxore substrahi, quàm hoc luxu vestimentorum, vt dicit Io. de Plat. in d.l.j. & ij. C.de vestib.& bono iure ad simplex vestimentum res retenta est.Pro hac materia lectorem remitto ad Boër. in add.ad Dyn.in c.certum est. de reg.iur.lib.vj. ille enim & copiosissimè & grauiter rem increpat. Secunda, quia de iure eas auferre non licet. l.vxori.§.primo.& l.hæres.§.vxori.& l.cùm vxori. ff.de lega.iij. quod tamen intelligendum est,prout distinxit Bart.in l.pe.§.seruus.ff.sol.matri.

Cultuum luxuria.
Vxor vestimēta sibi donata non auferet.
Lex Oppia.

§. CCXLVI.

ET SIL est trouué quelle ayt sustrait ou recelé aucuns desdits biens communs entre elle & sondit mary, elle est tenue de payer la moitié desdits debtes, nonobstant ladite renonciation:& neantmoins sera tenue à restitution & dommages & interests. Et si dedens quarante iours elle nha fait ladite renonciation, elle est tenue & reputee personniere:sans ce quil soit besoing luy requerir en faire declaration, ny quelle layt declairé: nonobstant quil eust esté conuenu de faire ladite renonciation, dens plus long temps que lesdits quarante iours au contract de mariage ou autrement.

RENVNCIATIONIS beneficio excluditur vidua, quæ res omnes amouit: & tenetur ac si non renunciasset: arg.eorum quæ leguntur in l.fi.§.licentia. C.de iure delib. vbi hæres beneficio inuentarij excluditur, si hæreditaria quædam supprimat. item & Falcidiæ ius perdit. facit l.beneficio. ff.ad l.falcid.& l.si seruum.§.prætor.ff.de acq.hæred.& per Bart.in l.rescriptum.ff.de his quib.vt indig. Nec auditur,si facere non potest, cùm eius dolus ex furto pendeat,& iure his beneficijs,scilicet renunciationis & ne cõueniatur vltra quàm facere potest,creditorem non repellet:

Benef. iur. ne quis tene. nisi quat.fa. pot.dolo perditur.

repellet: nec & mariti hæredem.l.si mulier.§.fi.ff.rer.amot.& l.si rerum.ff.de re iudi. Furti autem pro rebus subtractis non agitur, sed singulare iudicium introductum est rerum amotarum, propter matrimonij faciem, & personarum reuerentiam. lex enim ciuilis matrimonium eo honore dignum putauit, vt turpem actionem ex eo proficisci, vt iniurium noluerit. l.j.& ij.ff.illo tit. Excluditur item eo beneficio, si intra hos dies statutarios non renunciauerit, vt in ij.parte statuti. Nam vbi tempus certum statutum est pro forma, id excedi non potest: nec & aliud etiam minimum ex his quæ consuetudo pro solennibus dedit. Paria enim sunt, non facere tempore præfinito, aut facere forma non expleta.l.si bonam.C.de administr.tuto.

Vxor rerum amotarũ nõ furti conuenitur.

Forma à statuto data seruanda.

§. CCXLVII.

LA PROPRIETE des biens dotaux retourne à la femme, ou à ses heritiers le mariage dissolu. Et en est ladite femme saisie & en possesion, ou ses heritiers sans autre apprehension de fait.

DOTIS causa vbique in iure præcipua est.l.j.ff.sol.matrimo. huius priuilegia ibidem enumerat Zas.post glossam & cæteros Doctores, sed apertius interea, aut alibi inter leges ciuiles auditum non est quod hoc statuto tam fauorabiliter doti concessum est. exactio autem olim fiebat annua, bima, trima die. hodie verò intra annum, si res mobiles sint aut se mouentes, aut incorporales: cæteris quæ soli sunt, illico restituendis. l.vna.§ exactio autem. C.de rei vxor.actio. Id enim habet verbum restituere, vt per manus possessoris, aut debitoris rem habituri simus.l.restituere. vtraque.& l.fi.& l.plus est. ff.de verb.significat. Quòd & si sæpius inuersa significatione dandi significationem habeat.l.verbum reddendi. ff.illo titu.tamen in confesso est, eum à quo petitur restitui, non ipsum petitorem posidere, siue in rem agatur.l.præterea.ff.de rei vendic.siue in personam.l.cùm fundus.in princip.ff.si cert. petat.siue in possesionem interdicto restitutorio.Instit.de interd.§.primo. Sed cùm graue visum sit restitutionem dotis circuitu litis differri, optima ratione priuilegium superadditum est, vt consuetudinis vi, vxor se asserat dotem posidere, sibiq; restituta fingatur. huius enim patrimonium est proprium: vt dicit text. in l.denique. §.sed vtrum.vers.ergo etiam filiafamil.ff.de minor. quod nouum priuilegium nemo cauillabitur, neque probabit sua interesse: lex enim ciuilis nihil dotem distulit, sed statim restitui voluit. quod exequi nullo alio aptiori compendio potest, quàm hac consuetudine, cuius priuilegio dotis causa indigna est. Nam si vel leuius reputemus, quibus incommodis vxor subijciatur, eaq; incommoda priuilegijs conferamus: illa grauiora nemo non asseret. omitto ea quæ hoc statutario pluribus §.§.inducta sunt. inseram verò versus Euripidis quibus Medea fortunam suam deplorat vxorum communi loco:

Dotis restitutio quamodo olim & hodie expleta est.

Restituere verbum.

Nihil miserius fœminis, terra, omnium
Quecunque viuunt, menteq; vigent, edidit.
Primùm necesse est, opibus immensis virum
Emere, suiq; accipere dominum corporis.
Accedit aliud huic malo grauius malum,

Vxorum miseria ex Euripide.

In quo periclum maximum, frugi vir, an
Nequam. mulieri repudium infame est. Neque
Sponsæ maritum ius recusandi est suum.
In iura moresq́; venientem opus est nouos
Planè ariolari: quippe quæ haud didicit domi
Quali marito seruiendum sibi foret.
Et ista rectè cuncta cùm curaueris,
Si degat vna sponte vir patiens iugi,
Beata vita est. sin secus, præstat mori.

Dos an sine matrimonio aut econtra possit subsistere.
Dotis constitutio omissa aut incerta.

AD DOTEM redeo. Nec erit alienum quædam inserere, quæ vxoris fauor induxit. licet enim dos sine matrimonio esse non possit. l.iij. ff.de iur.dotium. tamen id sine dote esse potest: auth.præterea. C.vnde vir & vxor.& glo.in c.nostrates.xxx. quæst.v.adeo, vt si matrimonium simpliciter contractum sit, nulla dotis facta mentione, maritus inde dotem constitui petens repelli debeat. vt dicit Bald. in l.nulla. C.de iur.dot. Quòd si vxor aut alius eius nomine certam summam promiserit: nec adiecerit dotis nomine se id facere, valet promisio, & dotis est constitutio. l.quod autem.ff.de iur.dot. Si verò tradita sit,nec expressum, qua causa id actum est, magis extra dotem, quàm nomine dotis tradita censeri debet. vt tenent plures per glo.primam, in l.mulier. ff.de iur.dot. quæ glo. cùm mihi magis videatur contraria, hanc opinionem probandam non puto. Quòd si dos generaliter promissa sit, sine huius præfinitione,valet constitutio:nonobstante incertitudine,quæ nihil inficit.tunc enim dotis quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti constituenda erit. l.cùm post diuortium.§.gener socero.ff.de iur.dot. Et licet prima facie videri posit reclamare text.in l.j. C.de dot.promiss. tamen Zasij intellectu ad l.primam. in octauo priuilegio. ff.solut.matrimo. res extra dubium posita est. Aut enim à patre id actum est: & tunc valet.d.§.gener socero. aut ab vxore, aut extraneo: & his casibus non valet: vt d.l.j.C.de dot.promiss. Si verò sine dote matrimonium actum est,maritus vxorem,si diues sit cogere potest ad dotem constituendam,vt commodius coniugales impensas subire posit: alioquin illam potest expellere. l.si. C.ad senatuscon. Velleia.Bal.id tenet in l.si.C.de sent.quæ sine certa quant.profer. Inopem verò vxorem non ita, quia sibi imputare debet, qui talem asciuit, eam enim cogetur alere. Quòd si expulerit, ea quartam partem bonorum mariti iudicis officio obtinere potest.vt est text.cum glo.in auth.quib.mod.natural.effici.legit.§.pe.not.Innoc.in c.per vestras. in fi.de donatio. inter virum & vxor. lex etenim ciuilis multum fauit vxori pauperi, aut indotatæ contra maritum locupletem. Si matrimonium,inquit,sit absq; dote,coniux autem præmoriens locuplex,superstes verò inopia laboret,succedet vnà cum liberis communibus,alteriúsve matrimonij in quartam,si tres vel pauciores sint; quòd si plures sint,in virilem portionem: vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet,si extiterint: his verò non extantibus,vel si nullos habuerit,potietur etiam dominio. Verba sunt præclara auth.præterea,suprà alleg. Audiui à Francisco Fournello viro docto & studioso qui Burgi auditorio mihi vicarias vices præstat, ea Tholosanæ curiæ temporariç Anicie his diebus Octobris,anno suprà sesquimillesimum quadragesimo octauo, arresto probata esse pro vidua exiguè dotata & inopi, contra hæredes cuiusdam notarij locupletis. idq; magis mihi cognitum est, viso postea arresti sumpto. Et ad id, notandum ego censeo: matrimonio solo consensu

Matrimoniũ quãdo prorsus sine dote est.
Vxor expulsa quartã bonorum viri consequitur.
Vxori paupe ri lex fauit.
Auth. praeterea,arresto probata.

inito ſine concubitu, talia non habere locum, ſed oportere præſenti conſenſu & concubitu ſequenti nuptum eſſe. nam licet nuptias conſenſus, non concubitus facit. l. nuptias. ff. de regul. iur. tamen Tholoſanus vſus, quo coniuges inuicem ſibi ſuccedunt, locum non habet, niſi in pleno matrimonio: vt & nec vſum auth. præterea habere puto. dixi infrà, §. ccxlix. in fi. Sed in eo matrimonio ratio ſuadet vt nec mors alterius coniugum ſocietatem tam enixo vinculo conſtrictam tam citò diſſoluat: vt nihil omnino reliquum ſit veteris commercij. Et cùm vltra coniunctionem ſemper indiuiduam id habeat, vt vſu promiſcuo & diuinarum & humanarum rerum participes ſint, iniquum eſſet vnius morte rem funditus euerti. vxorem enim bonorum mariti dominam eſſe ius ciuile voluit. l. j. ff. rer. amota. Item & fructus bonorum ſuorum inuicem conſumunt. l. fi. C. de pact. conuen. ſuper dot. Item & alter in pauperum vſus ad legitimum modum alterius bona erogare poteſt. vt dicit Bart. in d. l. j. ff. rer. amot. Ad ſtatutum redeo. Id enim de reſtitutione dotis pecuniariæ nihil cauit. Pecuniaria autem eſt, quæ mobilibus conſiſtit. l. pecuniæ. vtraque. ff. de re. & verb. ſignifica. Et ideo iuris communis erit ſequenda diſpoſitio, vt ſcilicet poſt annum repetenda ſit. d. §. exactio. vbi Accurſ. & Doct. dicunt, eo dilationis anno durante videri matrimonium adhuc durare, viduamq; pauperem ſi domi negotietur, vt ante matrimonij diſſolutionem negotiabatur, debere ali hæreditario ſumptu & fructibus dilatæ dotis: diuitem verò, & quæ aliunde ſe poteſt alere, non ali. l. extraneo. ff. de vent. in poſſeſſ. mittend. Quòd ſi in vtero habeat, illi alimenta deneganda non ſunt, nec ad rem pertinet, quòd bona, aut dotem in manu habet, quibus ſeipſa alere poteſt, quia videntur quæ ita præſtantur, ipſi præſtari qui in vtero eſt. verba ſunt iuriſcon. in l. curator ventris. ff. de vent. in poſſeſſ. mittend.

Tholoſa vſu coniuges ſibi ſuccedunt.

Societatis cōiugalis efficacia.

Dotis pecuniaria reſtitutio.

Vidua quamdiu differt dos quomodo alatur.

Vidua grauida omni caſu alenda eſt.

§. CCXLVIII.

SI DENIERS de mariage qui doiuent ſortir nature dheritage, ne ſont employez auant le treſpas du mary ou de la femme, ilz ſe prendront premierement ſur les meubles: & ſilz ne ſuffiſent, ſur les conqueſts: & ſi leſdits meubles & conqueſts ne ſuffiſent, ſur les propres heritages. Et par faulte de payement, ſommations & proteſtations preallablement faites par deuant Iuge competant, ſeront les heritiers tenus es dommages & intereſts.

CONTRA, ſi ex pecunia dotali fundus emptus eſt, is loco dotis ſuccedit, maximè ſi id vxoris conſenſu actum eſt. l. res quæ. ff. de iur. dot. aliàs autem pecunia peti poteſt. l. ex pecunia. C. de iure dot. & l. qui vas. §. fi. ff. de furt. Conſtante etenim matrimonio dotem permutari poſſe dicimus, ſi hoc mulieri vtile ſit, vt ex pecunia in rem, vt hic. & in l. ita conſtante. ff. de iur. dot. Hic autem inſertus eſt notabilis ordo dotem pecuniariam exigendi: vt ſcilicet primò, res mobiles & animalia aſſumantur, quarum pretium ſi ſuffecerit, bene eſt: ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi iubentur & diſtrahi, à quibus initium faciendum non eſt, vt dicit text. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vbi Accurſ. in glo. in verbo, animalia.

Dotem exigendi notabilis ordo.

non mobili

mobilia subordinat, vt scilicet ea assumantur inter cætera, quorum defectus debitori minus noceat: Et primò pecunia numerata huic negotio impenditur: quòd si nulla fuerit, ad alia mobilia deueniendum est. In summa, ea capi debent quæ patrimonium onerare magis impendio, quàm augere fructibus consueuerint. verba sunt Vlp. in l.j.§.mulier autem.ff. de vent.in possess.mittend. Quòd si hunc ordinem distulerit hæres, aut aliàs impedierit promptam solutionem, vsuras æstimationis, vsque ad tertiam partem centesimæ, ex bona fide introducendas præstare cogetur. verba sunt tex. in l.vna.§.exactio. versi.sinautem supersederit.C.de rei vxor.actio.& in l.fi.§.præterea.ibi, & si tota dos in auro sit.C.de iur.dot. Idem est si dotem maritus petat.d.l.vna. & alijs suprà alleg. & ita his diebus secundum hæc iura Stephanus Tronchæus ex electis regijs forensibus vnus, Bressiæ actuarius, & Reginæ secretarius contra soceri sui hæredem, iudicio meo obtinuit. cùm enim eius vxoris dos esset constitutione pecuniaria, solutione verò agraria, distulerat hæres, etiam agens, ne inter hos de agris conueniret. & ne mora eius coniugalia onera ferentem diutius eluderet, summam congruam singulis annis hæres tandiu pendere iussus est, quandiu duraret contentio: posseq; interim eos super principali contendere.

Tronchæus electus Forens.

§. CCXLIX.

DOVAIRE coustumier ou conuentionnel ha lieu & eschet apres le trespas du mary, le mariage fait par paroles de present. & est esteint & fini par le trespas de la femme.



VSVSFRVCTVS formam in omnibus refert ius id viduis concessum, cùm ius fruendi morte extinguatur, sicut & cætera alia, quæ personæ cohærent. verba sunt Vlp. in l.sicut in annos.§.fi.ff.quibus mod.vsusfru.amittat. dotalitium à quibusdam dicitur, ea forsan ratione, quòd pro modo dotis debeat assignari tam à marito quàm à consuetudine. vt in c.ex parte. Ibi, suggestum fuerat castrum illud ad eandem reginam, ratione dotalitij, pertinere, cùm nec ab initio nec durante matrimonio à viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. de for. compe. Glossator in c.plerunque. in verbo, dotalitium. de do.inter vir.& vxo. id si intellexit, lectori non satis expresit. Simile huic nostro statuto legitur apud Burgundos co.titu.§.v. vbi Chassanæus (homo alioqui suis temporibus probatæ autoritatis) tumidioribus certè paginis & fastu accuratiori quàm res exigebat, controuersiam facit: An, cùm præsenti consensu nuptum est, vir autem ante concubitum vita defungitur, vxori dotalitium id præstandum sit? nihil referam ex his quibus ille suam contentionem locupletauit: cùm ad rem parum faciant, & statuto nostro id apertè decisum sit, ibi, le mariage fait par paroles de present. quod & verum est etiam iure communi. Nuptias enim non concubitus sed consensus facit. l.nuptias.ff.de reg.iur. Et ad hæc satis est matrimonium verbis & consensu præsenti contractum & perfectum esse. l.ij.ff.rer.amot. tamen Benedict. in repetitione sua, verb. & vxo.not. Adelas. num.794. dicit Tholosanæ ciuitatis vsum, quo coniuges inuicem succedunt, in quibusdam non habere locum, cùm vxor cognita & in domum maritalem traducta non est. & in horum argumentum ego puto casum auth. preterea. C. vnd. vir & vxor.

Dotalitium quid sit.

Matrimoniũ de præsenti contractũ sine concubitu an plenũ sit.

non

non exequendum : nisi & consensu præsenti & concubitu matrimonium perfectum, & porro consummatum sit.

§. CCL.

LA FEMME est douee apres le trespas de son mary de la moitié de tous les heritages, que le mary ha le iour de son trespas, mouuans de son estoc, & autres, dont il est mort vestu & saisi: excepté des conquests, esquelz ladite femme ne prend aucun douaire : par ce quelle en ha la moitié. Et ha ledit douaire lieu, iasoit que par contract de mariage ne luy soit aucun douaire constitué, pour dicelle moitié iouir par le cours de sa vie par maniere de douaire seulement : sinon quen traitant le mariage fust conuenu de douaire prefix & conuentionnel : Auquel cas cesse ledit douaire coustumier. Et est saisie ladite femme & en possession dudit douaire, soit coustumier ou conuentionnel, apres le trespas de son mary. Et si le mary auoit plusieurs chasteaux ou maisons, lheritier aura & prendra le chastel ou maison, qui luy plaira, & la vefue lautre : sinon que autrement fust conuenu.

FRVSTRA legis cautio desideratur in eo, in quo nominatim homo sibi cauit. l. si mulier marito. §. j. C. de pact. conuent. & l. & habet. §. cùm quis. ff. de precar, & id maximè vbi de ijs negotijs agitur, quorum causa ad priuatos tantum pertinet. l. si quis in conscribendo. C. de pact. sibi enim imputet, qui contrahit, si non diligenter cauit, ne fieret eius conditio deterior : cùm id omne quod sua priuatim interest, in manu sibi sit. Nam tacitè videntur contrahentes consuetudini renunciare si aliàs de dotalitio inter eos conuenerit, & maximè huic nostræ consuetudini, quæ ius commune excedit. arg. l. si cùm dotem. §. j. ff. sol. matrimo. & l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. Benedict. in repetitione sua, verb. & vxor. no. Adelas. numer. 792. refert in pluribus regionibus obseruari, non sufficere hanc tacitam renunciationem : & viduam nihilominus optare posse, quod malit sequi, aut conuentionem, aut consuetudinem : necesse autem esse consuetudini specialiter renunciari. facit text. in §. si verò expresim. & ibi Ang. in authen. de hæredib. & falcid. Contra tenuit Bart. in l. si nondum. C. de furt. & in l. si quando. in princip. ff. de inoffic. testa. Nec tamen his prouincialibus opus erit, in contrahendo vt sint solliciti quomodo sibi caueant : cùm statuto talis optio sublata sit. Nec item vxori iuris communis dispositio erit timenda, quasi conuentum dotalitium legitimo esset maius multò, ad æquum erat referendum. auth, æqualitas. & l. bonis. C. de pact. conuent. tam super dot. & per Bald. in authen. dos data. C. de donat. ante nupt. facit l. ex annuo. ff. de donat. inter vir. & vxor. cùm quæcunq;, matrimonij fauore, in hac prouincia ferantur: vt suprà sæpe dictum est.

Prouisio hominis legem compescit.

Dotalitium an semp extingnat consuetudinarium.

§. CCLI.

DOVAIRE sur douaire nha point de lieu tant que le premier dure. Toutefois la femme ha recours & action pour estre recompensee dudit second douaire, contre les heritiers ou detenteurs des biens de ceux qui lont constitué.

Dotalitium duplex sup eadem re. SI DVARVM viduarum iura concurrere dicamus, res bene est: vt scilicet prior præferri debeat.l.qui generaliter.ff.qui potio.in pigno.hab.Si verò eidem debeatur dotalitium duplex in eandem rem, aut ab eodem marito constitutum: & tunc semel tantum debetur, siue quantitate, siue corpore consistat. nam sæpius constituendo,rem non videtur ampliare.l.si alij.§.rerum. ff.de vsuf.quòd si à duobus maritis successiuo tempore constitutum esset, vtrunque debetur: & vno iure rem, altero æstimationem consequetur vidua. l.planè. §.si duorum testamentis mihi eadem res legata est. ff.de legat.j. Ex quo inferendum, dotalitium ex causa lucratiua non quæri vxori: quia non ampliaretur si super rebus soli deberetur.l.Titia. in princip. ff.de leg.ij. Secus autem si in quantitate consistat. l.Lucius Titius.Glo. in d.§.sed si duorum.tenet,si res à primo obtenta sit,æstimationem à secundo ex eadem causa lucratiua obtineri non posse.nec & econtra.§.si res aliena.Instit.de legat. *Dotalitij cau sa lucratiua non est.*

RECOMPENSEE.

Dotalitij æstimatio quemodo fiat. CVM dotalitium, vt suprà diximus, §.ccxix.vsusfructus est, difficilior esset æstimatio eius quod interest viduæ id non consequi, si in summam sit conijciendum. quòd si in annos singulos: expeditißimum est.tamen vsusfructus vt cæterorum,summam æstimationem ius ciuile admisit, & etiam alimentorum. l.j.§.si vsusfructus. & l.si vsusfructus.ff.ad l.Falcid.vt à prima ætate vsque ad annum vicesimum,quantitas alimentorum triginta annorum computetur. eiusq; quantitatis æstimatio iusta est, ab annis xx.vsque ad xxv. viginti quinque annorum. ab annis autem xxv. vsque ad triginta annos, viginti annorum. Et sic deinceps augmento annorum ascendente, diminutio fit eorum quæ in computationem conferuntur. Et hæc eleganter & dilucidè scripta sunt in l.hæreditatum.in princip. ff.ad l.Falcid. Valent autem superiora ad plures casus. Apud nos secundum l.hac edictali.C.de secund.nupt.obseruatur,vt secundo nubens non posit in liberorum prioris matrimonij iniuriam, plus secundo viro, aut vir secundæ vxori donare aut aliàs relinquere & conferre titulo lucratiuo, quàm ei ex liberis susceptis, cui minus relictum erit. Quòd si vsusfructus delatus sit, fiet distractio secundum computationem superiorem. *Vsusfructus æstimatio legitima.*

§. CCLII.

LA FEMME est tenue dentretenir son douaire en lestat quelle le treuue. & aussi lentretenir de clostures, couuertures, huits, planchiers, fenestres, & autres menues reparations. Et le

proprietaire doit soustenir les fondemens, murs, poultres, chevrons, & autres choses, qui sont communement de plus longue duree que de la vie dun homme. Et sont les cheminees & non le contrefeu contez pour gros murs. Aussi est ladite douairiere tenue de payer les charges reelles que doiuent les choses sur lesquelles elle ha sondit douaire.

SI VIDERIT vxor ædificiorum defensionem sibi damnosam, potest vsumfructum relinquere, & tunc non erit cogenda ea reficere. l.cùm fructuarius. ff.de vsufruct.l.prætor.§.hoc edicto.ff.de damn.infect.& l.is cum quo.in fi. ff.de aq.plu.arc. Modò tamen culpa aut dolus absit: vt si ædes alijs rebus, aut soli aut incorporeis iunctæ sunt, vnum eo casu retinere,& aliud reijcere non potest. Item & si suo aut suorum facto deteriores factæ sint ædes.l.sed cùm fructuarius.ff.de vsuf. *Cõnexorum unum sine alio relinqui non potest.* Alioquin autem tam hoc statuto,quàm iure communi ad modicas refectiones tenebitur: atque ea sarta tecta,idest,tuta,incolumia, integra, & defensa seruet.l.hactenus. ff.illo titu. Et generaliter ea præstare debet, quæ in tutelam ædificiorum necessaria *Vsufructuarius ad quæ teneatur.* sunt.l.diuortio.§.fin.ff.soluto matrimo. Ea enim comprehendit Iurisconsultus cum his quæ fructuum quærendorum causa impenduntur: ex eo quod commodius inhabitetur. quæ vtilitas in fructu est: & ideo ad fructuarium pertinet: vt dicit glo.in verb.in tutelam.in d.§.fi.de vsufruct. Alia verò quæ hic exprimuntur & quæ vetustate collapsa sunt,proprietarium tenent:nisi culpa fructuariæ acciderint.d.§.fi. versi. planè.& l.Titius.& d.l.hactenus.eod.titu. Item & si quædam fiant ad perpetuam rei vtilitatem.l.fructus.ff.soluto matrimo. Vectigalia autem & tributa,cloacaria,viaria, militaria,census,mediocres functiones rei fruibili connexas ipsa fructuaria agnoscet. d.l.hactenus.& l.si pendentes.§.si quid cloacarum.illo titu.& l.quæro. ff.de vsufruct. legat. Militaria autem sunt quæ in transitum exercitus erogantur,quæ olim publico sumptu expediebantur.d.§.si quid cloacarum.hodie verò id aliquando fit,sed in necem populi: vocantq; vulgo Estappes. Notanter autem hoc statuto dicitur, charges *Militaria quæ dicant. Estappes.* reelles: quia si personales, sint aut ex obligatione personali descendant, etiam si rem afficiant,tamen proprietarium tenent.l.fi.in fi.ff.de contrahen.empt.

§. CCLIII.

ET PEVVENT lesdits proprietaires douairieres,& chacun d'eux faire visiter les choses immeubles tenues en douaire,par autorité de iustice, à la conseruation de leur droit, pour lentretenement ou deterioration diceluy.

RECTE autem, inquit Vlpia.facient & hæres & fructuarius, qualis res sit, *Visitatio ante vsumfructum cœptũ quatenus necessaria.* cùm frui incipit fructuarius, si in testatum redegerint, vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem fructuarius fecerit.l.j. §.rectè. ff.vsufruct. quemadmo.cau. Et talis forma vtrunque releuat: cùm si eiusmodi præsens cognitio

omittatur, probatio fiat difficilior multò, vt sciatur quo statu res erant, cùm cœptum est vti frui. l. non solum. §. j. & §. sed vt probari. ff. de oper. no. nuncia. Et quemadmodum iudex ad dirimendam cœptam litem loca debet adire, aut agrimensorem mittere, qui referat, quæ viderit. l. si irruptione. §. fi. & l. si quis super. ff. & C. fin. regund. & c. quia iudicante. cum glo. in verb. ad loca. de præscript. ita & requirentibus his quorum interest, ne litis occasio inter eos suboriatur, iudex ante litem rem oculis subijciet, prouidebitq; ne res dubitationem recipiat, ob præsentis status, alterius culpa, mutationem. idq; eius officio proprium est, non tantum litem dirimere, sed & litis causas intercidere. l. congruit. ff. de offic. Præsid. & l. æquissimum. in princ. ff. de vsufr.

Demonstratio loci iudicē instruit.

§. CCLIIII.

FEMME ne prend douaire sur la chose, sur laquelle son heritage ou dot est assigné: sinon que ladite chose excedast sadite dot: auquel cas elle prendra le surplus, pour & en deduction de son douaire.

Res sua nemini seruit.



TI FRVI, inquit Vlpianus esse is solus potest intendere, qui habet vsumfructum. Dominus autem fundi non potest. quia, qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius separatum non habet. nec enim potest ei suus fundus seruire. l. vti frui. ff. si vsufruct. pet. l. j. ff. quemad. seruit. amitt. l. iure communi. ff. de seruit. vrb. præd. & l. quicquid. commu. prædio. Vxor autem fundi eius, qui pro dote, aut eius restitutione ei assignatus est, dominium habet. Idq; naturaliter infert verbum, Assigno, quod idem est quod adiudico. id tenet Bal. in l. ordo. versic. quæritur vtrum per verbum assigno. C. de execut. rei iudic. allegat l. Lucius. ff. de euictio. & Innoc. in c. proposuit. de concessio. præbend. & idem Bald. in l. ij. C. commu. de legat. Ias. amplissimè in consil. 92. in princip. volum. j. vbi consuluit assignatariam vxorem dominam dici, & assignatione dotali dominium transferri. allegat Barto. in l. si constante. in princ. ff. soluto matrimo. & maximè, quia ea assignatione fit traditio ex causa habili ad dominij translationem. l. dotis fructus. §. fi. cum l. seq. ff. de iur. dot. Ergo & dominium transfertur. l. traditionibus. C. de pact. idq; maximè cùm fructus suos faciat rei assignatæ. pignoratæ autem non facit: vt per Ias. eodem consil. Igitur cùm dotalitium sit vsusfructus, & sic seruitus: assignale verò, sit titulus proprietatis, licet reuocabilis, quando volet hæres: fieri non potest, vt vxori ea simul cumulentur in eadem re, cùm sibi non conueniant. & pro his est elegans text. in l. cùm in fundo. ff. de iur. dot. igitur si antiqui patrimonij fundus assignatus vxori sit, cuius pars vsusfructus, dotalitij iure, ad eum pertinere poterat consuetudine: hæres non tenetur ad æstimationem hoc statuto.

Assignataria domina est: & assigno verbū, infert dominium.

Vxor eiusdē res assignataria & fructuaria esse non potest.

§. CCLV.

DOVAIRE dune somme de deniers pour vne fois promis à vne femme, en son contract de mariage, demeure à ladite femme,

me, ſans reſtitution es heritiers du mary, apres le treſpas de ladite femme.

AVGETE dotem, & libenter tribuam quod petieritis : tantum date mihi Dinan puellam hanc vxorem. Geneſ.XXXIIII. non huiuſmodi pecuniarium dotalitium magis augmentum dotis eſt. non tamen impropriè dotalitium dicitur, quaſi dotis additamentum. In prouincijs his quæ iure ſcripto reguntur, ita vtimur : vt & ſi nihil nominatim de eo pactum ſit, tamen tertiam dotis pecuniariæ, iure defuncto, auferat vxor pro dotis augmento & dotalitio. quæ quidem tertia ſumitur ratione eius, quod ex dote ſolutum eſt. §. illud quoque. in authen. de non eligi. ſecun. nub. & in authen. ſed quæ nihil. C. de pact. ſuper dot. & prop. nup. Clarè decidit Guido Pap. quæſt. cclxxiiij. Secus tamen eſſet, ſi illud augmentum nubendo conuentum erit, quia conuentio ſequenda eſſet, etiam ſi nihil omnino ſolutum ſit. l. j. §. ſi conuenerit. ff depo. aliàs debetur pro modo ſolutæ dotis. auth. dos data. C. de donat. propter nup. vide quæ diximus ſuprà, §. ccxlix.

Dotis augmentum.

Dotalitiū pecuniariū nō cōuentū quomodo ſoluat.

§. CCLVI.

EN CONTRACT de mariage, auquel ny ha conuention de douaire prefix, ſi le mary ne laiſſe aucun propre heritage par ſon treſpas, la femme aura en vſufruit la moitié des meubles, & conqueſts, aduenans aux heritiers du treſpaſsé, qui eſt le quart du total, deducto ære alieno, en payant les charges deües à cauſe dudit conqueſt pour ladite portion.

LA MOITIE DES MEVBLES.

CONSTITVITVR, inquit Caius, vſusfructus non tantum in fundo & ædibus, verumetiam in ſeruis, iumentis, & cæteris rebus : exceptis his, quæ vſu conſumuntur: nam hæres neque naturali ratione, neq; ciuili recipiuut vſumfructum : vt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta : quibus proxima eſt pecunia, quæ ipſo vſu aſsidua permutatione extinguitur. Tamen vtilitatis cauſa ſenatus cenſuit, poſſe, etiam rerum quaſi vſumfructum conſtitui : ſic tamen vt eo nomine hæredi vtiliter caueatur. l. omnium. §. conſtituitur. l. ſed & ſi quid inædificauerit. §. & ſi veſtimentorum. l. numiſmatum. & l. ſtatuæ. ff. de vſufr. & §. conſtituitur. Inſtitu. eo. titul. nec enim attenditur, an fructum pariant, ſed an ſint res naturaliter fruibiles. d. l. ſtatuæ. in fine.

Vſusfructus quibus conſiſtat.

§. CCLVII.

SI LE douaire eſt aſsigné ſur le chaſtel ou maiſon ou autre lieu noble, ou il y ayt fief : le proprietaire receura les hommages à cauſe des choſes tenues en fief. Et ſi le douaire eſt aſsigné & con-

ſtitué ſur & de deuoirs,droits de tailles,& bourdelages: & aucuns des heritages,ſur leſquelz leſdits deuoirs ſont deuz, ſont commis, ceſt au proufit dudit proprietaire:mais la douairiere en doit iouir & prendre les fruits.

Vaſalli ſacramẽtũ quis recipiat an proprietari' an uſufructuarius.

PAVL. Caſtren.in l.vſufructu omnium bonorum. ff.de vſufruct.tenet, quòd Vaſallus debet autoramentum inire proprietario, non autem fructuario. Item & magiſtratuum inſtitutiones per illum expediri debent. Quod autem ad cætera pertinet, inter noſtros Doctores non ſatis conuenit: ſed de his poſtea viſuri ſumus, ſi prius id, quod homagium dicimus, diſcuſſerimus. Ex eo enim licet præſens vtilitas nulla reſultet,tamen ratione obſequij & debiti honoris, quædam poteſt contingere. l.ſi infantis. ff.de vſufr. Item facit, quòd plura ſint, in quibus magis impendamus, quàm fruamur: quorum tamen vſusfructus relinqui poteſt. l.ſtatuæ. in fi.illo tit. Item & ea fidei præſtatione quodammodo delectamur: eaq; delectatio & animi recreatio in fructu eſt: vt Zaſ.colligit,in l.numiſmatum.illo tit. A dotalitio autem forte talia detracta ſunt, quod mulieri non conueniant, nec à iure conceduntur.l.fi.in verb.ſed & vſusfructus dationem.C.de reb.alie.non alie. vbi alienatione prohibita,& vſusfructus conſtitutio prohibetur. Et ideo dicit Iaſ.conſ.89.num.3. volum.j. quòd rei feudalis vſusfructus vxori relinqui non poteſt. vide cætera infrà glo.ſeq.

Vſusfructus etiam in ſola delectatione.

Mulier autoramentorũ incapax.

SONT COMMIS.

Obuentiones feudales cuius ſint, proprietarij aut fructuarij.

OBVENTIONES dicuntur, quas fructus nomine includi,dubium fuit,vt dicit Zaſ.in ſumma tit.de vſufr. & has quidem fructuarij eſſe ius commune voluit:etiam ſi rem ipſam æſtimatione excedant.text.eſt expreſſus in l.vſufructu legato.ff.illo titu. Vnde etiam, inquit Vlpia. mitti cum in poſſeſsionem vicinarum ædium damni infecti cauſa placuit,iure dominij poſſeſſurum eas ædes, ſi perſeueretur non caueri, nec quicquam amittere finito vſufructu.facit l.item ſi fundi. §.ij.illo tit. & id Bart.tenet, in l.fi. ff.ſolu.matrimo. & Bald.conſil.x.lib.v.Oldral. in conſil.24. hanc opinionem dedit: Iura ſcilicet feudalia,& obuentiones, vt ſunt laudemia, item & ea,quæ vaſalli contumacia quæruntur, proprietario quæri:tamen fructuarium his vti tandiu,quandiu durabit vſusfructus: eo autem finito, omnia proprietatio reſtitui oportere. Alij contra tenuerunt,ad fructuarium has obuentiones & confiſcationes quaſcunque pertinere: nec eius hæredes vſufructu finito reſtituturos. per d.l.vſufructu legato. inter quos eſt Zaſ.Alios enumerat Benedict.in repetitione ſua,in verb.cætera bona. nu.33. & ſeq. Tholoſæ curia parlamentaris arreſto ſuo,ſuperiora omnia dilucidè reſoluit. Sacramenta enim vaſallorum & Conſulum, item magiſtratuum & officiariorum inſtitutiones vtrique ſimul adiudicauit proprietario & fructuario: feudorum verò obuenientium ex contumacia proprietatem dedit proprietario: vſumfructum fructuario: reſtituturo tamen cùm deſierit vti frui.vt retulit Bened.d.num.33.

§. CCLVIII.

LA FEMME apres le deces de ſon mary, neſt tenue de diuiſer la

uiser la maison & heritage de son mary, auquel elle auroit par douaire coustumier ou conuentionel la moitié iusques à quarante iours apres. Et si ladite maison ne se pouuoit conuenablement diuiser, elle demeurera à lheritier, en recompensant premierement la vefue dune autre maison & demeurance.

Vidua lugẽs non debet occupari negotijs.

CONIICERE certò non possum, quæ causa fuerit per hos dies differendi: nisi quòd impium visum est, vxorem viro deperdito, his statim negotijs tam abruptè occupari:sed debere magis abduci:& ideo rem differri quoad luctu illa defungatur. nihil enim prouidum satis & consultum cum ea fieri potest, si adhuc in primis lachrymis sit: quarum naturaliter id genus adeo fœcundum est, vt vbertim & promptissimè defluant,quotiens lubuerit. Ea autem inter cæteras, lex in luctu olim obseruata est, vt omnia tranquillè & cum silentio domi composita sint: nec vllis negotijs publicis aut priuatis lugens debeat occupari:vt ait Plutarch.in consolatoria ad vxorem.Liu.lib.v.decad.iiij.Antiochum regem refert,filij morte audita, luxisse plures dies,clausis regiæ ostijs,& omnibus negotijs intermissis.Aegyptiorum, Syrorum & Lydorum more, hi qui lugent,antris & scrobibus immorantur aliquot dies,nec solis lucé cernere fas est,qua qui decessit priuatus est. Vnde illud tragicum:

Lugentis solitudo.

Egressa sum nostrorum nutrix liberorum
Lugubribus relictis foueis.

IACOB Genes. XXVII. audita morte filij Ioseph indutus est cilicio, lugens filium multo tempore, & noluit interpellari. Item & Dauid filium suum Annonem II. Reg. XIII. Et hac ratione vidua luctuosa,cùm domum egreditur,faciem velare debet: & à comessationibus & commercio hominum, quoad eius fieri poterit, abstinere.statutum autem fauore vxoris ita distulit,ne inconsulto tractatu,ob mœrorem recentem eius negotia expediantur.Et ideo potest non expectatis his diebus,rem si velit promptius exequi, & huic fauori suo non insistere. l.si quis in conscribendo. C.de pact.fieri enim potest,vt vxor non adeo muliebri sit animo,vt hunc suum mœrorem non possit continere,breuioriq; tempore finire:& sic suorum negotiorum satagere.Aesopus olim finxit Luctum quendam deum esse:eumq;,cùm Iupiter dijs honores distribueret,petijsse,recepisseq; i hac tamen lege,vt liberè eo vterentur qui vellent, nec vterentur qui nolent. Ideo licet vxor mortem mariti non suspendiosi aut hostis publici lugere debeat.l.vxores. & l.liberorum.ff.de ijs qui notan.infa.tamen si non luxerit,infamis ex eo non fit.l.parentes.illo tit. Sed naturalis pietas & coniugalis fides suadent vt à luctu non abstineat vxor: quam tam celerrimè viri immemorem fieri indecorum & inhumanum est:Idq; omni tempore receptum est. Quòd si aliquando intermissum fuit, vt certè fuit Licurgi temporibus,qui lege sua luctus omnes defunctorum substulit:præterquam eorum,qui in bello occidissent:vnde illud Ennij:

Luct' Deus.

Vxor nõ debet abstinere à luctu.

Nemo me lachyrmis decoret, nec funera fletu.

TAMEN hac lege abrogata,ad pristinos mores reditum est. Plato lib.xij. de Legibus, ait turpe esse, si legislator cogat viduam mortem mariti decorare,aut omnino non lugere: tamen prohibendum censet plangere & extra domum vociferari, item & cadauera eiulatu efferre,aut ante diem extra vrbem se affligere.Et licet luctuosum tempus annale sit. l.ij.C.de nupt.exemplo Iunij Bruti, qui cùm Lucretiæ stupri vltor fuisset,

Platonis lex luctuosa.

Luctus olim annalis.

fuiſſet, & inde Conſul creatus in bello cecidiſſet, à Romanis matronis vt pudicitiæ defenſor per annum luctus eſt: idq; publico edicto, ſollicitante P. Valerio collega: quem poſtea ſimili luctu deploratum ſcribit Eutropius. tamen acerbitas doloris quadraginta diebus hoc ſtatuto præſtitutis abſoluitur: hisq; lapſis, ferè ſolet in totum elugeri: idq; tempus vulgo, La quarantaine, dicimus: apud quoſdam, La trentaine, vt triginta diebus expeditum. Poſt acceptam cladem illam inſignem, quæ apud Cannas ſecundo bello Punico Romanos penè confecit, nulla matrona Romæ expers luctus fuit, hunc tamen triginta diebus præſcripſit Senatus, nec vltra progredi paſſus eſt: vt refert Liuius lib. ij. decad. iij.

Luctus cladis Cannẽſis.

§. CCLIX.

QVAND par pere ou mere, ou les aſcendans en ligne directe eſt aſsigné douaire prefix à la femme de leur filz, & ledit filz ou filz du filz predecede le conſtituant, ledit douaire prefix ſe prend ſur les biens dudit predecedé, tant quilz ſe pourront eſtendre: & le ſurplus ſur les biens de celuy qui laura conſtitué.

Pater celãs filij extimũ tenetur.

DOLO enim res agi dicitur, ſi pater plus in dotalitio conueniat, quàm extimum filij ſit. & ea ratione iure communi ſi filio familias dos pro ſponſa data ſit, patre contrahente, doloq; filij ſordes reticente, mulier capi non debet. Et ideo non tantum de peculio, ſed & inſolidum pater tenebitur. l. in bonæ fidei. in princ. ff. de pecul. & l. ſed mihi videtur. §. ſed ſi ancillæ. ff. commod.

§. CCLX.

SI DOVAIRE appartenant à la femme eſt aſsigné ou ſe doit prendre ſur pluſieurs choſes, elle neſt tenue de prendre la moitié en chacune dicelles: mais ledit douaire ſe prendra ſur vne piece entiere: & ſi elle neſtoit ſuffiſante, de prochain en prochain.

IVDICEM, inquit Vlp. in prædijs diuidendis, quod omnibus vtiliſsimum eſt, exequi conuenit. l. iudicem. ff. comm. diuid. vtrique autem maximè vtile eſt, rem in vniuerſum non autem minutatim diuidi. Et cùm communi diuidundo iudicio agitur, vniuerſæ res æſtimari debent, non ſingularum rerum partes. l. Mæuius. §. fi. ff. famil. erciſc. quia vt ibidem dicit Accurſ. in glo. fi. maior fit æſtimatio partis, re tota ſimul æſtimata, quàm ſi per ſe pars illa ſeparata æſtimaretur. facit text. in l. j §. j. C. comm. diuid. In ſumma igitur, diuiſio fieri debet, prout commodius fieri poterit, ſine cuiuſquam iniuria. l. j. §. quòd ſi diuiſio. ff. comm. diuid.

Aeſtimatio totius cõmodior eſt quã partium.

§. CCLXI.

SI LE mary ha la proprieté dune choſe, & vn autre y ha

luſufruit:

lusufruit:la femme de celuy qui y auoit la proprieté y aura douaire quand lusufruit sera consolidé auec la proprieté, nonobstant que ce soit apres la mort de son mary.

CASVS est l.si dominus nudæ proprietatis.ff.de vsufr.vbi ex Neratij sententia necesse fuit proprietati vsumfructum accedere ante mortem proprietarij ante aditam eius hæreditatem. Tamen Vlpianus probat Martiani sententiam statuto huic conformem. ibi, nonobstant que ce soit.vide not.in l.cùm in fundo.ff.de iur.dot.& in l.si socrus tua.C.illo tit.

§. CCLXII.

LA DOVAIRIERE peult en appellant lheritier,ou en son default ou absence, par autorité de iustice ordinaire prendre du bois de haulte fustaie, ou elle est douee, pour reparer les maisons & choses necessaires en sondit douaire.

LABEO ait,fructuarium materiam succidere posse ad villæ refectionem.l.arboribus.in princip.ff.de vsufruct.& is est verus intellectus l.ex sylua.& l.sed si grandes arbores.illo tit. quas neque Azo neque Accurs.intellexerunt. potest enim sylua cædua fructuarius liberè vti, tam ramis quàm pedamentis, & aliter vt volet, salua rerum substantia. Non cædua verò, non ita pedamentis vtetur, sed tantum ad vineas sustinendas: quod ad omnem necessitatem referas,opinione Zasij. proprietarij enim iuri non cædua subijcitur: Edicto Franc.reg.per HENR. renouato, ea pedamenta ex quercinæis arboribus aut chamadreis ad vsum vinearum prohibita sunt.

Sylua quatenus frui liceat.

Pedamenta vinearũ quã nõ liceat habere.

§. CCLXIII.

LA FEMME prend son douaire en lestat quelle le treuue apres le trespas de son mary,soit garni de fruits ou non.Et aussi le laisse à lheritier de son mary en lestat quil est à lheure de son trespas,sans rien recompenser, tant dune part que dautre, des impenses & labeurs faits pour les fruits dudit douaire. Et sil y auoit deterioration, lheritier dudit constituant ha action contre lheritier de ladite douairiere pour en estre recompensé.

SI PENDENTES, inquit Vlpia.fructus iam maturos reliquerit testator, fructuarius eos feret, si die legati cedente adhuc pendentes deprehenderit. l.si pendentes. in princi.ff.de vsufruct.Azo & Accurs.id verbum pendentes non intellexerunt, cùm putent de pomis & cæteris pendentibus intelligi, non etiam de segete. sed pendentes omnes sunt,quæ in fundo stant, & à solo separati non sunt:

Fructuarius quando incipiat uti frui.

Pendentes fructus qui sint.

etiam si omnino terra condantur. Zas. ibidem interpretatur, stantes in fundo. Cùm verò vxor vita defungetur, eodem iure est vtendum per proprietarios, quo illa, cedente die vsufructus, vsa est respectu fructuum. l.defuncta fructuaria. illo titul. & l.si vsufructuarius.ff.quib.mod.vsufru.amitt.diuerso iure vtimur in dotis fructibus, matrimonio soluto, quos secundum matrimonij tempora diuidi ac distribui oportet. l.diuortio. l.de diuisione. & l.si ante nuptias. & l.fructus. ff.sol.matr.cum ibi diffusè notatis per Bart.Paul.de Castr.& cæteros Doctor.

§. CCLXIIII.

DOVAIRIERE qui vend ou aliene aucune chose dudit douaire à perpetuité, qui couppe ou abbat les arbres frutiers, ou marmaux, & les gros bois qui ne le furent puis trente ans, doit perdre son douaire en la chose en laquelle elle ha mal versé par la maniere deuant dite: & oultre est tenue de lempirement ou deterioration.



VRARE debet vxor fructuaria, vt earum rerum, quibus iure dotalitij vti frui debet, salua substantia mariti hæredibus supersit. quod non efficiet, si alienet, aut diruat. l.j.ff.de vsufr. Arbores autem aut cæduæ sunt, aut non cæduæ. Cæduæ ad hoc destinatæ sunt, vt excidantur: quas Plinius vocat congerminantes.& ex his surculi aut germina colliguntur, pedamentaq; ad vites sustinendas. quo in genere sunt salicta, arundineta, populi, & id genus alia.& sunt in fructu. l.ex sylua. ff.de vsuf.& l.diuortio.§.si fundum. ff.sol.matr. Non cæduæ autem sunt grandiores & fructiferæ, aut cremiales, idest non fructiferæ, sed ad comburendum aptæ. Et has excidere fructuaria non debet, cùm ex eo deterior fundus fiat. l.sed si grandes. ff.de vsufr. quòd si exciderit, in id quod hæredum interest tenebitur: vt & maritus respectu syluæ dotalis.d.§.si fundum. Si tamen vetustas aut demortuas exciderit, recentesq; & idoneas in earum locum substituerit, non tenebitur: quia id licet fructuario. l.agri.& l.ex fundi. §.fi.de vsufruct. Quòd si vi tempestatis euulsæ sunt, ad fructuariam eatenus pertinent, vt his vti possit ad ædificandum, aut comburendum, aut alios vsus sibi aut rei fruibili necessarios. non tamen potest vendere, aut donare. l.arboribus.illo tit. Maritus autem non ita liberè dotali sylua vti potest: quia omni casu vendere potest & pretium reseruare vxori, quod doti accedit.d.§.si fundum. & ita compendiosè declarat Zas.

Sylua cædua quomodo uti frui liceat.

Sylua non cædua quatenus fruendum.

Arboris dotalis pretiũ doti accedit.

§. CCLXV.

SI PERSONNES marient leurs enfans les vns auec les autres: les enfans ainsi mariez, que lon appelle par eschange, ont droit tant en meubles, heritages, que conquests, telz que auroient ceux au lieu desquelz ilz sont subrogez: & en demeurent saisis

& vestus:

& veſtus : & ſuccedent es pere, mere & aſcendans en directe ligne : appellez & conſentans audit mariage ceux eſquelz ilz ſont ſubrogez : comme ſilz eſtoient enfans naturelz & legitimes. Et ſont au moyen dudit eſchange cenſez & reputez deſlors eſtre appanez : ſans preiudice des droits des Seigneurs pour les taillables, mortaillables & bourdelages. Mais par tel eſchange ou appanage, neſt le maſle forclos dautre ſucceſsion que de pere, & mere & aſcendans : & la fille dautre ſucceſsion que de pere, mere & aſcendans frere & ſœur, & autres ſucceſsions collaterales eſtans dens les termes de repreſentation:tant quil y ayt hoir maſle ou deſcendant de maſle : ſil ny ha conuention contraire. Et ha lieu ladite couſtume ſeulement entre non nobles.

HOS ITA mutuo ſubrogatos, ad inſtar arrogatorum, ſubrogationi conſentire æquum eſt. vt in text. l.in adoptionibus. cum l.l.ſeq. ff.de adopt.quod cùm ita actum erit, ſuccedit regula, ſubrogatum habere naturam eius in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio. & l.j.§.ſi quis ſub conditione.ff.vt legato.no.caue.& §.fuerat. Inſtitu.de actio.quæ maximè locum habent,cùm immutatio facta eſt per viam ſubrogationis ex hominum conuentione. vt not.Io.Fab. in §.fuerat. in fine.de actio. hac enim ſubrogatione ſtatutaria, is qui per me arrogatur familiæ meæ agnaſcitur, iſq; qui ex familia mea ſunt. l.qui adoptionem.ff.de adopt.& mihi oneri eſt.l.onera.illo tit.quod idem hic ſtatutum eſt. *Matrimonia facta per cõpenſationẽ. Subrogatũ ſapit naturã eius, &c.*

§. CCLXVI.

SI PAR delict eſcheoit confiſcation, ſoit de biens du mary ou de la femme : ladite confiſcation nha lieu que pour la portion des biens du delinquant:& ne perd la femme par la confiſcation de ſon mary ſon douaire, ny ſon droit de communauté, & autres à elle appartenans ſur les biens de ſon mary : nec econtra, ny pareillement les creanciers leurs debtes.

SI MARITO, inquit Iulianus, publico iudicio damnato, pars aliqua bonorum eius publicetur, fiſcus creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet : inter quos vxor quoque eſt.l.ſi marito. in princip. ff.ſoluto matrimo. ſimile ſtatutum legitur apud Burgundos, tit.des confiſcat. vbi Chaſſ.quædam notat, quæ non attingo, ne eius ſcrinia ſuffurari videar. Noto vltra eum text.in l.prima. C.ad legem Iul.de vi publ. *Fiſcus dãnati creditoribus tenetur.*

DES COMMVNAVTEZ.

TITVLVS XXII.

§. CCLXVII.

COMMVNAVTEZ de biens ne ſe contractent taiſiblement entre perſonnes demeurans enſemble par quelque temps que ce ſoit: ſil ny ha conuention expreſſe de ſocieté faite entre eux, fors & excepté entre deux freres: auquel cas, eſt requis quilz ſoient aagez de vingt ans pour le moins, quilz ſoient hors de puiſſance paternelle, demeurance dan & iour, & quilz ayent fait entre eux durant le temps mention des biens. auquel cas leſdits freres taiſiblement ont contracté entre eux ſocieté & communauté de biens. Et en icelle ſont comprins tous les meubles precedens & ſubſequens ladite communauté, & les conqueſts faits durant ladite communauté, & iuſques à la diſſolution dicelle.

Societas niſi ſpecialiter facta non præſumitur.



OCIA cohabitatio, ſocietatem nihil arguit iure communi, etiam inter fratres inter ſe hæreditatem indiuiſam tenentes. l. ex parte. §. fi. ff. famil. erciſc. l. licet. C. de decurionibus. lib. x. l. cùm duobus. §. fratres. & expreſsius in l. ſi fratres parentum indiuiſas hæreditates. in prin. ff. pro ſoc. accedit & regula notior. l. non hoc. C. vnde legit. & l. neque natales. C. de probatio. & c. recepimus. de priuileg. ex eo quòd hæc fraterna cohabitatio exerceri citra ius & nomen ſociale poteſt. Igitur oportet nominatim & ſpecialiter id geri expreſſo contractu. Initio igitur ſtatutum hoc iuri communi arriſit: ſed exceptionis caſum dat maximè contrarium: vt fratres per annum ſimul habitantes tacitè ſocij fiant. & contra id, eſt caſus. l. ſi fratres. ſuprà alleg. verum eſt iure eo communi; quòd ſi ij, qui ſocijs hæredes extiterunt, animum inierunt ſocietatis in ea hæreditate nouo conſenſu, & longo tempore patrum more vixerint, ſocietatem renouaſſe videntur ſi maiores ſint. tex. eſt formalis in l. planè ſi ij. ff. pro ſoc. & in l. ſi pupillus. §. in ſocietate. ff. de acquiren. vel omit. hæred. ita conſuluit Iaſ. in conſil. 2. volu. iij. qui tamen has duas leges non alleg. licet nuncupatim ad id ſcriptas. Bal. in conſil. 19. j. part. & in l. cùm oportet. in princ. 2. col. C. de bo. quæ lib. notat facillimè conijci ſocietatem tacitè contractam inter fratres ſociorum defunctorum hæredes. nihil enim nouum geri inter eos. ſed continuari quod gerebatur dicendum eſt. Et licet ſocietas ad hæredes non continuetur. l. adeo. in princ. & l. nemo poteſt. & l. actione. §. morte. ff. pro ſoc. tamen ſi quinque accedant continuari dicetur. Primò, ſi ſciant hæredes inter patres defunctos ſocietatem fuiſſe, quia ſi ignorent, neque renouaſſe neque continuare videri poſſunt. l. in eo. §. fi. ff. de rit. nupt. & l. debitorem. C. de pignorib. & ea ſine conſenſu ſaltem tacito fieri non poteſt. d. l. planè. ibi, nouo conſenſu. qui nec in ignorante, nec

Societas repetita inter eos qui ſocijs ſuccedunt.

in errante

in errante præsumendus vnquam fuit.l.si per errorem.ff.de iurisdict.omn.iudic. Secundò, oportet eos qui societatem morte dissolutam continuant, maiores esse: alioqui nihil actum erit: quia si societas alienationis speciem habet, at certè habet, minor neque tacitè neque expressè hanc inire potest.l.vt in conductionibus. ibi,& ideo societate.ff.pro soc. Tertiò, successores hos oportet inuicem & simul habitare, quia separata habitatio animum societati contrarium infert: & hac separatione etiam societati expressæ specialiterq; contractæ satis videretur esse renunciatum. l.itaq; cum separatim.illo titu. Igitur multò magis impediet, si dissoluat. Quartò, necesse est eos negotia sua promiscuè agere, bona communicare, & communibus expensis onera exequi, sine rationum contentione, & cum frequenti bonorum communium inter eos mentione, vt dicit Bald.in l.si patronus.C.commu.vtriusq.iud. & in l.mandatum. C.mandat. Quintò, diu & longo tempore, id est, decem annos ita vixisse sine dissociatione conuenit, vt notat Bald.in consil.452.parte iij incip.duo fratres diu steterunt simul.& Ias.consil.3.volu.iij.ibi, sed præmissis non obstantibus. Quæ superiora si concurrant, dubium non est iure communi, societatem interruptam repetitam & renouatam videri cum iisdem qualitatibus quibus erat à defunctis exercita. l.item quæritur. §.qui impleto.ff.loca.& l.legem.C.eod.tit.l.in rebus.§.fi.ff.commoda. & maximè cum huiusmodi viuendi ratio etiam quæ nullam priorem habuit societatem, reddat quodammodo nouam societatem inter fratres ea communi voluntate viuentes. l.Procula.ff.de probatio.& l.si seruus.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.quæ dotis.ff.solu.matrimo.facit in arg.l.j.in fi.cum l.seq.de his qui deiecer.vel effud.ff.& c.j.de benef.frat. ideo viderit lector ex superioribus quantum à iure differat hoc statutum.

Minor nõ potest associare

Sociales actiones.

§. CCLXVIII.

LE CHEF & gouuerneur dune communauté peult durant icelle conuenir & estre conuenu en toutes actions personnelles & possessoires pour le fait de ladite communauté, sans procuration de ses autres communs.

ID INDVCTVM est ad instar actoris vniuersitatis, aut œconomi: vt in priuatis & familiaribus negotijs secundum locorum consuetudinem omnia per vnum expediantur: vt dicit tex.in l.item eorum. §.sed si ita decreuerint. in fi.ff.quod cuiusq.vniuers. Videturq; esse vtile tam his pro quibus agitur per eum, quàm aduersarijs: & maximè, cùm hoc statuto, si solus agat, & solus defendere compellatur.d.l.item.§.actor.tamen hic tria mihi videntur esse notanda. Primum, quòd cùm citatione fiat litigator litis consors, siue agat, siue contra eum agatur, ante contestationem vnus non potest pro cæteris, qui vocati sunt, comparere, agere, aut defendere, sed singulos, vt vocati sunt, adesse oportet: eum verò, qui societati præest, pro seipso tantum admitti.l.j.C.de consortib.eiusd.lit. Oportet igitur hunc societatis actorem aut solum vocatum esse, aut solum prouocasse: alioqui, cùm hæc personalia sint, pro cæteris non est admittendus. Secundùm, in tex.ibi, pour le fait de ladite communauté, notandùm, quòd si de singulorum facto personali quæratur, non recipiendum societatis actorem, eumq; tantum posse societatem defendere, non singulos socios: vt

Societatis actor pro soc. conuenit & cõuenit, sed pro vocatis nõ auditur.

Litis consortes personaliter agãt aut defendant.

Societatis actor, societatem non factum singulorum defendet.

expreſsè dicit text. in l.ſi municeps. §.j. & §.ſed quod debet. ff.quod cuiuſ.vniuerſ. Eaq; poſteriora iudicio curiæ Pariſienſ. temporariæ Molinis vidi declarata litigante Montolonio Regio aduocato,in cauſa in qua pater pro filio admitti petebat,die xiij. Octobris horis antemeridianis, anno 1534. Poſtremum eſt, quòd, cùm ſtatutum tantum perſonales & poſſeſſorias lites exprimat, reales ad ius commune reuocauit. l.commodiſsimè. ff.de liber.& poſthu.igitur cùm in rem agitur, quemlibet ex ſocijs per ſeipſum agere aut defendere oportet,non autem per ſocietatis actorem.idq; forte ea cauſa,quòd ſeparatim ſingulis ſocijs patrimoniales res liceat habere.hac conſuetudine: quarum cauſa ad ſocietatem nihil attinet,ſed ſingulorum eſt: ſuum ius itaque ipſi debent defendere,non actor.d.l.ſi municeps.§.j.& d.§.quod debet.De mixtis autem actionibus id mihi dicendum videtur, vt licet ſub ſimplicium mentione comprehendantur, tamen id tantum verum eſt,cùm ſimplicia omnia expreſſa ſunt, non autem ſi horum alterum omiſſum ſit, igitur hic mixtas actiones non contineri: per notata per Fab.& Iaſ.in §.omnium.Inſtit.de actio.

§. CCLXIX.

CONQVESTS & debtes perſonnelz actiuè & paſsiuè ſe partent entre communs comme les biens meubles: & ſont reputez de meſmes nature que de meuble: ſil ny ha conuention au contraire.

Nomen quādo mobile et quando immobile.

DISTINGVENDVM aliter fuit,prout fert natura illius quod debetur: vt ſi res ſoli ſit,ſit debitum immobile: ſi verò mobile debeatur,ſit actio mobilis. Et aliàs per quoſdam ſelecta quædam tertia bonorum ſpecies.vt per Accur. & Bart.in l.j.C.ſi aduerſ.venditio.& in l.poteſt.ff.de auth.tuto.& Benedict.in repetitione ſua.verb.cætera bona. num.25.& ſeq. Infrà latius dicturi ſumus §.cclxxxj.ideo non ero hic longior.

§. CCLXX.

SI LVN des conioints en mariage, ou autres communs perſonniers vont de vie à treſpas, & laiſſent enfans ou autres qui ſoient leurs heritiers, & le ſuruiuant deſdits conioints ne fait aucun inuentaire, partage, diuiſion, ou autre conuention equipollant à partage, dedens quarante iours contez du iour du treſpas du premourant, la communauté de biens ſe continue & conſerue entre le ſuruiuant & leſdits enfans, pour la portion du defunct, ſi bon leur ſemble. Et neantmoins ſont ſaiſis & en poſſeſſion de la ſucceſsion de leur pere & mere treſpaſſez, ou autres deſquelz ilz ſont heritiers.

DE MA

De materia huius §.suprà diffusè diximus, §.cclxvij. ex l.planè si ij. ff.pro soc.& l.si pupillus. §.in societate. ff.de acq. vel omitt.hæred. Et quia superfluum esset referre,etiam si ad casum vtriusque statuti multum faciant, sufficiet lectorem eò reuocasse.

§. CCLXXI.

SI AVTRES personnes sont communes en biens meubles & conquests,& lun bastist ou edifie de nouueau en son heritage, ou en celuy de lun desdits communs durant ladite communauté,ledit edifice demeurera à celuy à qui est le fond,& ny ont rien les autres communs.

Lex ciuilis non vniformiter hos casus expedit, sed putauit differre, an in alieno ædificans sciuit alienum esse, an ignorauit. Primo casu, cùm videatur materiam suam ædificio prudens sciensq; impendisse animo donandi,improbè facit si repetat. ædificia enim solo cedunt cum materia sua. l.si precario. ff.comm.prædio.& §.certè. Instit.de rer.diuis. Secundo verò casu, ab ignorante repetuntur expensæ.§.ex diuerso.de rer.diuis.Instit. Item & refert an socius id agat, an alius: quòd si socius in eo solo,quod satis sciuit cum alio commune,ædificauerit nomine communi, sumptuum pro rata repetitionem habet iure speciali. l.si vt proponis.C.de ædific.priuat.l.si fratres. §.idem respondit: socius item si quis communem. ff.pro soc.quod si nomine suo tantum & non vt collega aut socius, non repetit.l.si is contra quem. C.illo titu. Idem si altero socio prohibente aut inuito ædificauit: quia tunc non tantum non repetit, sed in id præterea quod socij interest eo inuito ædificatum esse tenetur. l.an vnus ex socijs. ff.si seruit.vend. nec enim alteri licet rem meam me inuito meliorem facere.l.quàmuis.ff.de vsufr.& §.præterea.Instit.de actio. Quòd si vt alius,sequenda est prima distinctio, cum alijs quas Accurs.diffusè & dilucidè declarat in d.§.certè illud constat. de rer.diuis. vbi ordine trium vocalium, A, E, O, expensarum restitutionem dicit obtineri: scilicet, actione negotiorum gestorum per A. contra possidentem. Exceptione à possidente per E. Officio iudicis à malæ fidei possessore contra dominum,pro impensis necessarijs per O.

Ædificans in alieno qd obtineat.

Rem meam me inuito meliorem non fieri.

Expensarum ædif. restitutio p A, E, O.

§. CCLXXII.

TOVTEFOIS ledit edifice est estimé selon la valeur diceluy au temps de la communauté dissolue: & celuy à qui est le fond est tenu den rembourser sondit personnier pro rata. Autre chose est en reparations dheritages.

Hic §.& superior eodem contextu legi debent, quia eandem habent materiam: & vnus sine alio truncus est. Ideo,quæ ad superiorem adnotauimus, huic conueniunt. Adde tamen, hoc §.actiuè & passiuè ædificationis impensarum restitutionem intelligi: vt si socius patrimonium habens à societate separatum,

De eadē materia.

ratum, in eo ædificet, videtur de materia communi ædificasse: & ideo licet ædificium huius fiat proprium, tamen collegæ pro rata materiæ communis tenetur. Item & si per alium in fundo alterius ædificatum sit, is pati debet, vt materia æstimetur: eamq; debet pro rata sua restituere. hæc leguntur in d.§.ex diuerso.& §.certè. Si autem in prædijs rusticis impensa facta est, nulla fit æstimatio, neque restitutio. quia fructuum quærendorum causa fieri dicitur, & super fructibus assumitur. l.fructus. ff.sol. matrimo.& l.fundus qui. ff.famil.ercisc. Quod si fructus à domino fundi occupentur, aut quod factum est in his prædijs habeat vtilitatem perpetuam, licet hoc statuto non fiat restitutio, quemadmodum fit in vrbanis: tamen iure ciuili, sicut is qui in alieno solo ædificauerit, habet actiones suas ad materiæ æstimationem, ita & eodem auxilio prouidetur ei qui alienum fundum sua impensa bona fide conseuit. §.cæterum. Instit. de rer. diuisio.

Impẽsarum rei rusticæ ratio.

§. CCLXXIII.

QVAND aucun heritage ou autre chose reelle mouuant de lestoc & branche dun personnier daucune communauté, soit dentre mary & femme, ou autres, est acquis par ceux de ladite communauté, ou lun d'eux: lheritage nest commun entre lesdits personniers, ains demeure à celuy ou à ceux qui est de lestoc & branche, dont se meult ledit heritage, si bon luy semble. Et en ce cas sont les autres communs personniers rembourlez des deniers de ladite acquisition, pour leur portion dedens vn an apres ladite communauté dissolue: pendant lequel rembourlement, les fruits desdites choses sont communs entre lesdits personniers. Et à faulte de rembourlement, ledit an passé, ladite chose acquise est commune. Et nest plus ledit acquereur receu à faire ledit rembourlement: mais ledit rembourlement fait dedens le temps dessusdit, celuy dont meult ledit heritage en est saisi.

Rem quæ maiorũ fuit, magis appetimus.

STATVTVM hoc duobus maximè cauit. Primò, audiri eum, qui affectione probabili velit rem quæ maiorum suorum fuit sibi, non socio, quæri. Idq; lex ciuilis admisit. l.si in emptionem. ff.de minorib. l.j. ff.de priuileg. credito.& l.qui officij.ff.de contrah.empt.& l.milites prohibentur. ff.de re milit. ita tamen, vt idem pretium ipse offerat & non minus. vt dicit text. in d.l.si in emptionem. in fi.& in statuto nostro specialiter cautum est. facit l.j.§.sed si rem. ff.si quid in fraud.patr.& l.lex quæ tutores. C.de administratio.tuto. Secundò, ne durante societate mobilium & quæstuum immobilium socius acquirendo alterius ius comprimat, reseruata est hæc addictio particularis ad tempus societatis dissolutæ, quo talia non sunt timenda. vide plura ad hoc statutum apud Tyraq. in tit.de ret.lig. §.ij.in princ. Hic aduerte, quòd licet annus post societatem dissolutam sit hic præfinitus, tamen alio

alio §.infrà, ccccLxiiij. trimestre tantum datum est. vbi quædam dixi pro contrarij solutione: quæ tamen non omnino placent. mihiq́; visum est hoc §.ius vetus contineri, alio verò posteriori nouum induci, idq́; verisimile est ex actis publicantium.

§. CCLXXIIII.

SI DON dheritage ou bail à rente est fait à lun des communs par celuy de qui il est heritier presumptif, ledit don est reputé auancement de succesion, & non acquest: & ny prennent rien les autres communs personniers: sinon quil y eust entrages ou deniers baillez, auquel cas il est tenu de rembourser par serue sesdits communs personniers desdits entrages ou deniers baillez.

IOAN. FAB. in procemio Instit. in verb. Alemanicus. idem notat: & eum sequitur Pragmaticarius in tit. de concub. in glo. in verb. quæstus. & suprà satis diximus, §.ccxxxj. Contractus huiusmodi vectigales aut emphyteuticarij dicti sunt, ex eo quòd in perpetuum fundus locetur, hac lege, vt quandiu pro his vectigal pendetur, tandiu neque ipsis qui conduxerint, neque his qui in locum eorum successerint auferri fundum liceat. l.j.§.j.ff.si ag.vectig.vel emp.petat. & l.j. C.de iur.emphyteo. & ea lucra quæ ex his contractibus descendunt, tanquam quæstus societati quæruntur: dicit formaliter text. in l.coiri. in fi.ff.pro soc. Statutum tamen interesse putauit, an ab omnino extraneo habitus sit fundus, an ab alio cui futurus successor esse potest is, cui traditus fundus est: & adhuc quid pretij numerauerit, an tantum vectigal annuum pollicitus sit. Et in his vtrique socio & vniuersæ societati prouidit: adeo vt neuter damnum sit accepturus. Tamen secundo casu, ille cui res quæritur, fructus communicare tenebitur, vt rem mobilem, vectigalis onere à socijs subeundo. vt infrà, §.cclxxvij. *Vectigales contractus q sint.*

§. CCLXXV.

CONQVESTS immeubles aduenus es heritiers dun trespasse, sont propres heritages esdits heritiers: tellement que si telz heritiers vont de vie à trespas sans hoirs de leurs corps, lesdits conquests retournent à leurs prochains heritiers, du costé & ligne diceluy par le trespas duquel ilz leur sont aduenus.

SVPRA in §.ccxxxj. satis amplè materiam huius §.& sequentis scripsimus. ibi, ad cætera, quæstum dicemus esse. ideo nihil hic immoror.

§. CCLXXVI.

MEVBLES qui escheent par succesion, sont communs en-

tre mary & femme,& autrement perſonniers de meubles & conqueſts : mais les heritages & choſes immeubles qui eſcheent par ſucceſsion,ne ſont de ladite communauté, & appartiennent à celuy qui eſt heritier,& y ſuccede comme en heritage de ſon eſtoc.

LEX CIVILIS omnino donatum,legatum, aut ſucceſſorio & hæreditario iure obuentum,tam mobile quàm ſoli,exclusum ab hac ſocietate eſſe voluit.l.coiri. & l.quæſtus,cum ſequentibus, ff.pro ſocio. & diffusè diximus ſuprà §.ccxxxj.

§. CCLXXVII.

LHERITAGE prins à rente perpetuelle ou rachetable par lun des mariez ou communs dautre que de leſtoc, eſt reputé conqueſt eſdits mariez ou communs, es cas ou rentes ſe peuuent aſſeoir.

MATERIA eſt ſuperioris §.cclxxiiij. & eodem contextu debuerunt inſeri, quia illic de fundo tradito ab eo, cui accipiens ſucceſſor futurus eſſe poterat:hic ab omnino extraneo. Superfluum tamen fuit hunc adijcere,cùm ſuperiori ſatis fuerat edictum:arg.à contrario ſenſu,quo etiam in ſtatutis rationabiliter concludimus.idq; fortiſsimum nominat Papinianus in l.quod teſtamento. §.mulier. ff.de teſta.& quod ex eo elicitur perinde eſt ac ſi nominatim cautum fuiſſet.l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.

Arg.à contrario ſenſu.

§. CCLXXVIII.

SI DVRANT & conſtant le mariage lun des conioints & communs perſonniers vendent ou hypothequent leurs propres heritages,& que durant ledit mariage ou communauté ilz les recouurent ou rachetent, ilz ne ſont apres ledit rachapt reputez conqueſts,& ny giſt rembourſement.

Quæri nõ dicitur, quod loco patrimonij venditi emitur.

NEQVE enim quæſtus dici poteſt, quod emptum eſt ex pretio patrimonij venditi:neque item pecunia ipſa nondum erogata inter mobilia nuncupanda eſt:vt dicit Maſuer. in tit.de ſocietate. verſicu.nomina ſeu debita. Nam vtrunque ſuccedit loco patrimonij venditi, & ſic illius naturam debet aſſumere.l.ſi eum.§.qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio. & tanquam ſubrogatum eſt eiuſdem effectus & poteſtatis.l.filiæ.§.Titia.ff.de condi.& demonſtrat. & l.ſi donatæ res. §.ſi ſponſus. vbi Bald.ff.de donatio.inter virum & vxor. facit formaliter text.in l.Imperator Antoninus.§.fi.ff.de leg.ij.& c.eccleſia ſanctæ Mariæ.cum glo.in verb.ſucceſsiſſet:vt lit. pend. Tamen aduertendum erit, quòd ſi maritus rem quæ quæſtus nomine vtrique

facta

facta erat communis, vendiderit, vt liberè poteſt.§.ccxxvij. ſuprà & alio tempore rem ſibi propriam alienauerit: horum concurſu,ſi quid immobile nouum quæſierit & emerit,ſimili aut minori pecunia, mihi videtur inquirendum non eſſe, qua pecunia poſtremo quæſierit, an ea quæ ex proprio, an quæ ex communi recepta erat: dicendumq́; rem communem fieri, locumq́; ſortiri prioris quæſtus venditi. l.fin.ff.de donatio.inter virum & vxor.& l.ſi à me.ff.ad leg.Falcid. Aequum enim eſt,vt ſi maritus decoxerit,id ſuo damno contingat potius quàm vxoris.l.ſi marito.in prin.ff.ſoluto matrimonio.

Quæſtus an patrimoniũ dicendũ ſit quod emptum eſt.

§. CCLXXIX.

SI AVCVNS communs & perſonniers achetent aucuns heritages à tiltre de rachapt, & pendant le temps & terme dudit rachapt lun des communs & perſonniers va de vie à treſpas, les deniers prouenans dudit rachapt ſe partent entre leſdits communs perſonniers & les heritiers du defunct. Autre choſe eſt des heritages acquis par aucuns deſdits perſonniers au parauant ladite communauté à la charge de reemere: car ſi telz heritages apres ladite communauté diſſolue ſont rachetez, les deniers appartiennent à lacquereur ou ſes heritiers, & ne ſont diuiſez entre leſdits communs & perſonniers.

QVOD ſi pretium reſtitutum eſt ſocietatis tempore,id communicandum erit: arg.à contrario ſenſu:licet contra diſpoſitionem §.cclxxviij.hac forte ratione, quòd emptum cum pacto de retro vendendo, neque patrimonium aut immobile,neque item mobile dicendum eſt,niſi tempore elapſo.Imo dum durat redimendi facultas,ius magis videtur eſſe pecuniarium, & ſic mobile. arg.l.ſi ita legatum eſt.ff.de legat.iij.

Emptum cũ facultate redimendi, quõ mobile dicitur.

§. CCLXXX.

SI LVN des deux ayans aucune choſe commune & indiuiſe ſen ſert & en vſe:il neſt tenu den faire proufit ny emolument à lautre: ſinon apres quil eſt ſommé de ce faire, ou diuiſer ladite choſe.

ADICIENDVM eſt,vt modum non excedat,ſed ad vſum deſtinatum tantùm vtatur.Nauis enim ad hoc parata eſt,vt ea nauigetur.l.arboribus.§.nauis. ff.de vſufruct. Prælum item, vt eo cogatur. l.inſtrumenta. §.cogendi. ff.de fund.inſtr.inſtrumentoq́; lega.Mola item,vt ea molatur.l.quæſitum eſt.§.cellarium.eod.tit.glo.in d.l.arboribus.§.nauis.in verbo nauigetur.& facit §.in commune. Inſtit.de rer.diuiſ. Zaſ.verò in ſumma de vſufr.in notabilibus adijcit tempore inde-

Re cõmuni ſocius uti poteſt ad uſum deſtinatum.

 bito

Socius in re communi iure seruitutis nō habet. bito socium re communi etiam ad vsum proprium non debere vti. Noto hic, in textu statuti impropriè appositum esse verbum, sert, cùm iure communi nemo dominorum iure seruitutis neque facere quicquam, neque eodem iure seruitutis prohibere quominus alter faciat, potest: cùm nulli res sua seruiat. verba sunt Pauli Iurisconsf. in l. in re communi. ff. de seruitutib. vrba. prædio. Iure communi eodem modo vsus rei communis ab altero prohiberi potest, aut prouocatione diuisionis, aut emolumenti communicatione petita, vt hoc statuto expressè. & in l. Sabinus. ff. commu. diuid.

DES CHOSES REPVTEES MEVbles, conquests ou heritages.

TITVL. XXIII.

§. CCLXXXI.

NOMS, debtes, actions pour choses mobiliaires, arrerages de cens & rentes sont reputez meubles.



Nomen & debitum eadem. HORVM trium, Noms, debtes, & actions, duo priora in idem conferuntur: vt argentarij & creditores, nomen facere dicuntur, cùm debita constituunt. l. si plures sint. in princip. ff. de pact. Posterius diuersum est. Distinctionem autem statuti vt certè veriorem Bart. in l. potest. ff. de auth. præstand. & Accurs. in l. j. C. si aduers. vendit. & copiosius, vt cætera alia, Tyraq. §. x. glo. vij. in princip. tit. de ret. lig. probarunt. Non desunt tamen *Iura & actiões an sint mobilia aut immobilia.* qui in his & alijs iuribus incorporalibus constituant tertiam bonorum speciem. per l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. idq; suasit horum differentia à cæteris, quæ sunt aut mobilia aut immobilia. Primò, quòd horum natura corporea est & diuidua: illorum verò non est. l. stipulationes non diuiduntur. & l. j. §. & harum. ff. de verb. oblig. & l. si non sortem. §. penul. ff. de condict. indeb. tamen non semper nomen indiuiduum est: & maximè si in quantitate consistat. l. si stipulatus. §. j. ff. de solutio. Secundò, mobilia & immobilia propriè possidentur. Iura autem & actiones nedum impropriè, sed tantum quasi possideri dicuntur. l. si seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. do. Tertiò, mobilia triennio, immobilia decennio aut vicennio præscribuntur. Iura verò & actiones triginta tantum annis percunt. l. ij. C. de constit. pecu. Quartò, incorporea, qualia sunt iura & actiones, moueri non possunt: ideo non mobilia. d. §. incorporales. Neque soli sunt: ideo non immobilia. quòd si in alteram harum specierum necessariò assumenda sint, magis immobilium quàm mobilium speciem referre videntur. vt dicit Salic. in l. si à creditore. C. de actio. & obligatio. Guid. Pap. quæst. ccxcj. tenuit, neque legato vsusfructus, neque venditione mobilium & immobilium comprehendi iura & actiones aut nomina: sed tantum, cùm aut exprimuntur, aut simpliciter omnium bonorum fit mentio. per l. vxori. ff. de vsufr. leg. Benedict. in *Clerici nōia ī causam iudicati qua capi possunt.* repetit. sua, in verb. cætera bona. numer. 25. tenuit vsu Franciæ clerici mobilia in causam iudicati capi non posse: immobilia verò posse. & ideo nomina quorum dies nondum cessit, tanquam quid aliud quàm mobile capi posse. Si dies autem cessit, non posse. idq; arresto probatum tradit Imbert. lib. j. suarum Institut. §. quod si solutio recusetur. in glo. Et ideo hic in statuto reliqua redituum mobilia esse iuridicè scriptum

ptum est. Nam vt reditus ipse immobilis est, vt dicit Io.Fab. in l.hac edictali. per illum text. ff.de secund.nupt.numer.6. & §.j. in authen.de alienand.aut permut.reb. eccles. Ita & pensiones eius annuas ante diem instar fructuum pendentium immobiles esse tenuit Bald.in c.j.in fi.de pac.tenend. Quòd si dies cessit, mobiles sunt, tanquam à principali separatæ, & quarum causa amplius eadem non est. Declarat amplius Alciat.in l.mouentium.ff.de rer.& verb.signific.

§. CCLXXXII.

MOVLINS assis sur batteaux & riuieres, qui se peuuent mouuoir de place en autre, & pareillement moulins à vent, sont reputez & censez meubles.

NVLLA enim, inquit Pompo. ex his rebus quæ loco suo moueri possunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur. De molis autem tam quæri soler, cùm ita inædificatæ sunt, vt partes ædificiorum esse videantur. l.cùm fundus sine instrumento. ff.de fund.instrum. Ideo cùm mola ipsa mobilis sit, l.quæsitum. §.cellarium. ff.illo titul.si ædificio immobili accedat, immobilis est: ad instar tegularum domus, quandiu illi applicitæ sunt: quia vna contignatio est.l.cum qui ædes.ff.de vsucap. Et ædificij pars est mola, vt columna est. Si autem mobili ædificio annexa est, & mobilis est: vt si naui superimposita est: cùm & nauis ipsa mobilis sit.l.si nauem.illo rit.facit, l.j.§.si quis de naue.ff.de vi & vi arma.& not.Ias.cons.170. vol.iij. Igitur nauis molendinaria est dicenda mobilis: quia inde qualitas huius naturam non potest immutare, sed sequi potius cùm huic accedat. l.si conuenerit.ij.§.si nuda. ff.de pigno.actio.& l.item si fundi. §.sed & si metalla.versi.huic vicinus. ff.de vsufruct.& l.quamuis.ff.de precar. Et quòd nauis molendinaria sit mobilis, eleganter declarat Tyraq.in §.j.tit.de ret.lignag. in glo.ou autres choses.num.91. Inducitq; numer.seq.ad casum restitutionis dotis: & tenet has naues molendinarias, vt mobiles, post annum tantum restitui debere. idq; ante eum dixerat Alberi. in d.§.cellarium. Et quia hic de molis ventosis agitur & naualibus, superfluum non erit de his dicere. Ante molarum vsum inuentum, fruges torrebantur, & in pilis pinsebantur: & hoc erat molendi genus, referente Seruio. Molæ autem postea inuentæ sunt, quarum vsus varius denominationes varias induxit. Quædam enim sunt manuariæ, quæ hominum opera & manu versatiles sunt.vt l.dolia.ff.de fund.instruct. Has Budæus in l.si seruus.§.si fornacarius. ff.ad leg.Aquil.vocat Trusatiles ex Gellio. Quædam item aliæ sunt quas iurisconsultus in d.l.vocat Iumentarias. & alibi vocat Asinarias.in l.cùm delanionis.§.asinam.illo tit.de fund.instr. Alias autem, aut aquæ necessitas, aut regionis vsus induxit ventosas, quarum hoc statuto fit mentio. Et licet loco suo vix moueri queant sine materiæ detrimento, tamen quia superficiariæ sunt, & nihil solo cohærent, mobilem naturam habent. à solo enim eximi possunt. & huiusmodi ædificium exemptibile dici potest, quia etiam solo affixum continuò moueri & eximi potest.de quo Tyraq.loquitur loco suprà alleg.numer.216. Alijs molis frequentius vtimur, quæ aquis versatiles sunt, & aquariæ dicuntur. à Budæo autem harum molarum loca vocantur moletrinæ ex Nonio.& has Iurisconsulti non nouerunt.nouit autem Iustinianus.

Molæ an mobiles sint. *Tegulæ domus.* *Molendinaria nauis.* *Molendinales naues dotales post annum tantùm restituuntur.* *Molendi forma antiqua.* *Iumentariæ.* *Asinariæ.* *Ventosæ.* *Aquariæ.* *Moletrinæ.*

§. CCLXXIII.

EN LA proprieté de chose immeuble donnee, ou leguee à lun des personniers par contemplation de luy, le personnier ny ha aucune chose.

SVPRA §.ccxxxiij. satis amplè dictum est, ex l.quæstus.cum l.nec adiecit. & seq. ff.pro soc.& eo lectorem reuocamus,& mihi videtur hic §.malè aptus huic titulo.

§. CCLXXIIII.

FRVITS pendans sont tenus & reputez meubles entre communs & personniers : & sentend des fruits industriaux tant seulement,comme vignes apres la taille,& les bledz apres quilz sont semez. Autre chose est des fruits naturelz, comme noix, foing, mayeres,pommes,poires,et autres semblables:car ilz ne sont reputez meubles, iusques apres quilz sont separez du fond & cueillis.

Fructus pendentes qui sint.

SVPRA §.cclxiij. satis diximus contra lapsum Azonis & Accurs. qui fructus dicantur pendentes. Hi enim iure communi pars fundi sunt : nec mobile nomen assequuntur nisi à solo separati. l.fructus pendentes. ff.de rei vendica.Masuer.titu.de executio. §.item executio potest fieri aduersus monachum. tenet cùm mobilia clerici in causam iudicati capi non possint, tamen fructus capi posse, etiam à solo separatos : modò tamen clerico traditi non sint : vt in reditibus nondum solutis,& quorum dies nondum cessit.suprà diximus §.cclxxxj.

Clerico fructus traditi sunt mobiles, & antea non.

§. CCLXXV.

POISSON en estang est reputé meuble apres les deux premiers ans passez à côter du temps quil ha esté appoissonné. Aussi est le poisson mis en serue pour prouision de maison. Toutefois auant lesdits deux ans,entre communs et personniers,le Seigneur de lestang est tenu de rendre à ses communs & personniers, pro rata,le prys quaura cousté ledit appoissonnement, ou de souffrir quilz prennent portion à la pesche dudit estang,au choix du Seigneur diceluy.

Pisces stagno, aut viuarijs inclusi.

STAGNO Piscis includitur vt crescat, redituq; lucrum referat. Piscinæ autem, tantùm vt conseruetur, non vt crescat. vt Plini.lib.Natur.histo.ix.ca.xvij.de mullis dicit, in viuarijs piscinisq; non crescere. Ideo bona ratione pisces qui sunt in piscina,non sunt ædium, nec & fundi.verba sunt Vlp.in l.funes & labra.

labra. ff.de actio.empt. aliàs autem si in lacu, aut stagno ad multiplicationem & incrementum sint iniecta,pars fundi sunt, vt fructus non separati.per l.fructus. ff.de rei vendica.& ea quæ notauit Boër.in §.v.tit.de feud.apud Biturig.& Guid.Pap.quæst. xcj.res enim soli intelligitur cùm fructibus suis,siue crescant,siue cum re connascantur,aut propagentur. ideo dubitari non conuenit, lacu,stagno, aut fluuio venundatis pisces venire,tanquam fructus cognatos. vt dicit Zaf.in summa feud.in par.iiij.in prin.

§. CCLXXXVI.

ARTILLERIE & autres choses seruans à la tuition dun chastel,donion,ou autre forteresse,ne sont reputez meubles,mais demeurent à celuy auquel ladite place doit appartenir.

CVM EO deuecta sint, vt perpetuò remaneant, ædificio dicuntur accessisse. l.dolia.ff.de fund.instruct. Ideo dicit Bald.in c.j.§.si quis de manso.num.4. de controuers.inuesti. Quòd concesso castro videntur concessæ munitiones, quæ sunt ad tuitionem castri, & arma quæ patrisfamilias destinatione perpetuò sunt ibi posita: vt trabuchi,menganellæ,balistæ,& alia similia. Contra est,si non ita destinentur,vt ibi perpetuò posita sint,quia tunc mobilia sunt. l.Lucius Titius. §.collegio fabrorum.ibi,item machinæ.ff.de lega.iij. Generaliter autem ex Labeonis sententia refert Vlpia. in l.fundi. §.Labeo. ff.de actio.empt. ea quæ perpetui vsus causa in ædificijs sunt,in ædificijs esse: quæ verò ad præsens,non esse. quem text.Tyraq.in §.j.de ret.lignag.glo.vij.nu.98.versi.castella plumbea,allegat ad nostrum casum. Sed mihi hactenus visum est superiora magis induci ex d.§.Labeo.q̃ ex d.vers.castella.

Machinæ et arma castri quando sint immobilia.

§. CCLXXXVII.

TOVTES choses de maison, tenans à icelle à cloux, ou cheuille,ne sont reputez meubles.

FVNDI nihil aliud est,inquit Vlpia.nisi quod intra se tenet.l.fundi.in prin. ff.de actio.empt.l.habitator. ff.de rei vendicat. l.dolia.suprà alleg. & l.cùm fundus.ibi,quæcunque infixa.ff.de fund.instr.Idq; adeo verum est,vt etiam si ea infixa aliquando tollantur,& alio tempore reponantur,tamen mobilia non sint. d.l.fundi.§.item constat.versic.ea quoque quæ ex ædificio detracta sunt,vt reponantur,ædificij sunt. Clarius in l.fi.ff.de verbo.signif.structuram (inquit iurisconsul.) loci alicuius ex tabulis factam quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo. quoniam perpetuò vsui parata essent. Quædam item sunt etiam non affixa, quæ nihilominus ædium sunt, & immobilia, vt tegulæ quarum cum ædibus vna contignatio est.l.eum qui ædes.ff.de vsucap.facit d.l.fundi.§.castella.& l.cætera. §.hoc senatusconsultum.ij.ff.de lega.j.

Ædibus infixa quæ tẽpore detrahuntur & reponuntur.

Tegulæ ædium.

§. CCLXXXVIII.

VN PRESSOIR edifié en vne maison est reputé immeuble,& les cuues reputees meubles.

Prelum & dolia coniuncta.

Lex civilis prelum & dolia eodem iure censeri voluit, tanquam coniuncta, eaq; immobilia fundo cedere. ideo si fundus (inquit Pompo.) sine instrumento legatus est, dolia & prelum fundo continentur. l.cùm fundus. in princ.ff.de fund.instruct.facit l.sed addes. §.illud nobis.ibi, dolia vtique præstanda & prelum. ff.loca. Vasa autem vinaria, id est cuppæ & dolia quæ prelo coniuncta non sunt, sed separata, mobilia censenda sunt. vt dicit tex.in l.Lucius Titius.§.collegio fabrorum.ibi, vasa vinaria.ff.de lega.iij.

DES TESTAMENS, DONATIONS à cause de mort, legats, & executeurs diceux.

TITVLVS XXIIII.

§. CCLXXXIX.

Avant quun testament soit reputé solennel, il est requis quil soit escrit & signé de la main, & seing manuel du testateur: ou signé de sa main, & à luy leu, & par luy entendu en la presence de trois tesmoins. Ou quil soit passé par deuant deux notaires: ou par deuant le curé de sa parroisse, ou son vicaire general & vn notaire: ou dudit curé, ou vicaire & deux tesmoins: ou dun notaire & deux tesmoins: ou de quatre tesmoins, iceux tesmoins idoines & suffisans: & non legataires dudit testateur. fors & excepté en tant que touche les legats pitoyables, obseques, & funerailles diceluy testateur, esquelz toutefois & par le moins sera gardee la solennité du droit canon.

Testãdi octo formæ.

Testamenti formas octo, statuentes hic præscripserunt. Primam, cùm testator manu propria scripsit & subscripsit. Secundam, cùm ab alio scriptum subscripsit, auditum tamen ab eo tribus præsentibus. Tertiam, cùm actum est coram duobus notarijs. Quartam, cùm coram sacerdote parrochiali & notario. Quintam, cùm coram eo sacerdote & duobus testibus. Sextam, cùm coram tot testibus & notario. Septimam, cùm coram quatuor testibus tantum. Octauam, cùm secundum iuris canonici regulas id actum est. Prima autem vt hic descripta est, licet in scriptis sit, & verbo solenni vtatur statutum, tamen nihil refert speciem testamenti in scriptis, cuius solennitas clarè scripta est in l.hac consultissima. C.de testa.qua si velint vti hi prouinciales, liberè possunt, cùm statutum non vetet. Fit tamen cùm ingenti periculo, quia si ante eius publicationem & aperturam, testiumq; omnium recognitionem, vnus ex testibus numerarijs moriatur, corruit quidquid actum est. argu.l.si vnus, C.de testa. & ita tenet Io.Fab.§.sed cùm aliquis. Instit.de testã. cùm enim sit illud quod actum est priuata scriptura; nisi agnoscatur fidem non facit.dicit Bald.in l.ij. ff.quemadmo. testa.

Testamentum in scriptis.

testa.aper.Consultius igitur fiet,si notarius adhibeatur,coram quo & testibus, qui tabulas quas aut scripsit,aut ab alio scriptas ita comprobet, vt testator declaret se velle id esse testamentum suum:linoq;,aut alio vinculo ter aut quater circunducto vinctas (qui mos antiquus fuit.l.j.§.si linum.ff.de bo.possess.secund.tab.) superscriptione notarij & septem testium cum die & Consule muniat. Nam tunc sine iudicis publicatione & testium recognitione,etiam si ante testatorem illi moriantur, valet,& fidem facit.vt est glo.sing.in l.ij.in princ.vbi Bart.notat.ff.quemadmo.testa.aper.& hæc est vera cautio. Hac autem prima formula,neque notarius, neque testes desiderantur:sed satis est chartam testamentariam à testatore scriptam & obsignatam esse, valereq; vt solenne testamentum. Hanc formam probat Ias.consil.155.volu.iiij.& consil.61.volu.j. Secunda autem forma hic tradita, & si probabilior est, at certè periculosior multò, cùm sine iudicis decreto fidem publicam habere non possit, vt infra dicemus. & in hac rectè statutum est, non sufficere testamentum ab alio scriptum, & à testatore signatum esse.cùm ei mille modis imponi possit, facileq; sit aut infirmum, aut timentem fallere,aut etiam inopinantem,aut inscium. nam in extremis positus non viuere sed mori dicitur.vt not.in l.qui duas.ff.de manumiss.testa. Item cùm hæredis instituti & executoris nomina viua voce testatoris nominari, aut eius propria manu scribi debeant.l.iubemus.C.de testa.nimirum si requiratur, vt scriptura legatur & publicetur coram testibus & testatore. Boër.decis.xiiij. in prima parte. in secundo dubio in simili casu dicit, opus non esse scripturam legi, si testator prouidus hanc notario dederit,dixeritq; præsentibus testibus,se velle illam scripturam suum testamentum esse: vnumq; de duobus dicit sufficere, aut illam scriptam manu illius sine subscriptione, aut manu alterius scriptam & à testatore signatam. Aduerte tamen tales scripturas oportere literis cognitis & vsitatis descriptas esse, non autem inusitatis:quia his nihil ageretur.l.sed cum patrono.§.fin.ff.de bono.poss. Defuncto autem testatore scriptus hæres, aut alius cuius intererit scripturam hanc autorari, iudicem debet adire competentem,qui scripturam publica fide comprobet.aliàs priuata remanet,& nullius fidei.Et circa id exequendum,forma hæc complenda est. Primò,vt ad id vocentur ij quorum interest.iuxta regul.l.nam ita diuus. ff.de adoptio. l.de vnoquoque. ff.de re iud.l.in concedendo.ff.de aqua pluui.arc.& expressius in l.j.§.denunciari. ff.de vent. inspic. Aliàs autem quod actum erit contra non vocatos nullum est: & scriptura, quantum ad illos attinet, reputabitur priuata & sine præsenti fide. vt dicunt Specul. & Ioan.And.in tit.de instru.editio.§.ostensio.versi.qualiter olim fiat publicatio. Secundò, requiritur vt adsint ij tres testes qui astiterunt, cùm hæc scriptura defuncto lecta & publicata est.Hiq;iurati audiri debent,aliàs his non creditur.vt tenet Host. in summa sua.tit.de fide instru.§.fi.versi.& si testamentum. Quod iuramentum his præsentibus,quorum interest accipiendum est.vt dicit Ioan.de Imol.in c.significauit. not.penult.de testib. Tertiò,debet per alios testes,eosq; iuratos forma superiori probari,quòd subscriptio per defunctum facta est.Quòd si hi qui audierunt publicationem defuncto factam literati sunt, & viderunt subscribi, nouerunt q; similes subscriptiones defuncti,sufficit eorum testimonium,si id attestentur. Quartò, requiritur vt his peractis iudex decernat illam scripturam autenticam publicamq; fidem contra quoscunque habere.ita dicit Ioan.Fab.in d.§.sed cùm aliquis. de testa.& amplissimè tractat Ias.consil.67. versic.tertiò principaliter.volum.iij. Quòd si ante superiorum complementum, vnus ex tribus testibus his vita defungatur, corruit scriptura. argu.

Testari volēs ī scriptis quo modo cautē agat.

Cedula testamentaria.

Testamentū corā testibus nūcupatū sine notario.

Litera inusitata fidē nō habens.

Testamentaria charta publicāda et autorāda forma.

l.cùm ab initio.& l.si quis ex signatoribus.ff.quemadmo.testa.aper. Cæteræ verò testamenti formulæ inuicem colligantur, & has eodem iure metiri possumus. Cùm enim notarius duorum testium loco sit, idem erit duos adhiberi notarios sine teste: aut testes quatuor sine notario: aut notarium vnum & presbyterum parrochialem sine testibus: aut alterum & testes duos. Nec iure canonico minor solennitas data est superioribus.c.cùm esses.de testa.& id tenent Doct.in l.j.C.de sacrosf.eccles.Specu. in tit.suprà alleg. §.compendiosa.versi. item ius canonicum.tenet testamentum conditum coram duobus testibus & presbytero parrochiali, vel coram quatuor testibus absente parocho valere, & esse solenne, tam in foro ciuili quàm canonico. Hodie verò Franciæ vsus induxit, sufficere testamentum voluntate perfici, nihilq; referre qua solennitate agatur, dummodo duo testes cum notario aut parocho adsint; sequendo d.c.cùm esses.& statutum hoc inde sumptum est. ideo legis ciuilis formulæ in desuetudinem abierunt, eoq; vsu remissæ sunt, vt & liberè fieri potuit. vt Io.Fab. not.in l.j.C.de sacrosf.eccles.in princ.& Bart.in l.j. C.de sum.trini.& fid.cathol. Et in his semper & vbique exceptum est, vt voluntati testatoris nihil suppleri aut vsu, aut statuto possit: sed semper necesse est siue inter liberos, siue inter extraneos, siue ad pias causas testatum sit, voluntate testamentum omnino perfectum esse: ex eaq; perfectione nihil detrahi. l.si is qui. ff.de testa. etiam si à milite factum est. l.Lucius Titius.in princ.ff.de testa.milita. Ad cætera transeo. Statutum hoc,de testibus rogandis nihil sancit: ideo credo ius commune in eo esse sequendum, quo testes rogatos esse necesse est. authen.rogati. C.de testib.& l.hæredes palàm. §.in testamentis. ff.de testa. Idq; adeo verum esse dicit And.Barba.in c.relatum. de testa.per illum text. vt hunc defectum pia causa non excuset.& eum secutus est Alex.in consil.47. volum.ij. Tamen sententia contraria, vt frequentior, obtinuit, vt dicit Soci.in d.c.relatum. vt scilicet piæ causæ eatenus fauendum sit,vt non attendatur an testes rogati sint:modo tamen non astiterint compulsi, quia testamentum omnino nullum esset, etiam in re fauorabili.l.qui testamento hæres.in fi. ff.de testa.& glo.in l.j.§.fin. ff.de auto.tuto.& ideo parum hoc statuto vides interesse inter pias causas & cæteras quas pari fauore non prosequimur, cùm iure pontificio nullos alios quàm parochum & duos testes adesse oporteat. d.c.cùm esses.In omnibus enim negotijs satis eo iure visum est, si de voluntate testatoris apparere possit: etiam si solenniter actum non sit. solennitas etenim sola voluntatem testatoris exprimere non dicitur: cùm etiam ex testamento nullo & contra regulas iuris condito, hæc voluntas probetur, etiam quo ad extraneos.l.si.ff.de reb.eorum. vide super pia causa Boër.decis.xciij. prima parte. & super qualitate testium testamentariorum text.elegantem in d.l.qui testamento hæres. per tot.ff.de testa.notauimus suprà §.lxxiiij. in prima glo. ibi, caueat autem notarius. & lxxv.sequen.per tot.

Testamentaria solẽnitas secundũ canones.

Testatoris voluntati nihil suppleri potest.

Testes testamentarij rogati sint.

Testamenti pia causa et cæterorũ idẽtitas.

§. CCXC.

ENTRE testament & codicille ny ha point de difference; & ne sont lesdits testamens,ou codicilles inualidez à faulte dinstitution dheritier,preterition,ou exheredation.

INTER

Inter cætera, inquit Caius, quæ ad ordinanda testamenta desiderantur, principale ius est de liberis hæredibus instituendis, vel exhæredandis: ne præteritis illis rumpatur testamentum. l.inter cætera. ff.de libe. & posthu. hæred.insti. Idem responsum est in l.si apud hostes.in l.fin.in l.filius qui.illo titul. & Institu.de exhæreda.libe. in princ. Nec potest item secundum regulas iuris id testamentum subsistere, quod hæredem non habet. l.proximè. ibi, Longinus aduocatus. ff.de his quæ in testa.delent.& §.ante hæredis. Institut.de lega. Et ideo ne statutum hoc à iure ciuili omnino alienum esset,codicillorum mentio facta est: iisq; testamentò collati sunt, vt scilicet subsistat actus iure codicillorum, vbi testamenti iure non potest, ob hæredis defectum. Iulianus idem sentijt, tabulas testamenti non intelligi, quibus hæres scriptus non est.quodq; magis codicilli quàm testamentum existimandæ sunt.verba sunt Caij in l.fi.ff.de iure codicil. *Filij aut instituẽdi aut exhæredandi.*

§. CCXCI.

Aucun ne peult par testament, codicille, donation ayant trait à mort, institution, ou autre disposition de derniere volunté disposer de ses biens, que de la quarte partie chargée de tous laigs & funerailles: tellement quil fault que les trois quarts demeurent à lheritier franchement,sans charge de laigs & funerailles. Et sentend ladite quarte partie des biens dudit defunct, sesdits debtes payez & acquitez. Mais si ladite disposition,comprins les legats, excede la quarte partie, le tout est reduit audit quart pro rata, & au sol la liure sur chacun de ceux au proufit desquelz auroit esté disposé, ou legué. Et quand ladite disposition est moindre que dudit quart, celuy au proufit duquel elle est faite, nest chargé daucuns laigs & funerailles: sinon que lheritier abintestat luy voulust supplir iusques audit quart: lequel audit cas est chargé de tous lesdits laigs & funerailles.

Ratio naturalis quasi lex quædam tacita primo liberis,& si deficiant consanguineis defunctorum hæreditatem adiecit: velut ad debitam successionem eos vocando: vt dicit text.in l.j.in princ.ff.de portio.quæ libe.damna. conced.& in c.quæcunque.xvij.quæst.iiij.glo.in l.si quis ad declinandum.C.de epis. & cleri. Nec iure liberum fuit successores sibi eligere ex lege duodecim tabul. Nec item iure diuino,Nume.26.ibi,homo cùm mortuus fuerit absque filio,ad filiam eius transibit hæreditas. Quòd si filiam non habuerit, ad fratres suos. Lex ciuilis tamen præterquam in liberos, quibus suorum hæredum nomine piè indulsit, vt ne iudicio quidem parentis nisi certis causis à successione parentum summoueri possint. d.l.j. ff.de portio.quæ libe. Lex inquam ciuilis adeo vita defungentibus liberam dedit facultatem de bonis suis disponendi, vt eorum dispositiones & vota legem esse, & pro *Legitima successio antiquo iure fa uorabilis.*

lege obseruari decreuerit. §.disponat. in authen.de nupti.ad imitationem veteris legis duodecim tab. quæ sub his verbis ad nos transmissa est. Vti legasit quisque de re sua, ita ius esto. Testamenti item factio publici iuris est. l.testamenti. ff.de testa.& id exequi omnino reip.interest. l.vel negare.ff.quemad.testa.aper. illaq; libertas passim in iure ciuili fauorabilis est.l.j.C.de sacrosf.ecclesf. Sed nouum non est si hoc statuto, & cæteris alijs Franciæ, hæc tam diffusa libertas ad certum limitem restricta est: quod certè æquum & pium fuit, ex lege tacita & perpetua, quam natura & ratio continuò clamant. vt d.l.j. de portio.quæ lib.damna. Horum statutorum meminit Fab.in procem.Institu.in verb.Alemanicus.vers.& hæc faciunt pro consuetudine. & Benedi.in repetitio.sua.verb.& vxor.nomi.Adelas.numer.34. vbi eleganter & doctè ratiocinatur talia statuta non omnino iuri esse contraria, imo si in quibusdam non conueniant, id à iure primo & ab antiqua prudentia exisse: qua veri successores, & quos naturalis fauor obtulit, si non in totum admitti, at certè nec à toto expelli debent.

Lex antiqua xij. tab. super libertate testādi.

Successio legitima æqua & pia.

§. CCXCII.

LE TESTATEVR, ou disposant ne peult donner, ny leguer directement ny indirectement aucune chose aux notaires receuans, & tesmoins instrumentaires desdits testamens, ou dispositions. & sont telz legats nulz, & de nul effect & valeur.

SENATVSCONS. Liboniano idem vetitum fuit testamentarijs, id est, tabularijs, qui testamenta conscribunt. Sic enim vocat iurisconf. in l.diuus.in fi. & l.impuberem.§.testamentarius.ff.ad leg.Corn.de fals. Et pro statuto nostro facit text.in d.l.impuberem.§.j.& in d.l.diuus.& in l.si quis legatum.in princip. illo titul.& l.Senatusconsulto. C.de his qui sib.ascrib.in testa. Id autem lex Cornelia adeo repulit, vt etiam sibi ascribentem pœnæ falsi subiecerit. d.l.impuberem.§.fin.& §.qui codicillos. Aptè autem hic in textu dicitur, directement ny indirectement: quia eodem Senatuscon.prohibemur nobis, vel his quos in potestate habemus ascribere legatum. vt formal.dicit text. in l.filius.in princip. ff.de fals.quod enim directo non licet aut conceditur, indirectè fieri non debet. l.fi.ad fi. C.de vsur.rei iudi. & l.cætera.§.item quæri.vbi Ias.num.10. de leg.j. & idem in l.si cum procuratore.nu.4. ff.de re iudi.facit c.cùm quid vna via.de regul.iur.lib.vj. Idem esset si vxori ascriberet, quia lucri huius esset particeps ex consuetudine. Secus verò si quid immobile, aut aliud non communicandum legetur vxori, quia cùm nihil marito quæratur, vt suprà §.cclxxxiij.deberetur legatum, etiam à marito ascriptum. Nam & de iure communi semper debetur, quo iure nulla inter coniuges siue quæstuum, siue cæterorum societas est. vt suprà sæpius diximus. Et pro hoc legato vxori ascripto text.est expressus in l.vxori legatum in alieno testamento scribere non prohibemur. ff.ad leg.Cor, de fals.vbi Docto. notant maritum notarium posse in rem vxoris instrumentum conficere. Quod autem de filio lex ordinat ita accipiendum est, vt oporteat id notario patri vtile esse: quòd si vtile non est, & tantum filio quæritur, aut alij legatario, potest pater notarius iussu testatoris, ex re aut filij, aut aliarum personarum impunè scribere:

Testamentarius est, qui testamētū in notā scribit.

Notarius sibi ascribens falsi tenet.

Notarius an uxori possit legatū ascribere.

Notarius an filio possit legatum ascribere.

ſcribere : & legatarius poterit capere. idq; paſsim in iure exceptum eſt.l.ſi pater filio ſuo.ff.illo tit.ita declarat Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.numer.376.& ſeq.ff.de vſucap. pro empto. Id appoſitè conferemus obſeruationi communi Franciæ,ex conſtit.Fran. regis artic.cxxxj.qua tutoribus,aut adminiſtratoribus quibuſcunque lucrum aſſumere ex pupillorum aut adultorum contractibus, aut diſpoſitionibus vetitum eſt. Lex autem ciuilis id extenderat ad filios adminiſtratorum,aut alias perſonas his ſubditas. l.quod diximus.in princ.ff.de auto.tuto.& l.inter. C.de dona.inter vir.& vxor. Tamen quia hodie in Francia vſusfructus bonorum filij patri de conſuetudine non quæritur, nec & aliud lucrum præſens, aut certum, dicta l.quod diximus,in vſu non eſt. ea ratione,quòd patris pecuniariter non intereſt,id filio quæri. Eodem itaque iure notarius hodie filio legatum liberè aſcribet.ſecundum l.ſi pater. ſuprà alleg.Iaſ.in l.de quæſtione.numer.9.C.de pact. caſum excipit quo notarius in rem ſuam teſtatoris.iuſſu poſsit liberè & impunè ſcribere : vt ſcilicet ſi ſub duabus conditionibus ſibi deferatur hæreditas.ex l.diuus. §.fi.ff.de falſ.vbi glo.& clarius Bart. Ecce duo hæredes inſtituti ſunt,cautumq; vt ſi alteruter ſine liberis vita defungatur, ſuperſtiti, ſi liberos habeat,portio defuncti obueniat : quòd ſi vterque ſine liberis decedat, notario reſtituatur hæreditas. hanc enim duabus conditionibus purificatis conſequi debet. Quòd ſi ſub ſimplici & vna conditione id actum eſt , pro non ſcripto eſt. d.l.impuberem.§.j.Alius caſus elici poteſt ex d.l.diuus.j. §.item Senatus cenſuit. ſi teſtator codicillis ab alio notario conſcriptis priorem ſcripturam probauerit. facit à contrario ſenſu text.in l.Senatus.illo tit.Alius & probabilis caſus inferri poteſt ex d.§.item Senatus.ibi,teſtamento codicillíſve ſubſcripſerit.ſatis enim videtur ea ſubſcriptione legatum approbaſſe,modò conſtiterit id illum intellexiſſe.Bologn.annota.ſua ad prin. d.l.ſi quis legatum. adiecit notarium poſſe id ſibi teſtamento alieno aſcribere , quod mercedem ſuam non excedat,quod tamen nullius autoritate comprobat.Addo præterea tutelæ onus,aut aliud,notarium iubente teſtatore,ſibi poſſe aſcribere,neque eum poſtea excuſantem admitti. l.ex ſententia. ff.de teſtament.tut. id tamen verum eſt ſi idoneus reperiatur : quia aliter ex eo quòd ſibi tutelam affectauit , ſuſpectus eſt. l.vxori.§.qui ſe filio.ff.de falſ. Quantum autem ad teſtem attinet,id erat edictum ſuprà §.cclxxxix. Et cùm duobus tantum teſtibus cum notario , aut ſine eo quatuor teſtibus compleatur ſtatutaria ſolennitas teſtamenti , illa præciſè obſeruanda eſt , & teſtes eos eſſe oportet , quos nec exceptio , nec factum ipſum eleuet. carere enim debent omni ſuſpicione,tam quo ad perſonam,vt ſcilicet ſint honeſtæ,& inculpatæ vitæ : quàm ex cauſa, vt neque lucri, neque gratiæ cauſa eos teneat. l.teſtium. in principio. ff.de teſtibus. ſua enim res eſt ſi legatarij ſint : & ideo idonei non ſunt.l.nullus. illo titulo.

Tutoris filiū an adultum poſsit inſtituere.

Notarius quā poteſt ſibi aſcribere.

Teſtes nō debent eſſe legatarii.

§. CCXCIII.

LEGATAIRES ne peuuent de leur autorité,prendre les choſes à eux leguees , ny eux en dire ſaiſis ; mais fault quelles leur ſoient baillees & deliurees par les mains des executeurs ou heritiers dudit teſtateur.

Legatū per manus hæredis accipiē.

Executor loco hæredis.

ID FERT diffinitio legati, quod est donatio quædam à defuncto relicta & ab hærede præstanda.§.legatum itaque est. Instit.de lega.& l.legatum.ff.de lega.j. ex his enim verbis,ab hærede præstanda, resultat, vt per eius manus accipiatur.faciunt nota.in l.cùm hæredes. in princ.ff.de acq.poss. Nec hic superuacuo additum est,executeurs ou heritiers : quia hac consuetudine valet testamentum, in quo nullus hæres scriptus est. supra §.xcij. Ideo executor loco hæredis scripti habendus est.c.cætera.cum ibi not.de testa.& per Bart.in l.centurio.in ij.quæst.prin. de compendiosa substitutione facta per verba merè obliqua.ff.de vulg.& pupil.substit.& latè Boër.decis.xxiiij.numer.47.part.ij. Hinc executores ex testamento pro legatorum solutione & traditione conueniuntur,nullo dato hærede.l.nulli.C.de episc. & cler.& per Bart.in l.hæreditas.ij.ff.de hæred.instit.& tenetur de omni culpa,prout teneretur hæres principalis. vt dicit Bald. in d.l.nulli.& Ioan.de Imol. in l.cùm res. §.culpa.ff.de lega.j.& nouissimè Zas.in §.ex maleficijs.ad medium.Instit.de actio.

§. CCXCIIII.

DONATION faite par testament & derniere volunté, à cause de mort, se peult changer, diminuer, accroistre, & reuoquer:nonobstant serment fait de non reuoquer.

Donatio causa mortis iurata non reuocatur.

CONTRA iuris dispositionem, quo religione iurisiurandi huiusmodi libertas restricta est. vt suprà scripsimus §.ccxxij. Vltra adde quæ notata sunt in l.cùm pater filios.§.filius matrem.ff.de lega.ij.

§. CCXCV.

EXECVTEVRS de testamens daucuns defuncts sont dedens lan & iour du deces & trespas, pour laccomplissement du testament, saisis des meubles & conquests du defunct iusques à la concurrence des ordonnances & dispositions contenues audit testament. Et ou il ny auroit meubles & conquests suffisans, sont saisis lesdits executeurs des propres dudit defunct, iusques au paracheuement de la quarte partie de tous ses biens pour laccomplissement dudit testament. Sinon que lesdits heritiers mettent es mains desdits executeurs meubles suffisans pour laccomplissement dudit testamēt. Car en ce cas lesdits executeurs apres quilz seront saisis desdits meubles, ne se peuuent plus dire saisis des biēs dudit defunct. Mais si en la succession du defunct ny auoit meubles & conquests suffisans pour laccomplissement dudit testament, ou que les heritiers ne voulussent bailler argent pour lac-

complir:

complir : en ce cas est permis audit executeur vendre des propres heritages dudit defunct, iusques à la quarte partie, pour laccomplissement diceluy, à faculté de reemere, si faire se peult, sinon à perpetuité, les heritiers appellez: pour de largent prouenant dicelles venditions mettre à execution ledit testament. Et ne sera lexecuteur, ou executeurs dessaisis des choses dessusdites, dedens lan & iour du trespas, pour quelque offre que lheritier puisse faire daccomplir, ou faire accomplir ledit testament.

ORDO bonorum testatoris erogandorum ad testamenti executionem, sumptus est ex l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vbi primò res mobiles distrahi debent: quorum pretium si suffecerit, bene est: si non suffecerit, etiam soli pignora capi iubentur, & distrahi: Adeo quòd si nulla mobilia omnino sint, à soli rebus incipiendum est. Sunt enim ij executores, quibus testator voluntatis suæ absolutam perfectionem commisit. Exequi enim absoluere, aut perficere est. Inde exequiæ dictæ, funebre officium quod in defuncti testatoris funere illi exequuntur: primaq; eorum solet esse cura & sollicitudo. Et licet eorum plures quàm duas species quidam descripserint, tamen in summa aut legitimi, aut testamentarij sunt. Illi muneris publici functione necessaria, hi verò priuata testatoris commissione eius voluntatem exequuntur. nam cùm nihil magis hominibus debeatur, quàm vt eorum postrema iudicia obseruentur. l. j. C. de sacrosanct. eccles. modo tamen vtilitati publicæ non repugnent. c. cùm Marthæ. §. cæterum. de celebra. missa. & ca. vltima voluntas. xiij. quæst. ij. è repub. esse visum est, magistratus quosdam creari, qui hanc rem obseruarent: Et quod ad pias causas attinet episcoporum officio incumbere. vt latissimè scriptum fuit in l. nulli. C. de episcop. & cler. quæ lex expressè meminit horum legitimorum executorum. vbi Fab. datiuos addidit ex l. [illegible] ff. de adimen. leg. His tamen legitimos præferri dicit. ex c. cùm sit. & c. fi. de iudic. Si verò de re temporali & alia quàm pia causa agatur, ciuiles magistratus exequi possunt. vt dicit idem Fab. in d. l. nulli. nu. 2. facit c. si hæredes. de testa. & §. si quis ædificationem. in authen. de eccles. titu. & inter eos & ecclesiasticos executores, locus est præuentioni: vt ibidem. Et quia testamentariorum vsus est hodie frequentior, & statuti materia propria, his magis immorabimur in glossis sequentibus, & §. seq. & maximè cùm his tantum aut non datis, aut omittentibus exequi, legitimorum officium incipiat. c. fi. de testa.

Exeq. vēdi testa. ne. sui ordo. *Executor.* *Exequiæ.* *Executores aut legitimi, aut testamentarij.* *Executores datiui.*

SAISIS.

MVLTVM. retulit an heredes certi scripti sint, an verò pauperes CHRISTI, aut an omnino nullus. Primo casu executor, dum pias causas expedit, recta & præsenti manu ex hæreditarijs rebus quantum sufficiat, auferre potest, vt nomina exigere, rerum detentores cogere. liberanturq; debitores qui huic soluerint. Et si agendo concurrant hæres & executor, præferri executorem voluit Specul. in titu. de instru. edit. §. nunc verò aliqua de vltimarum voluntatum. versic. notandum. & hunc sequitur Ioan. Fab. in d. l. nulli. nu. 23. glo. in l. Lucius Titius. §. j. in ver. non posse. ff. ad Trebell.

Executor qui suo iure possit exequi et accipere.

facit

facit l.alio hærede.ff.de alim.lega. Si verò de alijs quàm de pijs causis agatur, nihil potest suo iure,sed per manus hæredis recipere debet quæ necessaria sunt: nisi testator nominatim expresserit id velle. nam nudus est minister, eiusq; munus tale est, quale voluerit testator,ex cuius concessione tota huiusmodi potestas dependet. Quòd si simpliciter commissus est:nec expressum sit,qua potestate: eo casu,sicut & in omni alio non expresso,ad iuris interpretationem refugiendum est.Legatarij igitur eodem casu vicem obtinet.l.si quis Titio decem. in prin.ibi,nisi duntaxat vt ministrum Titium elegerit.ff.de leg.ij.facit l.penul.§.j.ff.de adim.leg.Imo nec actionem propriam habet executor contra hæredem.vt dicit tex.in d.l.Lucius Titius.§.Mæuia. ff.ad Trebellia.nisi tamen ex eius commissione & ministerio commodum sit assecuturus,quia eo casu actionem habet.d.l.si quis Titio decem.in princ.& l.codicillis.in princ. ff.de lega.ij.& l.si legatarius.& l.pater.§.Tusculanus. ff.de lega.iij. Igitur primo casu, vbi commodum non habet,officium iudicis implorabit executor: vt dicit Bart.in d.l.si quis Titio.& Specul.§.suprà allega.quid si hæres.Nec erit hæres ferendus, si differat recusando id tradere quod in hæreditate est.l.cùm res.& l.domus.§.in pecunia.ff.de lega.ij. Iudicis enim officio quemadmodum hæres compelli potest tradere quæ desiderantur:ita & si executor acceperit,differatq; exequi,ferendus in eo non est:sed eodem officio cogendus est. d.l.si quis Titio. Alijs verò duobus casibus, cùm scilicet CHRISTI pauperes scripti sunt hæredes, aut omnino nullus, quia executor loco hæredis est, hæreditatem in manu habet, distributurus prout viderit, ad testamenti complementum.d.l.nulli.& l.id quod pauperibus. & l.si quis ad declinandam. C.de episc.& cler.vt per Bart.in l.hæreditas.ij.ff.de hæred.instit.

Executor quando contra hæredem actionem habeat.

Executor quæ recepit cogitur exequi.

VENDRE.

Executor quando potest vendere.

ALIO hærede instituto, executori distractio rerum hæreditariarum vetita est. l.alio hærede instituto. ff.de alim.& ciba.lega. nisi tamen hoc ei testamento permissum sit.argu.d.l.si quis ad declinandam. A iuris interpretibus ita distinctum est: vt scilicet particularis executor, certo hærede scripto, non posit vendere. vt dicit Io. Fab.in d.l.nulli. numer.27.alleg.Specul. Quod si executor sit vniuersalis, nullo aut incerto dato hærede,quia vt suprà dictum est,loco hæredis est,liberè vendere potest, vt exequatur, non autem vt abutatur. Et ideo à iure communi parum differt statutum hoc: quia hic de vniuersali agitur. Bart.in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.num.8. ff.de re iud.dubium facit,an ij executores posint vendere,pecunia pretij in creditum emptori relicta? tenetq; non posse,siue vendant,vt pretium in piam causam conuertant,siue in legatorum solutionem.allegat l.si procurator. §.fi.ff.de iur.fisc.nam cùm talis causa impleri non posit,nisi pretio præsenti, eoq; recepto, iam verum est illud per executorem,si fidem de pretio habeat. Tamen idem Bart. in d.l.alio hærede.ad fi.clarius exprimit, si executori libera concesio facta est, eum posse habere fidem de pretio: modò tamen bona fide faciat,& dolus absit.per tex.in l.qui Romæ.§.Callimachus.in finali respon. ff.de verb.obliga. & hanc declarationem sequitur Ias.in d. §.sed si emptor.num.8.qui & ibidem numer.11.notat, quòd fides pretij haberi potest: tempus tamen executionis excedi non potest: adeo vt necesse sit pretium solui eo tempore, quo potestas executorum durat, id est, intra annum. Aduerte præterea ad nostrum hoc statutum, tutius executorem agere, si publica auctione distrahat, ne fraudis opinione prægrauetur: iuxta d.l.à diuo Pio. §.in venditione. Aduerte item consang

Executor vendens an posit fidem pretij habere.

Executor vendens debet publicè vendere.

consanguineum testatoris rem soli venditam ab executore siue clam, siue palam, ab emptore iure retractus consuetudinarij posse auocare, pretium offerendo, aut obsignando si recusetur. vt infrà tit.proprio, §.ccccLxxj.

LES HERITIERS APPELLEZ.

GLO. dicta singul. in c.statutum. §.assessorem. de rescript. in vj.tenet contra: tamen præsupponit executori liberam potestatem datam esse: adeo vt eius arbitrio omnia credita sint. Alia glo.pro statuto nostro est in cle.j. in verb.oneramus.de iur. patro. Petr.de Anca.in cons.371.incipiente, Primò & ante omnia.tenuit,quòd etiam si executori commissum sit cum libera, alimenta decernere, prout tulerit eius conscientia,oportere tamen hæredes aut adesse, aut vocari: cùm illa decernuntur. & simile voluit Geminianus,in d.c.statutum.§.assessorem.& Ias.in l.si sic legatum.nu.13. de lega.j.& Io.Fab. in l.nulli.numer.24. C.de episc. & cler.allegat text.elegantem & ad id expressissimum, in l.legatum ciuitati. ibi, adhibitis hæredibus & primoribus ciuitatis,dispiciendum esse in quam rem conuerti debeat fideicommissum: vt memoria testatoris alio & licito genere celebretur.ff.de vsufruct.lega.relucent enim infinitæ causæ,quibus hæres negligendus non est: & maximè cùm sua intersit: ideo eo non vocato nihil agendum est.l.de vnoquoque. ff.de re iudic. & l.cùm verò. §.euocari autem oportet eos. ff.de fideicomm.libert. facit l.si deserta. C.si propter public. pensita.

Executor debet hæredē uocare in omnibus.

DEDENS LAN ET IOVR.

LEX ciuilis & Pontificia decreuit, vt infrà annum executor peragat quæ sibi commissa sunt,aliàs episcopus rem in manu habet,executore excluso.l.si quis ad declinandam.& l.nulli.C.de episc.& cler. & §.si autem pro redemptione. in authen.de eccles.titu.authen.hoc amplius.de fideicom. & in authen.vnde sumitur.de hæred. & falcid.§.si verò non implens.c.nos quidem. c.si hæredes.& c.tua nobis.de testa. Nec potest testator facere,quin anno elapso episcopi vices suas non impleant.d.§.si autem pro redemptione. tamen potest testator substituere alium executorem primo dissimulanti, aut impedito: & eo modo annum episcopi differre: & sic si non expressè, at certè tacitè. vt declarat Ias.in l.si fundum sub conditione. §.Stychum. numer.16. ff.de lega.j.Idem Ias.in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.numer.11.notat executionem piorum legatorum fieri debere intra sex menses. allegat c.nos quidem. c.si hæredes. & c.Ioannes.de testa. Dubium fuit quando incipiat id tempus,& distinctum ita: vt legatorum piorum executioni sex menses ascripti incipiant à testamenti insinuatione. §.si legatum.in authen.de eccles.titul. In cæteris autem,vbi annus datus est, incipit à die monitionis.d.auth.hoc amplius. Vsus tamen omnibus annum præscripsit, cuius initium assumendum est à testatoris decessu.

Exequendi tempus.

Executoris annus quomodo differatur.

Executionis testamēti annus quando incipiat.

§. CCXCVI.

VN EXECVTEVR testamentaire ayant commencé son execution est tenu la paracheuer, & rendre conte par deuant le Iuge ordinaire: & pour ses vacations & salaires, se peult adresser

audit Iuge, qui les luy taxera selon quil verra estre à faire, sinon que le testateur par sont testament en eust ordonné aucun salaire. Et est creu ledit executeur par son serment des fraiz du conuoy, aumosnes, & messes celebrees.

EST TENV PARACHEVER.

Executoris munus ut liberũ est suscipere, ita et exptũ exequi necessarium.



T INITIO liberum est munus id non suscipere, ita susceptum siue tacitè, siue expresè, consummare necessarium est. Nec excusantem admittunt leges eum, qui officio & voluntate magis, quàm necessitate ad id peruenit. arg.l.in commodato.§.sicut autem voluntate & officij. ff.commod.& c.vnico.co.tit. & glo.in c.ex causis. de elect.tex.est expresior in l.si mandauero. §.sicut autem liberum est mandatum non suscipere. & in l.si quis alicui. §.qui suscepit. ff.mandat. & §.mandatum non suscipere.Institut.manda.elegans est text. in l.Labeo. §.tametsi neminem Prætor cogat.ff.de arbit.neque enim decipi debet, qui virum sibi vt bonum elegit: nec rursus ferendus est executor qui post cœptam executionem, & cognitas testatoris intimas facultates, ita abire impune volet, re non absoluta. quod & apertius executoribus his nostris interdictum est.in c.Ioannes. in fi.de testa. ibi, post mandatum susceptum, per dyocesanum cogi debet explere testatoris vltimam voluntatem. facit l.vxori.§.j.ff.ad leg.Corn.de fals.& l.ex sententia.ff.de testa.tute. Cæterum inuitus neque admittere, neq; exequi cogendus erit, etiam si pium sit id, quod exequendum est. vt dicit Panor.in d.c.Ioannes. Sunt tamen causæ, quibus etiam ei qui admisit & exequi cœpit, licet desistere, superiori necessitate remissa. veluti si quis ita ægrotus fuerit, vt cogatur etiam à suis negotijs omnino abstinere. Similiq; de valetudinario, qui tutelam susceperat rescriptum est.in l.non solum.§.fi.ff.de excusa.tuto. Aduersa etenim valetudo, non tantùm ne incipiant, sed etiam vt ab accepta excusentur, iusta causa est.l.& non tantum. illo tit. Vt & furor.l.idem Vlpianus. §.furor. illo tit. Debet tamen valetudinarius illico denuntiare hæredi, vt per alium exequatur. Quòd si plures sint testamento dati, cùm liberum sit id onus assumere, vt suprà dictum est, vno recusante in cæteris recidit, iureq; accrescendi in totum executores fiunt.nisi horum executio adeo limitata sit, vt nihil commune inter se habeant: quia tunc cessat ius accrescendi.vt dicit Ias.in l.re coniuncti.numer.199.de lega.iij. Quòd si omnes acceptent aut expresè, aut tacitè, nec facilè conueniant: quærebatur, an vnus præsens cæteris absentibus possit exequi solus? & distinctum est, an executio commissa sit pluribus limitatè & separatim, distributumq; cuilibet, quid sibi agendum sit: an verò coniunctim omnibus.& rursum si coniunctim & non distributiuè, an ad factum certum & à testatore determinatum, adeo vt nihil supersit nisi nuda executio: an verò ad factum insertum quod remissum est ad arbitrium & conscientiam executorum. Primo casu, cuilibet factum sibi separatim commissum explendum est, nec vnus pro cæteris exequi potest: cùm testator videatur ad singulorum industriam attendisse. iuxta ea quæ not.Bald. in l.& in epistola. in fi.C.de fideicom. alleg.glo.in l.sicuti. ff.de arb. Secundo casu, vnus solus potest exequi etiam si cæteri præsentes sint.c.fi. §.fi.de testa.lib.vj. nec enim refert per quem fiat executio. vt not. Ias.in consil.100.vol.j.allegat Alber.in d.l.nulli. Tertio autem casu, non potest vnus solus expedire, quia omnes conuenire debent, ijsq; vt coniunctim res credita est, ita & sepa

Executores cur fiant necessarij.

Executores testa. quãdo abeant à cœpta executione.

Accrescẽdi ius ĩter executores.

Executor unus ex pluribꝰ alijs absentibus exequi an solus possit.

& separatim exequi non possunt.d.c.fi.& per Ias.d.conf. qui id dilucidè declarat, vt scilicet si longè absiut cæteri, præsentis factum admittendum sit. Quòd si absentia sit modici temporis,expectandi sunt. & ita not.Ioan.And. in d.c.fi.& Bald.in d.l.nulli. Nec enim cùm proficiscuntur peregre possunt substituere, quia id manu sua absoluere debent. vt dicit Bart.per illum text. in l.per hanc. in vers.per suam manum.de erog.milit.anno.lib.xij.C.facit text.in l.vnica.§.ne autem suis manibus.C.de cad.tol. & in l.j.in princip. ff.de eo per quem fact.erit.Ias.in l.quod quis. numer.3.& 4. C.de procur.& in l.à iudice.C.de iud. Adde item, quòd si plures sint quorum arbitrio res sit credita, non possunt singuli separatim votum suum sequi, quia licet non faciant collegium, l.cùm in eo ff.de pact. tamen debent inuicem conuenire & arbitrari. l.si vnus.§.fi.cum l.seq.ff.de arb.nec enim id officium diuidi potest, nisi testator diuiserit.vt declarat Ias.in l.si quis à filio.§.si patri.in fi.ff.de lega.j.

Executor nõ potest substituere.

Singuli non audiuntur, qui inuicem debent cõuenire & arbitrari.

RENDRE CONTE PAR DEVANT LE IVGE.

APVD iudicem autem id fieri solet. l.Lucius Titius seruo. ff.de manumiss.testa. Sed tamen si partes petant,aut velit iudex, ad auditorem (quem arbitrum lex ciuilis vocat) rationes excutiendas reuocabit.vt dicit Vlpia.in l.si cùm libertas. ff.de cond. & demonstra. Nec adiecit statutum, ad reliquorum restitutionem executorem teneri,cùm etiam id omissum satis pro expresso sit,iure communi dictante: vt expressum est in l.si ita sit scriptum.in fi.ibi, & in reliquis quoque reddendis. ff.de manumiss.testa. Nudus enim minister est, nec apud se retinere,quod reliquum est, potest. l.si quis Titio.cum glo.j. ff.de leg.ij. Quòd si certa summa relicta sit executori, ad exequiarum celebrationem,si minus erogauerit, hæredum commodo reliquum proferre debet. vt dicit text.in l.Lucius Titius testamento. §.à te peto. ff.de lega.ij.& l.si quis ita libertatem. §.si duo serui. ff.de statu lib.& d.l.Lucius Titius seruo.de manumiss.testa. Huius autem rationalis negotij iudicium ita expediendum est, vt nec administrator,nec hæres sit nimium delicatus: sed quidquid est,id omne in arbitrium boni viri conijciendum est.l.Thais ancilla. ff.de fideicom.liberta. Quòd si in testamento scriptum est,quid in funus aut legata erogandum sit,expeditior res est, l.cùm in testamento scriptum est.ff.de verbo.& re.significa.l.quibus diebus. §.fi.ff.de conditio.& demonstra.& d.l.Lucius Titius testamento.§.à te.ff.de lega.ij. nec enim plus quàm disposuit testator,consumere licuit executori.l.qui aliena. §.libertos.ff.de neg. gest.& l.hæreditas.§.si defuncto.ff.de petitio.hæred. Quòd si arbitrio executoris res commissa est,nec specialiter expressum quid expendendum sit,tunc ex bono & æquo tota res dependet. Aequum autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus est, ex causa,ex tempore, ex bona fide: vt neque plus imputetur sumptus nomine quàm factum est: neque tantum quantum factum est, si immodicè factum est. debet enim haberi ratio facultatum eius in quem factum est: ipsius item rei quæ sine causa vltra modum consumitur: vt si modica sit summa,hæres: si immodica,eam executor ferre debeat. verba sunt Vlpia.in l.at si quis impediat. §.hæc actio quæ funeraria dicitur. ff.de religio.& sumpt.fune. Sumptus item bona fide factos repudiare hæredem non oportet, sed curandum vt indemnitatem administrator consequatur. l.j. §.sed nonnullos casus. ff.de tutel.& ratio.distrah. & maximè cùm bonæ fidei sit id iudicium,ex fide vtriusque rem peragi æquum est.d.l.Lucius Titius seruo.sufficere enim debet, si eam rationem, quam bonus paterfamili.reciperet, impleat. vt dicit text.in

Rationes iudex,aut arbiter audiat.

Reliquorũ restitutio semper intelligitur.

Rationale iudiciũ quàm æquum sit.

Funeris impẽsa quomodo æstimet.

Rationes quæ admittendæ ex bono & æquo.

 l.qui

l.qui filium impuberem.§.fi.ff.de manu.testa.& in l.si ita sit scriptum.illo tit. Quantum autem ad salarium attinet, potest iudex id reputare cum rationibus: & eligere debet executor, compensare malit, an verò petere.arg.l.j. §.præterea. ff.de contrar.iudic.tute.

EST CREV PAR SON SERMENT.

Iusiurãdum rationes reddentis quod sit admittẽdum.

LEX ciuilis iusiurandum admisit administratoris, sumptus rationabiles & non immensos ascribentis.l.si quis pro redemptione. vers.quòd si aliqua dubitatio. C.de dona.pro cæteris autem omnino reiecit:vt dicit Bart.in l.quæ sub conditione. per illum tex.ff.de condi.& demonstra. & Paul.in l.scimus. §.in computatione. C.de iure delib.& clarius per Ias.nominatim in executoribus testamentarijs.in dicto §.in computatione.num.7.& per Ioan.Fab.in l.nulli. num.24. C.de episcop.& cler. vbi decidit executorem iurantem nullo modo suspectum esse debere. Item & licet homo sit probatissimæ famæ, tamen hæredem contra sumptuum summam iuratam, probantem admitti æquum est.vt dicit Bal.in l.j.per illum tex.C.de iudic.& cano. in c.proposuisti.ff.de iudic. Quòd si subdolæ huius affectionis vmbra subuolet, & suspicionibus etiam leuibus prægrauetur, non auditur huius sacramentum.vt per glo.in c.in lectum.iij.quæst.ix. Hoc autem statutum negotia omnia eadem non æstimauit: sed ita selegit, vt ea quæ publicè & minutatim fiunt coram omnibus, iureiurando decidantur:vt sunt funeraria, conuiuia, exequiales pompæ, & publicæ eleemosynæ. nihil enim horum nisi palam fieri potest:cætera verò quæ clàm, aut non adeo apertè fiunt, scripto comprobari debeant aut testibus: vt legatorum solutio, æris alieni satisfactio, & alia plura quæ hæreditatem tenent. quorum omnium superiorum rationes conscribere officio executoris incumbit, & iudicis erit videre, quæ admittenda, & quæ reijcienda sint.l.j.§.officio.ff.de tutel.& ratio.distr.

Iusiurãdum suspecti non auditur.

Executori quæ probanda sint, & quæ nõ probanda.

§. CCXCVII.

LES legataires daucuns testamens, apres deliurance de leurs laigs à eux faite verbalement par lexecuteur, ou executeurs du testament, se peuuent dire saisis des choses à eux leguees, & pour raison dicelles peuuent prendre & intenter complainte en cas de saisine & nouuelleté.

Executores ad legata tenentur.



ATERIA est §.ccxciij.quam iuri aptauimus.executores enim vt ibi amplè dictum est, loco hæredum habemus, & legata tradere tenentur.& in eos legatarij actiones habent proprias. vt latissimè per Cornæum consilio 76. nume.1. 2. & 3.

§. CCXCVIII.

LES EXECVTEVRS peuuent receuoir les debtes du defunct, dont les obligez & cedules leur auront esté baillees par inuentaire

uentaire, non autrement, sans le sceu & consentement de lheritier, ou heritiers.

OAN. FAB. in l.nulli.numer.23.C.de episcop.& cleri.post Specul.scripsit, executorem posse defuncti debitores cogere & liberare etiam concurrente, aut reclamante hærede.suprà diximus §.ccxcv.in glos. saisis. Ideo hic non repetimus.

DES SVCCESSIONS.

TITVLVS XXV.

§. CCXCIX.

LE MORT saisit le vif son plus prochain heritier habille à luy succeder abintestat, sans apprehension de fait.

ENERALIS est lex regni huius, sæpius edita, tam statutis municipalibus, quàm vniuersali vsu & consuetudine Franciæ obseruata etiam in his prouincijs quæ iuris scripti vsum habent. Similis est Mediolani, Placentiæ, Senis & alibi in Italia.vt dicit Ias.consil.147.num.2.vol. ij.& consil.85.in princip.vol.iij. Sunt qui circa hanc temere se affixerunt, potestatemq; eius iuris regulis metiri voluerunt: inter quos est Bald.in authent. defuncto. in iij.quæstio. in fi.C.ad Tertullia. Dicit enim talem possessionem fictam parere solum posse interdictum adipiscendæ: sed recuperandæ non posse. Illam alibi vocat artificialem, quòd consuetudinis artificio inducatur. in rubr.de caus.poss.& proprie.Ang.illam vocat ciuilissimam, in l.j.ff.de distract.pigno. Huic contentioni & similibus inhæserunt longis paginis Benedict. in repetitio.sua, verb.mortu. itaque testatore.ij.num.71. & seq.Guid.Pap.quæst.ccccclij. & alij plures. De hac autem, vt solet de cæteris, resolutiuè scripsit Io.Fab.in §.summa.Institu.de interdict.in §.alteri. de inutil.stipul.in §.sui.de hæred.qual.& differ. Sed vtcunque sit nemini quantumuis excæcato non satis constat iuri omnino dissonam esse.per l.cùm hæredes.in prin. ff.de acq.poss. Quòd si suis lex ciuilis continuationem alicubi fecit possessionis, vt certè satis clarè non fecit. l.cùm miles. cum glo. ff.ex quib.caus.maio.emancipatis certè, aut extraneis neque dominium nisi adita hæreditate, neque possessionem nisi naturaliter comprehensam quæri voluit. d.l.cùm hæredes. Igitur sequendum erit statutum sine alia disputatione: & huius verbis inseruiendum. l.j. §.si nauem. ff.de exercito.nec vlterius disceptandum de iure communi, vbi statutum habemus: vt dicit Bald.in l.Gallus.§.si eius.per illum text.ff.de lib.& posth. in c.quoniam frequenter.§.quod si super.in fi.vt lit.non contest. & in c.significante.de appella. Nec enim ratione iuris destituitur: imo ab ea fundamentum habet. vt in l.hæres in omne ius. ff.de acq.hæred. vbi nihil exceptum est quod non transferatur, sed absolutè omne ius mortui transmitti dicitur in hæredem. Specialiter tamen quædam à lege desiderata sunt. d.l.cùm hæredes. Sunt item qui statuti huius regulam restrinxerunt. Primò, vbi agitur de naturali possessione tantum & iure quod personæ defuncti cohæsit, vt vsufructu & cæteris quæ vitam, aut personam egredi non possunt. statutum enim

Consuetudo Franciæ super possessionis continuatione de defuncto i successorem.

Consuetudinis qua mortuus saisit uiuum limitationes.

enim quantumuis generale interpretationem recipit à iure communi.l.ij.C.de noxal, c.cùm dilectus.de consuet.not.glo.& Doct.in l.fi.§.in computatione.C.de iur.delib. Ias.in consil.147.num.3.vol.ij.& consil.152.in princ.vol.iiij. feudatarium non vsufructuarium in exemplum proponit. sed quia natura feudorum inuersa est bona ex parte nostris moribus, exemplum id non admittimus. In cæteris autem limitatio vera est. Aliam & secundam adduxit Accurs. in glo.mag.circa finem in d.l.cùm miles. ff.ex quib.caus.maio.& Rapha.Commen. in d.l.cùm hæredes. in princ.cùm scilicet possessio realis est penes alium tempore mortis:tunc enim continuari non potest quæ penes defunctum non reperitur.l.traditio.ff.de acq.rer.domi.& l.cùm alienam.C.de lega. Tertiam adduxit idem Commens.in l.Pomponius. §.quæsitum.per illum text. de acq.poss. & eam refert Ias.consil.147.num.2.volu.ij. cùm scilicet medio tempore alius possessionem apprehenderit. quæ limitatio mihi videtur friuola ad statutum nostrum,sed ad legem ciuilem multum apta,cùm hac sit tempus intermedium mortis & aditæ hæreditatis: illo verò nihil vacuum: cùm ne momento quidem interrumpatur continuatio,quæ fit à defuncto in successorem. Illamq; limitationem pluribus refutauit Bened.in repetit.sua.vbi suprà,num.72.ibi,eo momento quo. Quartam,cùm defunctus viuens contractu constituerit se possidere casu mortis aduenienbte nomine alterius,si sit superstes,vt quotidie solet fieri vxorum commodo. Sed forte illa etiam friuola est. cùm id constitutum valere non possit, tanquam ad tempus remissum, quo nulla futura est possessio. l.j.§.Scæuola. ff.si quis testa.lib.esse ius.fue. igitur non potest operari possessionis translationem,ergo nec impedire statutum nostrum. Sunt qui quinto addant,hæredem sub conditione si volet non recipere commodum continuationis ante voluntatis declarationem. l.iam dubitari non potest. ff.de hæredib.instit. & in eo vbi tempus intermedium est, valet limitatio tertio loco relata. Locum autem habet statutum hoc tam in hæredibus extraneis, quàm in suis, & tam in testamentarijs quàm in legitimis.vt dicit idem Fab. in d.§.sui.& Guid.Pa. in quæst.suprà allega. Sufficitq; eum qui possessionem intendit,iure communi non reclamante,successorem esse: quocunque gradu,etiam extra iura sanguinis,vt patronum, coniugem alterum, & cæteros qui post consanguineorum gradus inuitantur, aut qui contra hos ex consuetudine admitti debent.ut suprà tot.tit.des tailles personnelles. & alio titu.des bastards & aulbains.& infrà hoc titu.quibusdam §§. Religiosis verò & alijs quos Franciæ consuetudo repulit,ea possessio non quæritur. Beneficia enim capacibus & dignis scripta sunt,indignis autem & incapacibus scripta non sunt.l.Lucius.§.Lucius Titius. ff.de lega.ij. Idem erit & de filiabus quæ aut à patre, matre, auis dotatæ nupserunt, aut quæ renuntiarunt. vt infrà specialiter §.cccv. & §.cccix. hoc titu.hi enim à beneficio statuti huius omnino exclusi sunt.

Constitutum post mortem remitti non potest.

Hæres sub conditione, si volet, an fiat possessor.

Hæres siue legit. siue extraneus sit possess.

§. CCC.

SVCCESSION de pere & de mere se part & diuise par testes,& non point par licts,combien que par cy deuant il y ayt eu coustume au contraire.

SATIS

SATIS fuerat abrogasse veterem vsum, & rem ad iuris dispositionem reuocasse, quo per filios in viriles parentibus succeditur, nullo facto delectu, an ex vno, an verò ex pluribus matrimonijs nati sint. vt in §.j. in authen. de hæred. abintesta. & sic statutum hoc iuri communi conforme est. Vsu tamen illo veteri si pater, aut mater filios habuit ex tribus matrimonijs, inæquali tamen numero, vt ex primo duos, ex secundo quatuor, ex tertio vnum: tantundem erat hic vnus consecuturus, quantum quatuor ex secundo. quod iniquum visum est, & nulla ratione ferendum. Chassan. ad §. vij. huic similem titu. des success. apud Burgundos, allegat in comitatu Burgundiæ hunc delectum fieri, & obseruari veterem vsum. Dubium facit an quæ alteruter parens lucratus est ex priore matrimonio, possint æqualiter ab omnibus peti, nulla habita differentia filiorum: inter quos ij qui ex eo matrimonio, vnde hoc lucrum exijt suscepti sunt, videbantur præferendi, cum his luctum lex ciuilis affecerit. l. fœminæ. C. de secund. nupt. resoluit non ab omnibus peti posse: sed ad eos tantum pertinere, quos id coniugium produxit, quo maritus, aut vxor lucrum nanciscitur. vt est tex. in l. cum alijs sanctionibus. C. de secund. nupt. Contra tamen puto hic obseruandum, idq; ita variè, quòd statutum Burgundiæ successionem huiusmodi ad iuris dispositionem remisit. ibi, delaissans enfans de plusieurs licts & mariages, lesdits enfans y succederont par testes selon disposition de droit escrit. hic autem ius ciuile omissum est. & cùm talia lucra hoc statuto fiant propria lucrantium sine reseruatione, vt cætera ad liberos sine delectu coniugij transmitti debent.

Liberorũ successio æqualis.

Lucra ex priore coniugio cui relinquenda.

§. CCCI.

EN SVCCESSION de gens nobles, le filz aisné, ou son filz aisné, apres son trespas, emporte pour son droit daisnesse le nom & les armes du defunct, le chastel, ou maison principale en precipuité & auantage. Et peult ledit filz choisir & eslire tel manoir que bon luy semble: soit paternel ou maternel, si lors du partage la succesion de la mere est aduenue par sondit droit daisnesse.

PVBLICE enim interest, familiarum nomen & dignitatem integra & salua retineri, & porro etiam transmitti. vt dicit Vlpia. in l.j. §. pen. versic. publicè enim interest. ff. de vent. inspic. Quod fieri aliàs non poterit, nisi hoc iure primogenituræ saluo: cùm si promiscuè succedatur, diuisionibus & discordijs res in nihilum tandem recasura sit & abitura. idq; fert communio inter plures. l. cùm pater. §. dulcissimis ff. de lega. ij. Ideo consuetudine Franciæ, inter nobiles ius primogenituræ maximè obseruatur. Alicubi in totum succedit primogenitus, cæteris portione ad victum congrua assignata. iuxta rationem l. maximum vitium. C. de libe. præter. Alicubi dantur tantum alimenta domi. Alibi certa pecunia in legitimæ solutum. vt dicit Guid. Papæ. quæst. ccccclxxvj. & alia quæst. ccccclxxxvij. & Benedict. in repet. sua, verb. in eodem testa. relinq. primo. nu. 158. & 170. & sequentibus. Primogenitus enim ille est, non tantum qui primus viam nascendi aperuit, sed & quem nemo præcedit. dicit tex. in l. qui duos. in fi. ff. de reb. dub. & in l. ex duobus. ff. de vulg. & pupil. substi. vt &

Primogenitura ius publicè utile.

Primogenitus qui dicatur.

vt & ſupremum eum dicimus,quem nemo ſequitur.l.proximus eſt. ff.de verb.& rer. ſignifi.Idq; ius tranſmiſsibile eſt,vt hoc ſtatuto dicitur, le filz aiſné.ou ſon filz aiſné. Primogenito enim aut naturaliter mortuo,aut exule facto, aut aliàs à iuribus ſucceſſorijs repulſo,eius filius primus idem ius nanciſcitur,quod pater habuit:eademq; perſona cenſetur.l.fin.C.de impub.& alijs ſubſti. Quòd ſi aut nullum filium habuit, aut religionem profeſſus eſt, in idem ſuccedit, qui poſt eum ſequitur, cùm verum ſit neminem eum præcedere : & ideo eſſe primogenitum.d.l.qui duos. Fœmina autem tam iure communi, quàm moribus,huius iuris incapax eſt hactenus habita. vt dicit Ioan.Fab.in §.cæterum.Inſtit.de legit.agnato.ſucceſ. & infrà ſpeciali ſtatuto cautum eſt, §.ccciiij.

§. CCCII.

DROIT daiſneſſe ſentend, ſil y ha chaſtel, ou place forte, & il y ha foſſe, ou foſſez, vn, ou pluſieurs enuironnans ladite place, ou baſſe court. Et ſi dedens la cloſture deſdits foſſez,il y ha granges,eſtables, ou autres choſes, ilz demeurent à laiſné ou à ſon filz aiſné, comme deſſus eſt dit. & oultre lenclos deſdits foſſez quarante toiſes de terre, à prendre au bout deſdits foſſez, de toutes pars par dehors, tant que leſdites quarante toiſes ſe pourront eſtendre alentour deſdits foſſez. Mais ſi en quelque endroit dudit chaſtel ou maiſon leſdites quarante toiſes ne ſe pouuoient trouuer, il naura que ce qui ſe trouuera en chacun coſté, & nen ſera ailleurs recompensé. Et ſil ny ha point de chaſtel, ou place forte à foſſé,ou foſſez, il aura la maiſon, & oultre ce,ce qui eſt enclos, ſoit de mur ou de pal ſeruant à la cloſture de la baſſe court, & quarante toiſes tout alentour, à prendre de ladite cloſture, ſoit de mur,ou de pal. & ſil ny ha mur,pal,ny autre cloſture en ladite maiſon, leſdites quarante toiſes ſe prendront à icelle maiſon, le tout comme deſſus. Et eſt la toiſe de ſix pieds.

HOC §.apertè declaratur ſuperior §.& quomodo eo conſultum ſit vti. eaq; eſt forma efficacior legis interpretandæ.l.ſi de interpretatione. & l.ſeq.ff.de Legib.

§. CCCIII.

TOVTEFOIS,ſi dens leſdites cloſtures, & quarante toiſes y auoit moulins,preſſoirs,ou fours banniers,laiſné les pourra retenir,en recompenſant ſes coheritiers de leurs pars & portions dens

lan.

lan. Autrement lesdits moulins, pressoirs, ou fours banniers se partiront egalement. mais s'il y ha moulins, pressoirs, ou fours qui ne soient banniers, ou l'un d'eux dens lesdites clostures & quarãte toises, ilz demeureront à laisné pour sondit droit daisnesse & auantage, sans recompenser ses autres coheritier: Et pendant ledit an de recompense, les fruits desdits moulins, fours, ou pressoirs banniers sont communs.

ID FORTE tam variè, quòd ea molendina, furni, aut prela communia primogenito sine fratrum compensatione quærantur. dominantia verò, quæ bannereta dicimus, non ita, duabus causis: Prima, quòd si communia sint, viliora sunt. Secunda, quòd dominantia fratribus cæteris adimant libertatem similia extruendi, in eorum portionibus: communia verò non adimant.

§. CCCIIII.

ENTRE filles ny ha point de droit daisnesse.

ID ASSERVNT Fab. in §. cæterum. Instit. de legit. agnato. succeß. & Benedict. in repetitio. sua, verb. eodem testa. relinq. j. numer. 191. & suprà diximus, §. cccj. Masuer. titu. de succeß. §. item primogenitus, tres ab hoc priuilegio excludit, plebeios, filias, & collaterales collaterali succedentes. Ias. cons. 84. in prin. vol. primo, tenet contra quo ad collaterales. *Primogenitura ius quũ locum nõ habeat.*

§. CCCV.

FILLE mariee & apparee par pere, ou par mere, ayeul, ou ayeule paternelz, ou maternelz apres le deces de ses feuz pere, ou mere, ayeul, ou ayeule paternelz, ou maternelz, ne peult demander legitime, ny supplement dicelle, ny außi venir à succeßion collaterale dedens les termes de representation, tant quil y ayt masle, ou descendant de masle, soit masle ou femelle heritant esdites succeßions, combien quelle ny ayt expressement renoncé. Mais en succeßion collaterale hors les termes de representation, elle ou ses descendans succedent auec les masles, ou leurs descendans, selon la prerogatiue du degré: & en default de masle, ou descendant de masle, ladite fille ou ses descendans viennent à la succeßion du dernier descendant desdits masles, selon ladite prerogatiue.

IAS. CONSIL. 55.vol.iij.& consil.115.ibi,Sexto facit. ciuitatis Brixiæ statutum simile voluit eo nomine refellere, quòd iuris communis sit correctorium. Id autem exceperunt Bart.in l.fi.§.quoniam.& in l.si filius ff.ad Trebellia.Bald.in l.maximum vitium.C.de libe.præte.& in l.posthumus.§.si quis ex his. ff.de inoffic.testa. Ias.ipse sibi contrarius in cons.11.& consil.24.& 25.vol.j.nouissimè & doctissimè Benedict.in repetit.sua, verb.duas habens filias.num.162. & seq.vsque ad num.188.inclusiuè.si enim,inquit ille,statuto legitima omnino tolli potest,vt posse tenuit Dyn.in c.indultum.de reg.iur lib.vj. & Cyn. in l.sancimus. C.de nupt.magis est, vt statuto eodem dotata excludi ab hæreditate posit: cùm huic dos satis sit, quæ legitimæ loco est. l.quoniam nouella. C.de inoffic.testa.& not.in rem hanc Ias. consil.90. ad fi.ibi, nec prædictis.vol.iij. & Bart.in l.Titio centum. §.Tirio genero. ff.de conditio.& demonstra. Sunt qui id odiosum dicant, quòd odio fœminarum principaliter inductum sit: & præterea sit iuri communi contrarium. d.l.maximum vitium.& in auth.in successione.C.de suis & legit.& auth.cessante.C.de legit.hæred. Et hanc tenet Bart. in l.cunctos populos. C.de sum.trinit. & fid.cathol.& Phil.Dec. in l.ij.C.de in ius vocan. Alij autem fauorabile dicunt,quòd magis masculorum fauorem,quàm fœminarum odium contineat. vt per Bart.in l.exceptionem.C.de condict.indeb.& glo.plenè in fi.in c.sciant cuncti.de elect.lib.vj.Et Bald.in l.j.in fi.C.de secund.nupt.& in l.quod verò. ff.de Legib. & in c.præsentia.de probatio. & secundum id dicit idem Bald.in d.l.maximum vitium.& Paul.in d.l.centum. §.Titio genero. Quòd si nolit masculus vti fauore huius statuti,videatq; dotem sorori promissam, nondum tamen solutam maiorem esse, quàm par sit, sibiq; præstare fœminam ad successionem admitti, potest offerre ius æqualis successionis, iuriq; statutario pro se introducto renuntiare: & eo casu non tenebitur dotem soluere, licet à patre, aut matre constitutam. idem nominatim notauit Bened. vbi suprà citauimus.num.187. Ad rem redeo. Ias.consil.24.vol.j.num.2. tenuit id statutum mixtum esse, vt scilicet quo ad masculos fauorabile sit,& quo ad fœminas odiosum: vnde infert,distribuendum esse respectiuè iuris effectum, vt illorum respectu extendi posit: harum verò restringendum. allegat glo.notabilem in l.venia.super verb.liberis. in fi. C.de in ius voc.& aliam glo.in l.sed & si hac.§.fi.super verb.interueniat. ff.illo tit.& aliam glo. in l.qui bona. §.si alieno.in verbo, debet iurare. ff.de damn.infect. sed siue sit odiosum,siue fauorabile,iure diuino iuuatur,vt Num.XXVII. Dominus ad Moysem.Ad filios, inquit, loqueris hæc. Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filiam non habuerit,successores habeat fratres suos.

Statutum filiarũ exclusiuum odiosum.

Statutum filiarum exclusiuum fauorabile.

Statutum filiarũ exclusiuũ mixtũ.

MARIEE.

NEC igitur sponsa excluditur,cùm odiosè res agatur.text.est express.in l.solet. in fi.vbi nota.Bald.& Ang.ff.de his qui not.infa.& in l.cùm quidam.ff.de lib.& posth. sponsalia enim & matrimonium multum differunt. l.si quis officium. ff.de ritu nupt. Nec sufficere potest, quòd filia tempore mortis parentis, cui succedendum est, desponsata sit & nondum nupserit. vt dicit Cyn.in l.non sine.C.de bo.quæ libe. Oportet igitur nuptam esse filiam,& ijs quidem nuptijs quæ legitimum matrimonium inducunt, non autem si alteruter impubes sit, pendeatq; adhuc cùm moritur parens matrimonij confirmatio: quia eo casu statutum non habet locum. Nisi tamen parentis mors contingat, cùm cœperit filia pubescere: quo casu cùm initium legitimæ ætatis

Vxor et sponsa differunt.

Impuberum legitimum matrimoniũ non est.

ætatis actum comprobet,excluditur filia.iuxta c.j.de desponſ.impub. Quidam ſufficere ſentiunt, ſi ſponſa per ſponſum fuit carnaliter cognita : nuptamq; dici debere, cùm vtriuſque acceſſerit & conſenſus præcedens, & concubitus. per c.is qui fidem. de ſponſal.Nubetur item ſi per verba de præſenti ſponſum ſit: cùm nuptias conſenſus ſine concubitu,non tamen econtra faciat.l.nuptias.ff.de regu.iur. *Sponſa cognita an ſit uxor.*

ET APPANEE.

ERGO & nuptam & dotatam eſſe oportet : quorum alterum non ſufficeret.coniunctim enim requiſita compleri omnino debent:idq; fert vera coniunctiua.l.ſi hæredi plures.ff.de condi.& demonſtra.& §.ſi plures.Inſtit.de hæredib.inſtit. Dotatam autem propriè dixeris, cui ex cauſa matrimonij pater quid certum dederit, etiam ſi dotis nulla ſit facta mentio : quia pro dote intelligitur. text.eſt in l.quod autem. ff.de iure dot. Item & licet multum differant dotem eſſe datam, & eſſe promiſſam tantum.l.ſciendum.§.ſi fundus.ff.qui ſatiſdare cogan.tamen filia dotata dicitur, cui dos conſtituta eſt etiam ſi non ſit ſoluta. vt dicit Iaſ.ad ſtatuti noſtri interpretationem in conſil.11.num.1.volu.j.Bald.in l.non ſine.C.de bon.quæ liber.dicit vulgo Peruſij dotatam filiam dici, etiam ſi dos tantum aſsignata ſit, illamq; excludi conſuetudine ciuitatis.& ita ſentit Accurſ.in glo.in l.j.§.accedit.C.de rei vxo.act.facit l.ij.cum glo. C.de dot.promiſſ. Succedit præterea iuris regula notior, qui actionem habet, rem ipſam habere videtur.l.qui actionem. ff.de regul.iur.& ita elicitur ex §.cccx.infrà in princi.ibi, filz veulent payer la dot à elle conſtituee. Addam hic,eam dotatam dici, quæ dotem acceptam tulit, non tamen ſolutam, etiam ſi tempora non numeratæ dotis excipiendæ exierint, nihilq; iuris ſibi ſuperſit contra fratres hæredes, tamen omnino excludi,cùm à marito,aut eius hærede poſsit dotem conſequi. tex.eſt in l.in his rebus. §.ſi vir ſocero. ff.ſolu.matri.cùm verò maritus eam acceptam fecit,periculum ad eum pertinebit,& perinde eſt,ac ſi pecuniam dotalem receperit,& promiſſori donauerit.verba ſunt tex.in l.vir ab eo.ff.de iure dot. Bar.amplius in d.§.ſi vir ſocero. Quòd ſi patre inconſulto & neſciente nupſerit filia,nulla dote conſtituta, pater deinde teſtamento leget dotis nomine certam pecuniam, excludi filia eo caſu non poterit.vt decidit Bened.in repet.ſua,verb.duas habens filias.nu.163.Tamen aduerte, quòd ſi pater viuens,aut Prætore iubente,aut bona gratia conſtituerit dotem, ſecundum facultatem bonorum filiam excludit. Quòd ſi cautè differat filia vt ſtatutum effugiat,pater inuitæ dotem dare poteſt,ne dolo ſuo ſtatuto illudatur eius commodo. excluditur enim ſi pater offerat.vt dicunt Bald.& Iaſ.in l.fi.C.de pact. Aduerte præterea opus eſſe, à patre dotem de ſuo conſtitutam eſſe, quia ſi de bonis aduentitijs filiæ tantum, illa non debet excludi.vt dicit Iaſ.in l.quoniam nouella.C.de inoffi.teſt. Dubium erit maius,an neceſſe ſit dotem certam conſtitui, nec ſatis ſit declarationem reſeruari : vt ſi conſtituatur talis,qualem pater teſtamento ſuo declaraturus eſt : tunc putarem eam arbitrio boni viri æſtimandam, nec ob incertitudinem admittendam ad ſuccedendum.arg.l.ij.ff.de lega.ij.& l.quæro.ff.de iur.dot.

Dotata quæ dicatur.

Dos promiſſa et nõ ſoluta dos eſt.

Dos ſine numeratiõe accepto lata.

Dotata aliũde quàm à patre, aut matre,nõ excluditur.

PAR PERE.

LEX ciuilis æquum non putauit patrem actione propria compelli ad filiam dotandam, ſed magis ex æquo & bono viſum eſt officio iudicis filiæ ſuccurri patre ſegniter & temere differente, qui ſatis nolle & prohibere dicitur, ſi conditionem nu- *Pater quomodo cogatur ad filiam dotandam.*

bendi & dotandi non quærar. vt dicit tex. in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. Id enim iudicis officium ex æquitate semper desumptum est. l. planè. & l. fi. ff. de peti. hæred. Et ideo si pater inops sit, filia autem diues, ex eo resultat contraria æquitas: & contra patrem cessat iudicis officium. l. si quis à liberis. §. si vel parens. & §. sed & si filius. ff. de libe. agnosc. idq; notauit Bar. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebell. Quòd si pater exiguè filiam dotauerit, illa conqueri non potest, etiam si alleget iuxta dignitatem domus congruè non dotatam. l. quæro. ff. de iure dot. l. si filiæ. ff. de legat. iij. & l. cognouimus. C. de hæret. Reputauit enim lex patrem negotia liberorum tractasse vt decet: & minimè ferendos eos si quærantur, cùm amicum, aut consultorem magis obseruantem & religiosum habere neque præsumantur neque possint: illiusq; factum sequi & non cauillari debent. l. nec in ea. ff. de adult. l. si furioso puberi. in fi. ff. de cura. furio. & l. fi. in princ. C. eod. tit. & l. isti quidem. in fi. ff. quod met. cau. Tamen Paul. Castr. in consi. 110. in septimo dubio notauit, quòd si pater affectus paterni, quo re vera nullus est maior, oblitus dolo filiam circumuenit, illam nihilominus ob patris sordes admitti. Ias. in l. si extraneus. ff. de condict. ob caus. dubium in rem hanc mouit. Ponit enim patrem vita defungi, nullis relictis masculis, sed sola filia, quæ eo viuente nupsit, & vxore, quam ille nesciebat in vtero habere: nasci denuo posthumum. quærit an filiæ dos congrua possit à masculo offerri ad exclusionem? resoluit non posse, etiam si præsumatur pater, si sciuisset futurum masculum, noluisse differre dotis oblationem, idq; efficere vt domus sua salua esset pro masculo. Omitto quæ ille diffusa ratiocinatione deduxit.

Pater inops filiam diuitem nō tenetur dotare.

Filia à patre exiguè dotata conqueri nō potest.

AYEVL.

NEC superfluum fuit dotantem auum nominatim expressisse, cùm aliàs in odiosis neptis dotata ab auo, successione patris non debet excludi. & vt vulgò dicimus: Quod expressè non mutatur, statum suum tenere non prohibetur. l. sancimus. C. de testa. Nec enim verba statuti conijcimus ad legis correctionem, cùm in his extensio coniecturalis periculosa sit. l. apud antiquos. C. de furt. Nam à statuto personæ quæ non enumerantur, censentur exemptæ & omissæ. l. j. in fi. C. de natural. libe. l. j. ff. de inoffic. testa. l. hæc ratio. ff. de donat. inter virum & vxor. Tamen Bald. contra tenuit in consil. 30. nu. 1. volu. j. nihil necesse esse, auum, aut neptem statuto exprimi, cùm nihilominus pro expressis habeantur. Nihil enim refert, inquit ille, vtrum à me, aut ab alio pro me actus absoluatur. l. cùm seruus. ff. de verb. obli. ideo si contemplatione patris auus dotauerit, perinde est ac si pater dotasset. l. profectitia. in princ. ff. de iur. dot. Alia plura habet Bald. in hanc rem verisimilia. sed tu videto ne huius suppletio facilè refelli possit: cùm statuta fictionem non admittant, vbi super rebus, quæ veris casibus exprimi possunt, edicta sunt. l. ait Prætor. §. hæc verba. ff. de nego. gest. sed hic res extra dubium est, vbi casus is fictus nominatim insertus est. Nota tamen hic, requiri filiam dotatam esse ab auo, patre, aut matre viuentibus, idq; innuunt verba statuti, ibi, apres le deces de ses pere & mere ne peult, & cætera. initiò autem illam dotatam esse posuit à patre, matre, auo, aut auia. & denuo subiungit, illam non admitti ad horum successionem. Nam si dotata sit post mortem aut patris, aut matris, sibiq; ius quæsitum sit defuncti parentis successionis, id ab ea tolli non debet. arg. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. l. id quod nostrum est. ff. de reg. iur. & l. cùm maritus. §. fi. ff. de pact. dot. Neque statutum id comprehendit aut tacitè, aut expressè: ergo

Statutū non excluditur quo ad personas.

Filiā parente eo viuēte dotatam esse oportet à cuius successione excludi petitur.

ergo nec tam odiosè ſupplendum.l.ſi cùm dotem.§.j.ff.ſolu.matri.In ſumma dicendum eſt, dotatione vnius horum patris, aui, matris, aut auiæ, filiam à cæterorum & dotantis futura ſucceſsione excludi, portionem autem ſucceſſoriam ante dotationem quæſitam per mortem vnius horum,ſibi ſaluam fore.& ita intelligit Bald.conſi.197. in tertio volumine.

NY SVPPLEMENT.

Filia excluſa ſtatuto à legitima, uidetur & à ſupplemento excluſa.

ALEX. Imol.in l.cùm filio.num.7.ff.de lega.j.ad ſtatutum, quo filia dote ab altero parente conſtituta debet eſſe contenta, dicit illam excludi non tantum à ſucceſſione abinteſtato,ſed & ab ſupplemento dotis,quæ loco legitimæ eſt. l.quoniam nouella.C.de inoffic.teſta.etiam ſi tantùm dicatur,dote ſua eam contentam eſſe debere: & ſi ſpecialiter non ſtatuat illam excluſam eſſe ab eo ſupplemento.& ita ſentijt Bald. in l.ſi defunctus.C.de ſuis & legit.hæred. Tamen idem Bald.ſibi omnino contrarius in l.ſi. C.de dot.promiſſ. tenet exiguè dotatam poſſe agere contra hæredes, vt arbitrio boni viri dotetur.per text.in l.ſi filiæ.ff.de lega.iij.idq; iuuatur ſtatuti vera interpretatione : cùm enim id dotatam excludat, æquum eſt dicere de congruè dotata. arg.l.cùm poſt.§.gener.ff.de iur.dot. Quòd ſi æquum eſt,vt certè eſt,& verbis ſtatuti noſtri omnino reſolutum,ibi, ne peult demander legitime, ny ſupplement dicelle, ideo huius verbis inſeruire debemus. l.j.§.ſi nauem. ff.de exercito.act. & ſic omnino excluditur,nec admittitur ſupplementum petens. vt eodem caſu tenuit Bald.in d.l.ſi. C.de dot.promiſſ. Statutum enim licet duriuſculum, tamen non contra bonos mores,erit ſeruandum.l.proſpexit.ff.qui & à quib.manu.lib.non accipi. Bened.in repet. ſua,in verb.duas habens filias.num.180. Fortius eſt quod dicit Alex.in l.ſi auus.nu.2. C.de libe.præteri.ſic dotatam liberè præteriri poſſe, & illam non audiri, ſi patris teſtamentum nullum velit dicere, ea præteritione. idem Alex.refert Bald.contrariam ſententiam contra Rainer. qui cum omni ſchola negatiuam tenuerat. quæ certè verior eſt.& illam ſequitur Iaſ.in l.ſi emancipati. C.de collatio. nam filia dotata, extranea reputanda eſt,non ſua : vt ibidem dicit Iaſ.& Bart.in l.j.§.ſciendum.ff.de ſuis & legit.hæred.ideo cùm huic neque debeatur legitima,neque legitimæ ſupplementum, & tam ex ſtatuti verbis quàm ex natura excluſionis,etiam ſimplicis,nihil debeat ſperare, aut petere ex bonis patris, fruſtra teſtamentum illa arguit. & ita tenet Bart.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cond.& demonſtra.

Filia excluſa præteriri poteſt.

NY VENIR A SVCCESSION COLLATERALE.

Filia excluſa à ſucceſſione patris an fratri ſuccedat.

DVRIOR eſt hæc pars quàm alia quæuis huius ſtatuti.& ſimilis eſt Burdegalæ. vt refert Benedict.in repetit.ſua,verbo, duas habens filias.num.188. in fi.contra iuris diſpoſitionem, quo filia excluſa ab hæreditate parentum, non prohibetur fratri ſuccedere. vt not.Lud.Roma. in l.j. §.veteres. per illum text.& glo. ff.de acq.poſſ. Nec item renuntiatio facta quantumcunque generaliter hæreditati paternæ, extendi poteſt ad fraternam ſucceſsionem, etiam bonis olim paternis conſiſtentem. l.ſed & ſi plures.§.filio.ff.de vulga.& pupil.ſubſt.conſuluit Angel.conſil.51. nam hæreditas paterna ſemel adita, amplius hæreditas non eſt, ſed fit patrimonium adeuntis. vt dicit glo. in d.l.j. §.veteres.& glo.in l.hæres per ſeruum. ff.de acq.hæredit.& glo.in c.j.in fi.de confeſſ.in vj. multa ad hoc differit Decius in l.hæreditas. ff.de regul.iuris. Sed omnino excluſa eſt verbis ſtatuti, quo iuris immutatio breuis non attenditur. Imo

non tantum à succeſsione fratris excluditur reſpectu bonorum paternorum,ſed aliorum quorumcunque aliunde quæſitorum. Notabile dubium eſt. An econtrario fratres à ſororum ſucceſsione excludi debeant. Alex.Imol. in l.inter ſtipulantem. §.ſacram.num.5.ff.de verb.oblig.id ex pluribus ſimilibus infert.Bal.tamen negat,in l.lege xij.tabul.num.4. ff.de legit.hæred.nam, vt ille, dicit ex vno inconuenienti aliud conſequi maius non debet.

Sorori exclusa an fratres succedant.

TANT QVIL Y AYT MASLES.

Sacerdos fœminam excludit.

MASCVLI clerici, etiam ſi ſacra profeſsi ſunt, hoc ſtatuto includuntur & ſorores repellunt. Nam licet illi laicorum ſtatutis non ſoleant contineri.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutio.& dicantur quodammodo extra corpus laicorum.c.duo ſunt genera Chriſtianorum.xij. quæſt.prima. tamen id in odioſis verum eſt: & generaliter in fauorabilibus illi ſtatutis vocantur, niſi ſpecialiter excluſi ſint. c.ſi in adiutorium.prima diſtinct. Clericatus autem,priuilegium magis quàm odium inducit: vt notatur in l.in promittendo. in princ. ff.de iur.dot. facit c.dilecti.de for.comp. & id refert Bald.in conſil.31.num.2.vol.j.quæ licet vera ſint, tamen aliquantum dubia videbantur, cùm excluſio id genus eandem cauſam nanciſcatur in clerico ſacra profeſſo,quam in fœmina: cùm ſit vterque finis ſuæ familiæ, neuterq; capax eſt conſeruandæ domus:quæ cauſa ſtatuentes mouit.

Castrimorãdi familia.

VETVS & pernobilis Caſtrimorandi, apud noſtrates, familia ſcribenti manum inijcit,& properantem in ſe remorari ſubinuitat. Hæc enim,cùm maſculis, hiſq; viris clariſsimis,multis ſeculis præfloruiſſet,videreturq; adeo celebris & copioſa,vt ſperarent omnes non tantum ſuos ſibi non defuturos, ſed & cæteris propagandis ſufficere: centum ab hinc,plus minus,annis ad maſculum vnum,Ioannem nomine,penè confecta erat: qui maſculum nullum habuit,filiam autem vnicam Annam: Cui ille vt nomine ſuccurreret, vnum ex celeberrima familia de Leuys in generum aſciuit. Et licet id coniugium ad hos vſque dies prolem viris generoſis directo ordine retinuerit, temporis tamen iniuria rerumq; viciſsitudo ad eandem maſculorum penuriam domum detorſit. Ioannes ſecundus primi illius pronepos Aluerniæ Præfectus nullis ſuſceptis liberis,fratrem ſuum Anto.de Leuys eo tempore Ebredunenſ.Archipræſulem, nunc verò ſancti Flori Epiſcopum ſucceſſorem habuit, quatuor ſororibus excluſis ab hæreditate, ſanè quidem opulenta. Idq; tam hoc ſtatuto Burbonio cui maior pars hæreditatis ſubdita eſt, quam ex teſtamento ad ea quæ in hac Forenſi prouincia ſita ſunt,alioquin autem ad Burbonia non valituro. Et licet nominis tam laudati propagatio, ſubſtitutionum item familiæ de Leuys in pluribus certa emolumenta iam quæſita, & in cæteris indubitata ſpes Archipræſulem ſacra nihil profeſſum, ab hiſq; prorſus liberum, forma ſpecioſa & ætate florenti conſpicuum ad connubium mouere debuerunt, ſexcentis familiaribus id amicè ſollicitantibus: nullum tamen vnquam admiſit ſuaſorem aut conſultorem. Cùm etenim aliquot annos dignitates geſsiſſet eccleſiaſticas, ſacra conditione & cœlibatu perpetuo ſecum deliberatis, æterni ignis diligens cuſtos votum retinuit: Indignumq; ille putauit ſecularium rerum facie à religioſo & Chriſtiano propoſito dimoueri, magiſq; mundo quàm CHRISTO obſequi. Didicerat ille ſatis eo delectu plures à via declinaſſe,diuinoq; iudicio, velut ſacrilegos deſertores reputatos ſuo manifeſto naufragio. Idq; eum teſtantem ſæpe audiui, Deumq; exorantem, id ſibi concedi, ne à conſilio vnquam

Anto.de Leuys de Chasteaumorãd laus.

Sacris deuotorũ naufragia post secũ connubia.

quam discederet. Metuendum putabat, quod documento cuilibet est notissimum, vt plerunque, cùm DEVS fortunam mutaturus est, consilia corrumpi sinat, efficiáq; lento successu vt miserrima contingant : &, quod in re non minus graue est, contigisse meritò videantur, casúsq; in culpam transeat. Fœlicem nemo non dicat virum eum, cui talia præuidere à Deo datum fuit : quiá; potuit exemplis alienis agnoscere, quàm infœliciter quamq; magno temere optantis dispendio talia soleant succedere : esseq; pro decreto diuino, vt vbi semel à via deerratum est, in præceps perueniatur. Antistitem hunc ego honoris gratia, etiam si propositum non renuat, hoc sermone sum complexus, vt laude ea dignissimum, quæ inter cæteras summa solet haberi. Omnibus enim censeri debet vita integerrimus, consilio prudentissimus, & proposito sanctissimus. Præterea fatebor ingenuè, vt si quid habeo documenti, facultatis, aut fortunarum, id totum quicquid est, quod quale sit nescio, ab eo acceptum esse. isq; est, qui in tota rerum mearum ratione solus vtranque paginam facit. Ad statutum tandem redeo. Cùm etenim hoc statuto fratres siue filij sorores aut filias respectiuè excludant in legitima ascendentium aut collateralium successione, sæpe contingit, vt commodum sit masculo, suo hoc priuilegio non vti, sororemq; aut filiam præstet asciscere, quàm dotis grandiores summas soluere. Ideo poterit statuti vsum sibi variare, & sororem admittere: vt suprà in prima glo. huius parag. diximus. facit l. ij. §. sed si sunt sui. & ibi Bar. ff. ad Tertul. & Alex. in l. in substitutione. num. 10. ff. de vulga. & pupil. substit.

Laus quæ summa sit.

Ad statutũ.

OV DESCENDANT DE MASLE
soit masle ou femelle.

ALEX. in l. hæredes mei. §. cùm ita. nu. 8. ff. ad Trebell. iniquum statutum esse dicit, Si neptem ex filio masculis ex filia præferat. cessare enim videtur causa prærogatiuæ masculi ad fœminam, si tantum neptis sit. Causa enim sola & ea perpetua fuit, nominis scilicet, domus, & familiæ conseruatio, quæ nisi per masculum fieri non potest. l. j. §. si hæres. ff. de vent. inspic. fœmina autem id præstare non potest, cùm eius posteritas non suam, sed mariti conditionem & familiam sequatur. vt dicit Bald. in l. cum lege. C. de episco. & cler. & Ang. in princ. Instit. de legit. agnat. tutel. Iure igitur debuit cessare effectus : & cùm neuter causam statuti habeat, promiscuè admitti debuerunt ad successionem. Id forte facit lineæ agnatorum fauor : qui valuit etiam in fœminis contra cognationis masculos. l. lege xij. tab. C. de legit. hæredib. & facit tex. in §. item vetustas. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Ideo exclusa fœmina, in consequentiam excluduntur omnes ex ea descendentes, quia alienam familiam subingressi sunt. idq; olim induxit lex xij. tabu. d. l. lege. & id not. Bart. in l. liberorum. ff. de rer. & verb. significa. & post eum Alex. Imo. in l. illam. num. 7. C. de collatio. Tamen statutum nostrum hanc generalem exclusionem non ita ampliauit, sed restrinxit ad fratres fratrumq; filios, quibus occluditur ius repræsentationis. authen. post fratres fratrumq; filios. C. de legit. hæredib. & infrà §. sequenti declaratur. Nam necessitas iuris id tulit, cùm statuta omnia de filijs, extendantur ad nepotes : siue agatur de his admittendis, siue excludendis. vt dicit Bart. in d. l. liberorum. & Alex. in l. qui se patris. nu. 23. C. vnde lib. Si autem in parentum successione concurrant frater & alterius fratris filia, hoc statuto, hæreditatem simul nanciscuntur. Id aliquando controuersum fecit Bal. qui tandem decidit secundum statutum hoc in consi. suprà alleg. nu. 3.

Neptis ex masculo odiose præfertur filio ex filia.

Agnati veteri iure cognatos repulerunt.

Statuta de filijs ad nepotes extendi.

§. CCC

§. CCCVI.

LES TERMES de repreſentation ſont es ſucceſsions directes des aſcendans ou deſcendans in infinitum, & en ligne collaterale des freres & des ſœurs, & de leurs enfans. Et ſe partent & diuiſent les biens dun defunct en ſucceſsion eſtant hors les termes de repreſentation eſgalement entre les heritiers diceluy par teſtes & non par ſtirpes: tant meubles que heritages. Mais dens les termes de repreſentation, leſdites ſucceſsions ſe partent par ſtirpes: tant meubles que heritages.

ES SVCCESSIONS DIRECTES des aſcendans.

Repræſentatio in ſucceſſione directa aſcendentiũ.



AEQVVM enim (inquit Iuſtinia.) eſſe videtur nepotes neptéſve in patris ſui locum ſuccedere. Pari ratione & ſi nepos nepti ſuæ ex filio ſit, & ex nepote pronepos proneptíſve, ſimul vocantur. Et quia placuit nepotes neptéſve, in parentis ſui locum auo, aut proauo ſuccedere, conueniens eſſe viſum eſt, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluréſve nepotes alteram dimidiam. §. cùm filius, filiáve. Inſtit. de hæredit. quæ abinteſt. defer. Tex. eſt ſimilis & amplior multò in §. ſi quis igitur. in authen. de hæredib. abinteſtà. ibi, ſi quem horum deſcendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut alios deſcendentes in proprij parentis locum ſuccedere, & tantum de hæreditate morientis accipere partem, quanticunque ſint, quantam eorum parens, ſi viueret, habuiſſet: quam ſucceſsionem in ſtirpes vocauit antiquitas. Et ex eo textu mihi videntur eſſe notanda verba hæc, aut alios deſcendentes & cætera, pro ſtatuti noſtri terminis, quibus repræſentatio in ſucceſsione directa aſcendentium ad trinepotes vſque, & in ſumma, in infinitum ad cæteros remotiores deſcendentes poteſt progredi: & quouſque per naturam & vitam maiorum licet. vt dicit Maſuer. titu. de ſucceſsio. & vlti. volu. verſi. primo inſuper. Tamen ad trinepotes vix poteſt extendi, multumq́; diu vixiſſe proauus videbitur, ſi pronepotes relinquat, qui quartum gradum obtinent. Vnde factum eſt, vt licet lex ciuilis in infinitum hanc repræſentationem ampliauerit, tamen ſolos pronepotes exprimat: cæteros verò remotiores, qui vix poſſunt obtingere non exprimat. Ad ea enim potius aptari ius oportere viſum eſt, quæ & frequenter & facilè, quàm quæ perraro eueniunt. dicit Celſus in l. nam ad ea. ff. de legib. Chaſſanæus in §. x. ſtatutarij ſui, apparatu puturato & verbis tumeſcenti, in cuiuſdam Scipionis proaui ſucceſsione, caſum expoſuit dictorum §§. cùm filius. &, ſi quis. rationibusq́; pluribus, parum quidem fœliciter delectis, contra diſputat de re à Iuſtiniano tam expreſsè reſoluta ac deciſa, magis chartarum impendio, quàm lectoris commodo. Bal. in c. j. de nat. ſucceſſ. feud. in fi. & Guid. Pap. quæſt. cxxxiiij. & Benedict. in repet. ſua, verb. & vxo. no. Ade. nu. 631. dubium mouerunt, an ſi ſolum repręſentantes nepotes, aut pronepotes inuicem concurrant in hæreditatem aui aut proaui, nullo ſuperſtite aut patruo aut propatruo, debeant in capita ſuccedere,

Repræſentatio deſcẽdentium in infinitum.

Repræſentationis termini de iure communi.

Repræſentatio quæ ſit inter ſolos nepot. aut pronepo. patruo aut propatr. nullo ſuperſtite.

ſuccedere, an in ſtirpes? mirorq; Bened.dubium id dixiſſe maius cùm Iuſti.id apertiſsimè deciderit in d.§.cùm filius. ibi,item ſi ex duobus filijs nepotes exiſtant, ex altero vnus forte aut duo:& ex altero tres aut quatuor:ad vnum aut duos dimidia pars pertineat:ad tres vel ad quatuor altera dimidia. Nihil igitur dubitandum fuit in tam aperto caſu & tam apertè ſancito. Idem Bened.nume.626. ſub eod.verb.dicit repræſentandi ius vltra pronepotes non admitti.nihil allegat. Contra eſt in d.§.ſi quis igitur.in authen.de hæred.abinteſta.ibi,aut alios deſcendentes. vt ſuprà diximus. Idq; fert liberorum ſignificatio,quæ nepotes,cæterosq; deſcendentes continet.vt dicit tex. in l.liberorum. ff.de rer.& verb.ſignific.& expreſsius in authen.de ſucceſsione. C.de ſuis & leg.hær.ibi,nepotes & vlteriores. *Repræſentatio an finita ſit.*

ET EN LIGNE COLLATERALE.

SIC vbique ſtatutum ſecundum legem ciuilem eſt. Nam in ſucceſsione collaterali poſt fratres fratrumq; filios, vocantur quicunque gradu ſunt proximiores:vt pares in gradu pariter admittantur : ideſt vt fiat diuiſio in capita,non in ſtirpes. verba ſunt text. in authen. poſt fratres.ij. C.de legit.hæredib. ſalua tamen ſemper in ſuccedendo prærogatiua horum fratrum, qui vtroque latere coniuncti ſunt : quia quandiu illi ſuperſunt,aut eorum filij,non vocantur qui ex vno latere fratres ſunt.authen. poſt fratres.j.C.illo tit.& hæc omnia dilucidè conſtituta ſunt in §.reliquum eſt. aliàs §.ſi igitur defunctus.in auth.de hæredit.quæ abinteſt.defer. Ideo repræſentatio inter collaterales vnum ſolum gradum habet, ſcilicet nepotum, & ad pronepotes non extenditur : quo cùm ventum eſt,tranſuerſales dicuntur : & omnes in capita admittuntur.d.auth.poſt fratres.ij.& authen.ceſſante. C.de legit.hæredib. & d.§.reliquum. Neque eius filius in patris locum ſubingredi dicitur, cùm agitur de tranſuerſalium ſucceſsione alterius quàm patrui.§.ſi plures.Inſtit.de legit.agnat.ſucceſ.& in l.ij.C.de ſucceſſo.edit.facit l.conſanguinitatis iure.C.de legit.hæredib. & l.auunculo. C.communi. de ſucceſsio.not.Iaſ.conſil.124.vol.iij. Nobilis enim fuit controuerſia, & ferè eadem quam Bened.inter deſcendentes commouit, tamen non ita deciſa per legem, & de qua ſuperiore gloſſa diximus : An ſi inter collaterales fratrum filij concurrant nullo ſuperſtite patruo,an in ſtirpes,an verò in capita ſuccedant, & maximè cùm repræſentent omnes, & æqualis ſit ſuccedendi ratio inter æquali gradu concurrentes: tamen ex vno filio plures quàm ex altero. Azo,in ſumma.C.de legit.hæredib.tenuit apertè in capita eos ſuccedere. Accurſ.contra in glo.in verb.fuerint. in auth. de hæredit. quæ abinteſtat.defer. §.defuncto. & hæc eſt verior & tutior. & eum ſequitur Bart.in l.ij. §.hæreditas. ff.de ſuis & legit.hæredib. & cùm nec textu aut lege deciſa ſit, eorum eodem argumento debet reſolui, quæ de aſcendentibus ex lege ſuprà tranſcripta ſunt.

Repræſentatio inter collaterales finita.

Tranſuerſales qui ſint.

Repræſentatio inter collaterales nullo patruo ſuperſtite.

§. CCCVII.

RENONTIATION faite par fille en ſon contract de mariage, ſentend eſtre faite au proufit de lhoir maſle germain, & des deſcendans de luy, ſans ce quil ſoit beſoing de faire autre expreſ-

 ſion,

ſion,ſinon quil fuſt dit expreſſement,au proufit duquel ladite renunciation auroit eſté faite.

Filia renunciari poteſt ſine dote.

Renuntiatio futuræ ſucceſſionis.

Novvs eſt caſus & diuerſus omnino à §.cccv.qui forte videretur omnino ſimilis aut omnino ſuperfluus : cùm etiam ſine renuntiatione filia quæ nupſit & dotem abſtulit excludatur,commodo maſculi, à ſucceſsione parentis vtriuſque : ſed hic de filiæ ſimplici renuntiatione agitur, quæ ſine dotis conſtitutione liberè poteſt fieri : Item & de alio quàm fratre maſculo aſciſcendo ad renuntiantis portionem. Hi enim caſus omnino omiſsi ſunt. Quantum ad primum,lex ciuilis has renuntiationes nulla ex parte admiſit : ſed expreſsis conſtitutionibus repulit, tanquam dignas odio : ſucceſsionumq; ordinem naturalibus edictis, & diſponendi de ſuo libertatem, hominum arbitrio & voluntate metiri omnino voluit,pactiſq; de non ſuccedendo & de ſuccedendo vetuit impediri. Contrariorum enim,ſi idem ſit conſtituendi ius,vt certè eſt,eadem eſt & ratio & diſciplina.l.fi.§.fi.ff.de leg.iij.& l.j. in princ.ff.de his qui ſunt ſui vel al.iur.& cùm in iure firmum ſit,hæreditatem pacto deferri non poſſe.l.hæreditas.C.de pact.conuent.ergo & illam pacto adimi non poſſe. text.eſt expreſſus in l.pactum. C.de collatio. in l.de fideicommiſſo. C.de collatio. in l.j.& in l.fi.& l.pactum quod dotali.C.de pact.tamen ius pontificium iuriiurando id detulit, vt ſi pactis huiuſmodi additum ſit, valeant contra iuris reprobationem. c.quamuis pactum.de pact.lib.vj. eoq; iure hodie vtimur. vnde omnino ſuperfluum eſt de his amplius ſollicitè agere.lectorem tamen curioſum remittimus ad Benedict. in repetit.ſua,verb.duas hab.fil.à num.189. vſque ad finem notulæ totius. ſed ad ſtatutum noſtrum proprius. Proponit enim filiam renuntiantem, & nuptam. Dotem verò omiſit. Igitur valebit renuntiatio ſiue dos conſtituta ſit,ſiue nulla conſtituta ſit: modò tamen patri renuntiatum ſit,aut ei quem ille nominauerit,idq; à nubente filia: quòd ſi alij quàm patri,non idem,propter hæc verba,Renontiation faite par fille. filia enim patrem relatiua finitione præſupponit.l.ſi cum dies.§.pe. ff.de arbit. l.Iulianus. §.ſi procurator. in fi.ff.de act,empt. & l.j.de cupreſſ.ex luc.Dap.lib.xj. C.& licet dos ſine matrimonio eſſe non poſsit, & vbicunque matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt. verba ſunt Vlpiani in l.dotis appellatio non refertur. ff.de iur.dot. Tamen matrimonium ſine dote eſſe poteſt.authen.præterea. C.vnde vir & vxor. Igitur dubium hic eſt,an filia quæ renuntiauit ſine dote,aut exigua dote conſtituta,& ob eam renuntiationem excluſa,poſsit poſtea ſupplementum petere? quantum ad exiguè dotatam pertinet, ſuprà §.cccv. ſtatutum ſimpliciter dotatas omnes expreſsè ab eo ſupplemento repulit, etiam ſi non renuntiauerint. & ab eo ſtatuto diſcedi non poteſt, Quantum verò ad omnino non dotatam,video an defectum dotis renuntiatio ſupplere poſsit : cùm ſi contra renuntiationem admittas, non tantùm illa erit ſuperflua, imo & maximè incommoda : quæ ferenda non ſunt. Contra ratiocinari poſſumus, vtranque admitti, ſi pari conditione ſint,vt certè ſunt,dotata exiguè & omnino non dotata : vt dicit textus expreſſus in d.auth.præterea.C.vnde vir & vxor.Parum enim & nihil æquiparantur.l.quamuis. ff.de conditio. & demonſtratio.& Bald.& Alex.in d.auth.præterea. Licet enim pro patris affectione pia in filias præſumatur,vt notauimus ſuprà §.cccv.tamen ſi dolo eius filiæ impoſitum ſit, palamq; conſtet, ceſſat præſumptio,& filiæ ſubuenitur.vt dicit præclarus text.in l.fi.C.de dot.promiſſ. Ius enim filiæ prouideri voluit contra patris iniuriam. dicit text. in l.qui liberos. ff.de rit.nuptia.

Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.

Filia nõ dotata,aut exiguè,an poſsit petere dotẽ aut ſupplementũ cõtra renuntiationem.

Dotata exiguè,et prorſus non dotata pares.

Parum & nihil.

ptia. Igitur,si filia aut patris iussu,aut facilitate, aut ignorantia renuntiauit, potest iureiurando prius soluta petere, vt reputatis ijs,quæ pater tempore mortis habuit, secundum dignitatem domus & facultates defuncti, dos vt sibi constituatur aut suppleatur. Quam æstimationem fecit Celsus in l.quæro. ff.de iur.dot. Tempus enim mortis ad facultatum æstimationem considerandum est.l.etiam.§.fi.& l.si patronum ex debita. §.fin.ff.de bo.liberto. Pro superiori filiæ succursu vide Panor.consil.12.& Paul.Castren.consil.177.Adde præterea dotem alimentorum iure moderari debere, & simili dispositione procedere. l.cùm vnus. §.fi.ff.de ali.& cibar.legat. Ideo si dos constituta, ad alimenta & onera matrimonialia non posit sufficere, sine dubio est, hæredes ad supplementum teneri,si facile posint. Et hæc etiam vxor contra mariti hæredes,vltra dotem, potest obtinere, si dos sit exigua & opulenta mariti hæreditas: & est casus d.auth.præterea.ergo & maiori ratione,in patris hæredes obtinere debet. Pater enim alimentorum debitor fuit, quorum loco dos succedere dicitur: vt per Bart.in l.cùm de in rem verso.ff.de vsur.& ea naturali ratione debentur.§.j.Instit.de iur.natur. sustineri igitur potest, non obstante hoc statuto & superiori in §.cccv. id supplementum deberi:cùm iura naturalia statuto tolli non posint.l.j.§.fin.ff.de iusti. & iure. Et vt cætera statuti verba expediamus, ea quæ per filiam renuntiata sunt cedunt commodo hæredis masculi fratris germani renuntiantis,idest ex vtroque latere coniuncti. & ita statuentes interpretantur id verbum Germani, in §.cccxvij. nisi tamen pater expressum voluit cui cedant.vt hoc §. Filia item renuntians amplius sua non est, & testamento præterita non auditur, si id ea causa velit refellere. secundum Bart.in l.j.§.qui habebant.ff.de bono.possesio.contra tab. Et licet illa partem faciat, tamen ab illa excluditur.vt plenè per Guid.Pap.quæst.ccxcv.& Pet.Iacob.in titu.de conditio.ex l.omnimodo.& infrà expresè §.cccx.in fi.

Patris facultates quomodo reputentur.

Dos & alimēta eodem iure procedunt.

Frater germanus.

Filia quæ renūtiauit an faciat partē.

§. CCCVIII.

DONATIONS faites par pere, mere, ou autres ascendans à leurs descendans en precipuité en contract de mariage & faueur diceluy,ne sont subiettes à collation entre les donataires & leurs coheritiers.

IVRE COMMVNI contra est. Nam per filium aut filiam accepta siue donatione propter nuptias,siue ex causa dotis conferuntur,si abintestato succedatur. l.vt liberis. C.de collatio. nisi tamen aut donando, aut aliàs conferri inhibitum sit.authen.ex testamento.illo tit.

Cōferre qui debeant.

§. CCCIX.

FILLE mariee,& appanee, ayant renoncé expressement, ou taisiblement au proufit des masles, ou descendans des masles, sil ny ha masle ou descendant de masle,soit au temps de la renontiation ou apres, & ny ayt que filles lors de la succesion escheant,

ladite fille ainsi mariee succede auec ses autres sœurs: & se peult dire saisie en rapportant, ou moins prenant es succesions de pere & mere & autres.

DECLARATIO est superioris §.vt scilicet obseruetur in his quæ renuntiauerunt: Alioqui si non renuntiauerunt, dotem habent præcipuam iuxta superius statutum. Idq; ferunt verba huius §. ibi, fille mariee & appanee ayant renoncé, quæ adeo cumulata sunt, vt simul concurrere debeant ad veritatem regulæ l.si hæredi plures. ff.de condi.& demonstr.& nota hoc §.eadem esse, conferre donatum, aut eo minus accipere in partem delatæ hæreditatis. text.est in l.dotis quidem, petitio.in fi.ibi, cum eo minus, & cætera.de collatio.C.

Conferre, et eo minus accipere eadẽ sunt.

§. CCCX.

LA PORTION de la fille mariee & appanee, comme dit est, accroist es masles seulement, silz veulent payer la dot à elle constituee ou le reste dicelle. Et silz sont refusans de la payer, & il y ha filles restans à marier, elles succederont à leur sœur mariee, viuant leur pere, auec les masles ou descendans d'eux en payant la dot pro rata, ou reste dicelle. Et combien que ladite fille ainsi mariee ne prenne part & portion esdites succesions, comme dit est, si fait elle nombre, & part auec les autres enfans pour la quotité & computation de legitime.

NOTANDVM ex primo huius §. articulo dotatam eam dici, cui dos est constituta & promissa: & licet nihil huius solutum sit, filiam nihilominus excludi. vt §.cccv. suprà. Nam qui actionem habet, rem ipsam habere videtur. l.qui actionem.ff.de regu.iur. & quæ notauimus eodem §.in glos.appaner. Notandum item filiam exclusam partem facere, & ad eam non admitti. vt latè per Guid. Pap.quæst.ccxcv.& quæ §.cccvij.in fi.notauimus. & ita in specie determinat Bald.in l.vnica.in vj.quæst. ad fi.C.quando non petent.part. & Ang.in l.Papinianus. §.quoniam autem quarta.ff.de inoffic.test.Ias.consil.65.in princ.volu.j.

Dotata est cui tantum dos promissa est.

Filia exclusa partem facit.

§. CCCXI.

LE PERE ou mere, ou autres ascendans en mariant en premieres nopces leurs filles, & autres descendans en directe ligne, pourront reseruer à leurdite fille ou autres descendans en directe ligne, droit succesif de pere & de mere, & autres lignagiers telz que bon leur semble. Mais ladite fille mariee en premieres nopces

& appan

& appanee par ses pere, mere, & autres ascendans, ne peult estre rappellee à aucun droit successif, au preiudice des masles ou leurs descendans, sans leur consentement expres: soit par second contract de mariage, ou autrement. Toutefois nest prohibé esdits pere & ascendans donner, ou leguer à ladite fille ainsi mariee, & appanee en premieres nopces, ou disposer à son proufit de ses biens autrement que par reseruation & rappel de leur droit successif.

CVM §.cccv. suprà summo quodam iure statutario, fœminarum ius iniuria compressum sit, nihilq; nisi à iure communi alienum illic descriptum sit, visum est statuentibus rigorem hunc moderari hoc præsenti §. qui reuera notabilis est, & ex bono & æquo omnino consistit. Tres autem partes continet. Primam ex lege ciuili delectam huius initio. secundam illic, Toutefois nest prohibé. In prima parte, cum alio statuto filia dotata, etiam non renuntians iure succedendi tam ascendentibus quàm fratribus & eorum filijs excluderetur, hoc moderamine permittitur patri reseruare vt illa posit succedere secundum ius commune: quod nemini non videbitur pium. Eo enim ad ius pristinum redit res quo neque pacto neque alio modo succedendi ius impediri potuit. l. pactum quod dotali. C. de collatio. & l. fin. C. de pact. Item & ea reseruatio fit tenacior matrimonij contractu. l. legem. C. de pact. & alio titu. de pact. conuent. Secundam partem (pace statuentium dictum sit) satis incompositè dictatam nemo non videt. Cùm enim ea secunda parte diuersum propositum à primo omnino tractetur, tamen adeo coniuncta sunt, vt si non idem in totum videatur, at certè subobscurum. In prima mentio fit reseruandæ successionis commodo filiæ dotatæ. In secunda autem agitur de filia dotata sine reseruatione, cui post primas nuptias talis reseruatio concedi non potest, nisi masculis consentientibus. Nam ibi, mais ladite fille mariee en premieres nopces, per hanc dictionem, ladite fille, inferet quilibet eandem esse cuius meminerat prius, & cui reseruata erat futura successio. Clarius ideo forsan fuerat dicendum ita, mais si sans ladite reseruation ladite fille auoit esté mariee. Aut ita, mais la fille mariee, & cætera. resecando hanc particulam, dite. Sed ea est phrasis Burbonia, vt etiam addant, ledit aut ladite, rebus quarum antea nullo modo meminerunt: & id suprà hoc statutario sępius vidimus. Ad rem venio. ciuile enim est, vt cùm statuto filia sit exclusa masculorum commodo, his post primas nuptias ius quæsitum sit in ea portione in qua filia erat successura. & ideo id ius ab his tolli non debet, nisi consentientibus. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. l. fi. ff. de pact. & l. cùm mandati. C. manda. facit l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de verbo. oblig. Tertia autem pars iure fundatur, quo permissum est filiæ exclusæ & quæ renuntiauit ex testamento relinquere. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Aduerte tamen necesse esse illam nominatim vocari, aliàs si simpliciter vocetur hac clausula, omnes filios meos instituo, aut singulos filios meos hac summa honoro, aut cuilibet liberorum meorum centum lego: non censebitur, quæ prius fuerat exclusa, vocari: quia huiusmodi institutio, & legatum interpretationem acceptura sunt à statuto regionis. l. numis. ff. de leg. iij.

Reseruatio succedēdi ꝑ filiam dotatam pia est.

Ius quæsitū nisi volenti tollendū non est.

Filia exclusa legari potest.

§. CCCXII.

FILLE qui se marie sans le sceu, & oultre le gré de ses pere, & mere, ou de son pere seulement, ou de sa mere apres le trespas du pere auant laage de vingtcinq ans, peult estre par eux ou lun d'eux exheredee ou appanee de telle chose que bon leur semble. Et audit cas, ne peult pretendre ny auoir droit es biens & successions de sesdits pere, & mere par legitime ou autrement.

Filia quæ post xxv. annũ nupsit inuito patre, nõ est exhæredanda.

APPOSITE hic subijcientur verba Impera.in authen. sed si post. C.de inof. testa.sed si post,inquit,vicesimum quintum annum te differente filiam marito copulare,ea in suum corpus peccauerit, vel sine consensu tuo marito se, libero tamen,copulauerit,eam exhæredare non potes.& in corpore vnde sumitur. vt cùm de appellatio.cogno.§.si verò vsque ad xxv.annum. Aliàs autem apertè ingrata dicta est,& potest exhæredari.§.causas.vers.si alicui ex prædictis eo tit. vt cùm de appell.cognos.& l.si filiam tuam.C.de inoffic.testament. Olim autem responsum est, non tantum in parentes committi, si his non consultis fiat, sed & nuptias nullatenus posse subsistere, nisi consentierint qui coëunt, & ij, in quorum potestate sunt. verba sunt text.in l.nuptiæ consistere non possunt.& l.eos.in princip. & l.qui in prouincia. ff.de rit.nuptia.facit l.Paulus.ff.de stat.homi.& l.si vt proponis.ij.C.de nupt.idem de sponsalibus à Iuliano responsum est.l.sponsalia, sicut nuptiæ. ff.de sponsalib. Imo & patri licuit inuitæ sponsum obijcere, & ei tantùm dissentiendi à patre licentia concessa fuit, si indignum moribus vel turpem sponsum pater elegisset. l.sed ea. ff.de sponsalib. De filio autem non ita strictè. Is enim oblatam sponsam recusandi ius habuit.l.filio famil.ff.eo tit. Potuit autem asciscere quam volebat: modò tamen pattis consensus omissus non esset.l.nec filium quidem.C.de nupt. Tamen pontificium ius matrimonijs adeo fauit,vt eorum,qui coëunt,consensum,etiam si parentes dissentiant,satis esse crediderit.c.requisiuit. & c.cùm locum de sponsalib. c.j.de desponsat. impub. & c.sufficiat.xxxij.quæst.ij. Et eo iure abrogatæ sunt leges ciuiles, quibus ea libertas,aut impeditur,aut restringitur.c.fi.vbi Docto.not.de iud.adeo vt hodie non tantùm patre non consulto,sed etiam inuito liberum sit filio spondere,& nubere,patremq; cogi posse sic nubenti dotem dare.vt dicit Accurs. in d.l.Paulus.ad fi.glo.ibi hodie iure canonico.& in c.hoc sanctum.xxxij.quæst.ij. Cui iuri standum est in hac matetia matrimoniali,vt ait Accurs.in glo.in verb.generata.in §.pe.Insti.de gradib. cognat.& apertissimè de hac materia Ias.in d.auth.sed si post.vbi resoluit, hodie iuris ciuilis regulas non obseruari, sed canones: & ideo filiam quæ temere nupsit non posse exhæredari. Matrimonium enim spirituale est, ob sacramentum, quod lex ciuilis neque impedire neq; restringere potuit.per glo.in princ. Instit.de nupt. Et ideo Ias.in l.j.§.huius studij.ad fi.ff.de iustitia & iure.post Alex.tenuit statuta non valere, quibus filia quæ inuito patre nupsit, dotem à patre acceptura non est,si ille nolit. sequitur Benedict.in repet.sua, in verb.dotem quam & deder.numer.32. Hodie verò hoc statuto,ad primum ius reditum est,quod sanctum fuit.in d.§.causas.versic.si alicui.& in d.auth.si post.suprà relatis.

Matrimoniorũ olim quæ lex fuit.

Matrimoniorũ libertas quæ hodie sit ex iure pontificio.

§. CCC

§. CCCXIII.

COLLATION & rapport ſe doiuent faire en ſucceſsions directes & non collaterales.



D IVRE communi obſeruatur per l.fi. C.communi. vtriuſque iudic.cum ibi not. Tantum enim conferunt inter ſe liberi, quibus legitima debetur. l.vt liberis. C.de collatio. ſiue ſint filij, ſiue nepotes. l.cùm emancipati. §.ſi duo nepotes.& l.ſi quis filium.& l.dotem dedit.& ſeq.ff.de collatio.bono. In eo autem quod ſtatutum dicit, collationi locum eſſe in directis ſucceſsionibus, comprehendit caſum,quo per aſcendentes deſcendentibus ſucceditur,& iuri communi contrarium in eo eſt.d.l.vt liberis.& l.quoniam in nouella.C.de inoffic.teſta. *Cõferre qui ſoleant iure communi.*

§. CCCXIIII.

LES aſcendans ne ſont heritiers, & ne ſuccedent à leurs deſcendans en directe ligne: reſerué les pere,mere, ayeulz,ou ayeules paternelz, ou maternelz reſpectiuement: leſquelz, ou lun d'eux apres le deces de lautre, ſuccedent à leurs enfans es biens meubles,& aux conqueſts faits par leurſdits enfans decedez auec leurs autres freres, & ſœurs germains, ou leurs enfans par egales portions. Et ſil ny ha freres ou ſœurs germains, ou enfans deſcendans d'eux, leſdits pere ou mere, ayeul, ou ayeule deſſuſdits ſont entierement heritiers deſdits meubles & conqueſts: & en forcluent les freres & ſœurs vterines, & paternelz, & autres parens. Et ſont leſdits pere & mere, ou en default d'eux layeul, ou ayeule chacun vn chef, & leſdits freres & ſœurs germains chacun vn autre: & les enfans deſdits freres, ou ſœurs germains vn chef ſeulement, poſé quilz fuſſent pluſieurs. Et oultre, les pere & mere,ayeulz ou ayeules ſuccedent entierement à leurs enfans, es biens que leſdits pere & mere, ayeul, ou ayeule leur auroient donnez,et en ſont ſaiſis au cas quil ny aura enfans deſdits enfans.



IC §.tria complectitur, quinque particulis, quibus deſcendentium ſucceſſio diſpoſita eſt. Primum, vt in antiquis & patrimonialibus parens prorſus excludatur. Secundum,vt in quæſtibus & mobilibus admittatur cum fratribus vtroque latere coniunctis. Tertium, vt in profectitijs ſolus admittatur. Primum contra legem eſt. Cætera verò ſecundum legem. Licet enim naturalis ordo aſcendentium ſuſſeſsionem omnino non probet, tamen illam ius admiſit. l.nam & ſi *Deſcendenti bus per aſcẽdentes ſucceditur.*

parentib

parentibus.ff.de inoffic.testa.& c.cùm apostolus.de censib. Sed bonorum differentia facta est, vt paternorum paterni, maternorum materni parentes ius potius habeant: neutrorum verò vt castrensium,aut quasi, & aduentitiorum portiones æquales fiant. vt per Bart.in l.quod scitus.C.de bon.quæ lib.& Benedict.in repetit.sua,verb.& vxo. not.Adelas.num.636. Non desunt qui querantur iniuriam statuti, vt dicit Masuer. titul.de success.& vlti.volu. §.item de consuetudine. & §.item illius qui mortuus est.

Ascẽdentiũ in descẽdentibus succedẽdo quæ sit prærogatiua

Ad secundum, lege ciuili ita cautum est, vt defuncto filio sine liberis, parentes si soli sunt, succedant, salua gradus sui prærogatiua: cùm pater & mater, aut alter eorum auos & auias excludant. Quòd si pari gradu sint, pariter succedant: vt paternis dimidia,maternis verò alia dimidia deferatur:licet sit dispar eorum numerus: adeo,vt tantundem auferat auus paternus, si solus sit, quantum auus & auia materni superstites. Sed si cum parentibus fratres & sorores vtrinque coniuncti defuncto supersunt, vocantur cum ascendentibus in gradu proximis: ita vt viriles portiones fiant.tex.est in authen.defuncto.cum glossis.C.ad Tertul.Et licet de fratrum filijs expressum non sit,tamen in authen.vt fratrum filij.§.j.expressum est, vt illi iure repræsentationis admittantur cum ascendentibus.Nec enim admittuntur vterini,aut consanguinei etiam deficientibus germanis: sed soli ascendentes succedunt.vt §.si verò. & §.consequens. in authen.de hæredi.quæ abintesta.defer. quibus §§.correcta est l.si quis, vel si qua. C.ad Tertull.quæ altero latere coniunctos fratres cum ascendentibus admisit. & ita declarat Bald.in d.authen.defuncto. Tertium verò æquitatem maximam continet. Nam iure patri succursum est vt filia amissa solatij loco ei succedat, & ei restituatur dos ab eo profecta, ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiat. l.iure succursum est.ff.de iure dot.Idem in donatione propter nuptias respectu filij,illa enim in omnibus doti æquiparatur.l.cùm multæ.C.de dona.propter nupt.& glo.in auth.dos data. 4
eod.titu.facit tex.in l.qui alienam.& in l.alienam.ff.de dona.cau.mor. & in l.constitutionis.C.de bon.quæ liber.

Fratrũ inter se prærogatiua.

Fratres altero latere cõiuncti cum ascendentib. non admittuntur.

Parentes soli in profectitijs succedunt.

§. CCCXV.

QVAND aucun va de vie à trespas sans hoirs descendans diceluy & sans pere & mere,ayeul,ou ayeule,les plus prochains du costé & estoc paternel succedent pour la moitié des meubles & conquests,& les plus prochains du costé maternel en lautre moitié. Et aux heritages succedent les plus prochains lignagiers des estocz dont ilz sont venus,soit en ligne directe ou collaterale.

Statuti ambiguitas.

SVBOBSCVRVS mihi videtur hic §.quia cum superiori,ascendentes à bonis patrimonialibus & antiquis descendentium summouentur. Item & secundo,fratribus vtrinque coniunctis & eorum filijs iure repræsentandi, primum locum inter collaterales deberi infrà statutum sit, §.cccxvij. hoc §.omnia videntur inuersa. dicitur enim, quòd defuncto sine ascendentibus & descendentibus, per transuersales succeditur, paternorum à maternis facto delectu in mobilibus & quæstibus: In cæteris verò,idest, patrimonialibus,per eosdem transuersales, facto tamen

men delectu, vnde bona exierunt ea, in quibus est succedendum: Ergo, contrario sensu, si ascendentes reliquerit, hi ea nancisci debent: aut certè in diuersum succeditur. Idq; adeo pro expresso haberi debet, ac si specialiter cautum esset. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. Item & nulla fratribus data est prerogatiua: quia illico post ascendentium defectum, ad transuersales itum est hoc statuto, qui deligi possunt paterni aut materni: ergo & alij sunt quàm fratres, inter quos nulla est talis diuersitas, & sunt inuicem paterni & materni, simulq; eodem tractu procedunt. Quem modum explicare satis ego non possum, nisi videatur statutum id per priora & posteriora interpretari, vt fieri solet. l. non est nouum. ff. de legib. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. Cùm enim superiori §. ascendentibus occlusa sit via capiendi, quæ descendentes reliquerunt alia quàm mobilia & quæstus: non est verisimile, statuentes illico reuocare, quod prius & immediatè ab his statutum fuit, voluisse. arg. l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstra. cuius legis regulam ad statuentes extenderunt Cyn. & Bal. in l. fi. C. per quas perso. nob. acq. satis enim superiori §. statutum fuit in quibus ascendentes descendentibus succedant, & in quibus non succedant, his verbis, les ascendans ne sont heritiers, & cætera. Quòd si incomposito sermone, res implicita est, per præcedentia explicari debet. Dicendumq;, huius §. clausulam finalem, ibi, Et aux heritiers succedent, intelligi, etiam superstitibus ascendentibus, idq; forte innuunt hæc verba, soit en ligne directe, & cætera. Et non referri ad superiorem clausulam, quia non conueniret: fratrum tamen, in vtraque clausula, salua prærogatiua. vt in §. cccxvij. quo præsens declaratur. Nisi tamen ex linea fratrum vterinorum, aut consanguineorum tantum bona prouenirent ea, in quibus est succedendum, quia tunc soli succederent & præferrentur. vt dicit Masuer. titu. de successio. §. item de consuetudine pater. versic. item quamuis. Aut nisi ex testamento & fideicommisso succedatur. Nam si inuicem fratres substituti sunt, pariter admittuntur fratres ex vno tantum latere cum fratribus ex vtroque. per l. fi. ff. ad Trebell. quod postremum quia apud Burbonios in vsu non est, vt pote à fideicommittendo exclusos infrà §. cccxxiiij. ad contractuum substitutiones valere poterit.

Statutū per priora et posteriora debet interpretari.

Fratrū ī successione attēditur unde bona exierint.

Substitutio inter fratres nullū habet cōiunctionis delectum.

§. CCCXVI.

QVI PREND les meubles & conquests daucun, soit par contract, ou succession, est tenu de payer ses debtes mobiliaires.

SVPERFLVVM non fuit adijcere, debtes mobilaires, ne comprehenderentur pasiuæ actiones pro re immobili: Ita enim discretæ sunt, nominum & actionum qualitates ex sententia Accurs. & aliorum in l. j. C. si aduers. transactionem. & Bart. in l. potest. ff. de auto. tuto. nec comprehendit hic §. quod debetur ratione rei, etiam si mobile sit quod debetur, quia rem ipsam magis quàm personam tenere videtur. Contra est, si pro nominibus & debitis competant actiones personales, quia etiam si pro immobili debeantur, tamen inter mobilia annumeranda sunt. l. liberto. §. Lucius. ff. de annu. legat. & l. fi. §. fi. ff. de contrah. emptio. tamen ea adhuc hic comprehendi non puto, nisi quæstuum causa debeantur. non autem si alijs immobilibus antiquis annexa & ab eis dependentia sint: veluti si quid ex tributis reliquum sit, quod solui debeat: sed ita tamen vt id nondum in calendarium relatum

Debita ob rē immobilem quomodo discernantur.

Reliqua ī calendariū redacta.

fuerit : esset enim illius natura sic eo modo mutata, vt iam mobilibus & quæstibus cederet,eisq; connumeraretur.l.prædijs. ff.de leg.iij. Alioqui autem, si nouata & de nouo promissa non sint reputatis rationibus, licet à defuncto personaliter deberentur, tamen rem soli sequuntur. vt C.fine censu.vel reliq. Quòd si euictionis fundi diuenditi causa debeatur id,quod emptoris victi interest, licet hoc debitum personale sit, tamen adhuc successorem hunc teneri dubium est, nisi actio contra viuum iudicata sit:cùm ante deberi propriè non dicatur.suadet non teneri quod in successorem particularem neque ordiri actionem hanc neque ex ea iudicatum obtineri potest. quòd si res aliena à defuncto erat diuendita aut alienata,& ex ea alienatione mobilia & quæstus facta sint locupletiora,puto hunc successorem teneri.nam non ex re,sed ex facto defuncti nascitur de euictione actio. Ideoque sequitur mobilium & quæstuum hæredem.arg.d.§.Lucius.

Euictionis nomine contra quẽ successorem sit agendum.

§. CCCXVII.

TANT quil y ha frere germain,ou sœur germaine,ou descendans d'eux, ou lun d'eux, soit ladite sœur mariee, ou appanee, ou non:& ayt renoncé,ou non : y ayt representation,ou non,le frere ou la sœur,qui ne sont que de lun des costez soit paternel,ou maternel, ny descendans d'eux ne succedent tant que la ligne des germains dure.

Statuti cum cæteris concordia.

HOC §.& alio superiori ccciij. limitatur §.cccv. vt scilicet filia exclusa siue per dotationem, siue per renuntiationem simplicem exclusa non sit à successione ascendentium siue collateralium, si tantum supersint vterini aut consanguinei : quia vtroq; latere coniunctorum tantum commodo lex statutaria eas repulit. Præsens autem §.est tantum in successione collaterali, licet idem sit in directa,vt in §.cccvij.casus est expressus in auth.cessante. C.de legit.hæredib. & in auth. itaque mortuo.commun.de successio. Sed cùm hic generaliter descendentes vtrinque coniunctorum prælati sint,vterinorum verò aut consanguineorum descendentes exclusi sine limitatione,mihi videtur quodammodo id repugnare. §.cccvj.suprà. vbi ad fratrum germanorum filios tantum repræsentandi ius progredi statutum est, & non vltra : prout iure communi cautum est : quo post fratres ex vtroque parente & eorum filios,admittuntur ex vno latere fratres sororésve cæteris exclusis. authen.post fratres.j. C.de legit.hæredib. itaque ne hæc repugnent videto, an dictionem hanc, descendans,respectiuè possimus interpretari in filijs tantum, vt statutum à iure communi interpretationem assumat. argumen.l.secundæ.C.de noxalibus. & capitu.dilectus. de consuetudin.

§. CCCXVIII.

LES biens de celuy qui entre en religion ne sont dediez à lesglise,sinon quil y eust expresse dedication desdits biens.

IVRE ciuili contra eſt. Monachus enim, hoc ipſo quòd religionem profitetur ac ſe deuouet, res ſuas monaſterio obtuliſſe videtur. vt dicit text. in auth. nunc autem. C. de epiſco. & cler. & auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. Poterat tamen ante monaſterij ingreſſum de bonis ſuis diſponere & teſtari, valuiſſetq́; monachatione ſequenti non obſtante, teſtamentum. d. auth. nunc autem. ibi, ſi prius teſtatus non ſit. & glo. in auth. ſi mulier. in verb. competere. ibi, item quòd ſi inter filios. Initio tamen gloſ. contra nitebatur Accurſius edocere, extraneo hærede inſtituto, teſtamentum quadam velut agnatione monaſterij rumpi: quod hoc ſui loco habendum eſſet. tamen reſoluit ſe Accurſ. monachum mortuum haberi, & eius teſtamentum prius factum, quiſquis in eo inſtitutus ſit vires aſſumere. multum igitur abeſt, vt rumpatur. idem tenet Iaſ. in d. authen. ingreſſi. Dubium fuit maius, an Monachus teſtamentum prius factum reuocare aut mutare poſſit? Bart. in d. authen. ſi qua mulier. num. 9. & 10. & ſeq. in alijs quàm mendicantibus, ius reuocandi & mutandi teſtamentum tenet: cùm illi non dicantur mori, niſi ciuiliter: & bonorum propriorum capaces ſunt. vt dicit Iaſ. in l. ex ea parte. §. in inſulam. nume. 5. ff. de verbo. obligatio. mendicantibus autem monachis omnino ius mutandi aut reuocandi ablatum eſſe dicit Bart. cùm illi nihil proprium habere poſſint: ac etiam mori naturaliter dicantur. vt dicit Iaſ. in d. authen. ſi qua mulier. num. 1. & 27. Et ex his deciditur aliud dubium forte maius, an hæres à monacho inſtitutus poſſit illico poſt teſtatoris ſucceſſionem hæreditatem adire. ſuperiorum mendicantium hæres poteſt adire: monachi verò non mendicantis non poteſt: niſi poſt mortem illius naturalem, cùm ciuilis non ſufficiat. Poterit enim hæres ante teſtatorem mori. arg. l. Statius Florus. ff. de iure fiſc. Sunt tamen & numero plures, qui teneant omnium ſiue mendicantium, ſiue aliorum regularium hæreditatem adiri illico poſt profeſsionem poſſe. per c. cùm ſcimus. de regul. quod Bald. ad hoc vt ſingulare notat in d. auth. ſi qua mulier. id ſequuntur canoniſtæ. ſed Bart. ſententia, quòd ſcilicet mors naturalis non mendicantium expectanda ſit, frequentiori calculo & vſu recepta eſt, vt æquior. Poterat item & ſecundò monaſterium ingrediens expreſsè reſeruare, ne bona ſua non dedicarentur. quod tamen Accurſius pacto aſſerit fieri non poſſe, in d. auth. ingreſſi. & eum ſequuntur Iaſ. ibidem & Alex. in l. j. §. ſed & ſi mihi. num. 6. ff. de verbo. obligatio. ſed Bald. in conſil. 116. Cy. in d. auth. ingreſſi. verſic. vlterius procedo. & Boër. quæſtio. ij. in princ. in j. par. tenuerunt hanc reſeruationem fieri poſſe duntaxat, ſi conſenſus Abbatis intercedat. Tertiò, ſi contingat monachum mori intra annum probationis, monaſterium non ſuccedit, ſed legitimi hæredes. c. religioſo. de ſent. excommu. lib. vj. & not. Bart. in l. prima. per illum text. C. ne ſanct. Baptiſ. reiter. & in d. auth. ſi qua mulier. in fi. Non deſunt, qui contra teneant: bona ſcilicet monaſterio, etiam ante annum probationis, acquiri: veruntamen ſchola peritiorum contra reſoluit. Quartò, exceptus eſt minor xiiij. annis. ca. in præſentia. de probatio. & ibi Ioan. And. & Iaſ. in d. auth. ingreſſi. num. 4. Quidam addunt talem alienationem ſine decreto fieri non poſſe à minore xxv. annis. Sed quia canoniſtæ dicunt talem alienationem laudabilem eſſe, cæterorum opinio recepta non eſt, maximè cùm fiat illa alienatio ipſo iure & vniuerſaliter ad pias cauſas: his enim tribus limitari ſolent regulæ quibus immobilium minoris alienatio prohibetur. idq́; tum, cùm fit in perſonæ conſequentiam. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. & l. ſi adoptauero. ff. de preca. pro pijs cauſis faciunt not. Paul. in l. j. C. de ſacroſ. eccleſ. Quintò, non comprehenſa ſunt monaſteria quæ acquitere

Teſtamentũ an per ſequẽtem profeſſionem rumpatur.

Monachus an poſſit reuocare teſtamentũ prius factum.

Monachi teſtamento hæres fact⁹ an poſt profeſſionẽ illico adire poſſit.

Monachus potuit reſeruare bona ſua.

Monacho morienti intra annũ probatiõe quis ſuccedat.

Monachus minor an dedicet et alienet.

Mendicãtes nõ acquirũt.

quirere non possunt, vt mendicantium, quibus omnis proprietas interdicta est: vt supra dictum est. Id tenet Cy. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. & Docto. in d. c. vnico. de religiosi. domib. lib. vj. sunt autem mendicantes Prędicatores qui & Iacobitę, Franciscani siue minores, Carmelitæ, & Augustiniani. Nouæ quædam aliæ familiæ in-

Eremitarũ familia pau pertate horribil.

troductæ sunt, vt Minimorum & aliorum. Quidam præter hos Eremitas adiecerunt, quorum regula licet horribili quadam paupertate consistat. c. exit qui seminat. §. ad hæc. de verb. signific. & clemen. exiui de paradiso. §. quia ergo in successionibus. & §. cunque annui reditus. eod. titu. Tamen Lapp. allegat. sua xlv. contra tenet ex priuilegio Alex. iiij. Specul. in tit. de stat. monacho. §. v. versicul. iij. & iiij. tenet quòd

Mendicãtes an possũt excipere hæreditatem & uendere.

Prædicatores possunt admittere hæreditatem, non tamen retinere, sed illico vendere. veruntamen explosa fuit hæc sententia vt falsa, licet plures sequaces habeat in c. vnico. de relig. domib. Sunt enim omnino incapaces: vt dicit Hostien. in c. in præsentia. de probatio. imo eis annuum quid & pium legari non potest. vt dicit Bald. in

Religiõe ingressi bona ad quẽ deferuntur.

d. auth. si qua mulier. Difficultas hæc plures tenuit, ad quos bona mendicantis professi deferantur. quidam ad Papam, alij ad Episcopum deferri dixerunt: inter quos est Ang. Peru. in §. si quis autem. in auth. de ecclesi. tit. & Iacob. Areti. in l. Deo nobis. C. de episcop. & cler. Ias. nouissimè in vltima linea apparatus sui ad d. auth. si qua mulier. probat illorum sententiam, qui hæc bona venientibus abintestato detulerunt. Idq; vsus regni huius obseruat vniuersaliter, tam in mendicantibus quàm cæteris quibuscunque religiosis: vt scilicet monasterio nihil nouo ingressu etiam post annum probationis quæratur: sed succedant hæredes abintestato. Inter quos prima causa liberorum est. d. auth. nunc autem. C. de episco. & cler. At post hos cæterorum siue ascendentium, siue descendentium: & rursum collateralium ordinem vbique descriptum, & sine scriptura naturaliter cognitum causa constituta est. Possuntq; ij successores, anno probationis elapso nancisci bona omnia monachi facti irreuocabiliter & ordinis mendicantium: Aliorum verò non ita, vt suprà distinximus initio glo. huius. & licet ius ciuile d. auth. ingressi, non obseruetur, tamen superiora non erunt superflua.

EXPRESSE DEDICATION.

Profitẽtis religionẽ bona nisi expressè non dedicantur.

MONACHVS profiteri volens, id potest expresse facere, vt eius bona monasterio quærantur, valetq; dedicatio etiam vniuersalis: vt dicit Masuer. in titu. de successio. §. item per consuetudinem. post Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. Et sic olim oportuit specialiter reseruari: hodie verò expressè oportet dedicari: alioquin hæredibus reseruantur. Notandum igitur per ingredientem donari

Religionem profiteri uolens an possit donare.

posse monasterio, siue per seipsum, siue per alium, modò sit monasterium doni capax. Aduerte tamen id fieri debere bona gratia, non autem simoniacè: vt fieri solet, cùm

Monialiũ receptio nõ gratuita simoniaca est.

donatur ea lege vt donans recipiatur in monachum. Hodie Moniales siue mendicantes, quas Sorores nominamus, siue non mendicantes, quas Dominas dicimus, eo iure vtuntur passim, vt ab his quas solent admittere exigant pecuniæ grandes summas: mendicitatem eo modo carius, aut obseruationem religiosam vilius vendendo. Quod quidem simoniacum & impium est. secundum not. per Imo. in l. Titio centum. ff. de conditio. & demonstratio. Ias. in l. conditioni. numer. 3. illo tit. tenuit ita donata & relicta turpiter accipi. Bart. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. iij. dicit si sub ea conditione aut modo donetur, & ab his donans monachus recipiatur, non deberi, &

nihil

nihil donatum esse :quia talis contractus simoniacus est: & conditio est pro non apposita. Tamen Bald.in l.j.C.de institutio.& substitutio.id pium non simoniacum asserit.Benedict.in repetit.sua, verb.cuidam Petr.tradider.num.13. declarat apertius ita paciscendo neque dari neque recipi sine simonia posse: offerendo autem & ex causa victus sine praecedenti pacto laudabiliter accipi posse. Et ita excusari possunt Sorores aut Dominae,quarum consuetudo ita circa id inualuit, vt eis pacta simoniaca tolerentur. Dubitatum saepe sciui, an si filia,cuius causa monasterio pecunia numerata est, intra tempus probationis exeat, ex ordinis statuto posit haec pecunia repeti tanquam ob certam causam data,quae secuta non est: responsumq; esse à pluribus repetitionem omnino repellendam. quia aut pacto datum est, & sic turpiter datum, & non repetendum.vt per Imo.in d.l.conditioni.Aut oblationis causa,& sic liberè datum reuocari non potest.

Monialiũ pecuniaria receptionis excusatio.

Monialis recipiẽda causa datũ non repetitur.

§. CCCXIX.

LE MONASTERE ou religion auquel quelcun ha fait profeßion expresse ou taisible, ne succede es pere & mere & autres lignagiers diceluy profez,soient lesdites succeßions escheues, ou à escheoir, mais y succedent les autres parens,tout ainsi quilz seroient si ledit religieux estoit decedé: Car il ne fait part ny portion ny nombre pour la computation de legitime: mais est reputé comme personne morte.



IIC §.& superior hodie in Francia obseruatur, generali consuetudine, tam in prouincijs quae moribus reguntur, quàm his quae iuris scripti vsum habent: adeo vt religiosi cuiuscunque sint ordinis, neq̃e per se neq; per monasterium posint succedere abintestato: Imo vt omnino incapaces repelluntur: vt dicit Masuer.in tit.de succesio.versicul. item per consuetudinem.Benedict.in repet. sua,verb.& vxor.no. Adelas.numer.22. Et Boer.in si.tract.de stat.Eremitarum. Nec summus Pontif.monasterium aut monachum ad id priuilegio quantumuis affectato aut quibuslibet verbis concepto admittere,aut,vt dicunt, habilitare potest. vt ibidem dicit Masuer.Quidam tamen contra tenent, per c.cùm & plantare.& c.petistis. de priuileg.& c.accepimus.de fid.instru.& §.si quis autem.in auth.de mand.princip: sed falsum est talium iudicium. Abrogatae sunt igitur leges ciuiles contrariae, quae sunt,lex Deo nobis.l.si.§.hoc etiam cognitum.& auth.nunc autem.C.de episc.& cle. auth.ingresi.& auth.si qua mulier. C.de sacrosf.eccles. & aliae datae per Ias.in l.j.ff.de his qui sunt sui vel al.iur.numer.47.adijciam tex.in §.nulla verò.in auth.de sanctiss. episcop.& in authen.de monach.in princ.& apud canonistas in c.si.xix.quaestio.si.& glo.in c.quamuis clericus.xxij.quaest.iij.& c.clerici.xij.quaest.j.hanc autem correctionem quidam censuerunt inde exijsse, quòd videantur monasteria bonorum temporalium incapacia :ac non potius inueterato vsu,aut ecclesiasticorum hominum consensu. Contra tamen est,cùm monasteria posint acquirere, acceptare, capereq; vndecunque bona obuenerint: idq; omnibus indubium est.d.l.Deo nobis.& ibi Bald.

Religiosi nõ succedũt in Francia, contra. vetera iura.

Paul.& Iaſ. & in d.auth.ingreſsi.numer.18. Controuerſum verò inter Doctores hoc fuit, an hæreditatem teſtamento delatam monacho clauſtrali Abbas poſsit adire, contempto monacho? Bart.in l.j.ff.de vulg.& pupill.ſubſtitu. tenet monachum contemni non poſſe, ſed eius conſenſum requiri.Io.And. in c.in præſentia.de probatio. tenet non requiri,ſolumq; Abbatem poſſe adire. Id examinat Alex.in d.l.j. & in l.ſi quis mihi.§.ſeruus.nume.3.ff.de acqui.hæredit. ſed communior opinio poſterior eſt, Abbatem ſine monacho poſſe. Hic obiter aptum erit ſubijcere, quòd ſi monachus non ſuccedit parentibus, nec illi per hos ſucceditur, ratione reciproca. Cùm enim ille poſsit quædam propria cumulare, huius poſt mortem Abbas ſucceſſor eſt: vulgoq; dicitur ſpolium: quod generalis firmarius non poteſt prætendere, niſi in conditione ſua ſit ſpecialiter expreſſum.arg.l.diuus. §.pannicularia. ibi,ſpolia. ff.de bon. damnato.Boër.quæſtio.ccxxiiij.parte.ij.num.3.7.& 10.id latè diſputat, & tandem reſoluit ad Abbatem pertinere. Hoſpitalarios quoque, cùm veri religioſi ſint,& ordinem habeant & votum in CHRISTO maximè pium & integrum,hoc ſtatuto contineri,hactenus creditum eſt.

Monacho hæreditatẽ delatã an Abbas ſine eo poſsit adire.

Monachorũ ſpolium cuius eſt.

Hoſpitalarij.

PROFESSION EXPRESSE OV TAISIBLE.

IVS pontificium quatuor familias regulares maximè probauit,ſanctorum Benedicti,Baſilij,Auguſtini,& Franciſci.vt in c.perniciosam.xviij.quæſt.ij.& in c.exit qui ſeminat. de verb.ſignificat.lib.vj. & cle.exiui de paradiſo.eo.titul. & in extrauag.ad conditorem.illo tit.no.Doct.in c.vnico.de vot.& vot.redemptio.lib.vj. Ex his enim ortæ ſunt cæteræ familiæ,& in monaſteria diſtinctæ,eiuſdem ordinis: ad quem non quilibet receptus religionem profeſſus dici poteſt: nec item monachus, aut religioſus dicendus eſt,niſi is qui aut expreſsè,aut tacitè profeſſus eſt.c.beneficium.de regular.lib.vj. Profiteri autem neque tacitè neque expreſsè poteſt impubes. c.j. c.ad noſtram.c.ſignificatum.& c.cùm virum.de regular. & c.illud.xx.quæſt.j. ſi autem maior eſt xiiij. annis, annum habet quintum decimum probandæ religioni datum: & eo nondum completo,monachus volens profiteri non admittitur. c.ad apoſtolicam. eo tit. quòd ſi facta ſit & recepta profeſsio, tenet, ſi tacitè rata poſt habita ſit. c.non nouimus.xviij.quæſt.ij. & c.biduum.ij.quæſt.vj. talia enim libera & ætate diſcreta & voluntate inſtructa eſſe debent. Et ideo etiam maioribus annus probationis datus eſt,cùm graue ſit inexpertos ad id temere alligari. c.monaſterijs.xxix.quæſt.ij.& arg. l.contra publicam. de re militar.lib.xij. C.Maior autem effectus, ſi velit ante probatam regulam profiteri expreſsè,poteſt indubiè:& tenet profeſsio,etiam ſi non ſit monaſterium ingreſſus.c.ſicut nobis.illo tit. Quòd ſi monachus maior viſus eſt in monaſterio poſt annum probationis veſtitus habitu profeſſorum,tacitè profeſſus habendus eſt:& numero profeſſorum aggregatur: ſitq; irreuocabiliter monachus.c.ex parte.eo tit.Sic dicitur tacita profeſsio,cùm maior ſponte & ſciens recipit habitum profeſſorum,vbi is diſtinctus eſt.vel vbi poſt annum probationis fert habitum indiſtinctum,vel diſtinctum latenti diſtinctione.vt declarat glo.in verb.tacitam. in c.vnico. de voto & voti redemptio.& facit clement.eos qui.de regular.

Regulæ quæ probatæ ſint.

Profeſsio quomodo fiat ſiue expreſſa ſiue tacita.

Probationis annus datur maioribus.

Profeſsio tacita.

NY FAIT PART.

BALD. in l.vnica. §.imprimis. C.de cad.toll. & Ang. in l.Papinianus. §.item ſi quis.ff.de inoffic.teſta.tenuerunt quòd monachus neque partem, neq; gradum computationis

putationis faciat, tanquam mortuus & in numero liberorum amplius non annumerandus. Bart.tamen in l.cùm pater. §.cùm hæreditatem. ff.de leg.ij. tenet id verum esse in solis mendicantibus: non autem in cæteris qui proprium habent. Et id tenet Iaf.consil.65. in princip.vol.j. Mendicantes enim non tantum succesfionum, sed & omnium bonorum sunt incapaces.clement.exiui de paradiso. §.quia ergo in succesfionibus.de verb.significa.& habentur pro naturaliter mortuis & prorsus seculo confectis.vt dicit Bald.in authen.ingresfi.C.de succesfio.eccles. Subditq́;, quòd si statuto fœminam excludat masculus, mendicans, cùm è medio sublatus sit, non potest eam excludere.l.etiam.§.si capitis.ff.de bo.liberto. Quod verum est etiam si fiat episcopus aut archepiscopus, vt certè fieri potest.cle.fi.de electio.c.quorundam.eod.titu. libro.vj.& c.exit qui seminat. de verbo.significatio. Dignitas enim eum non liberat à regulæ profesfione: nec item à voto & obseruatione paupertatis. glo.in c.iij.xvj. quæstio.j. Et sic non faciet eum capacem. vt dicit glo.in d.c.quorundam. in verbo mendicantium. Nec item liberat ab habitu aut indumento.c.noua actione.cum glo. xvj.quæst.fi. Hodie autem religiosi æqualiter omnes repulsi sunt consuetudine. Et licet cottidie, summo Pontifice dispensante, monachi fiant canonici regulares, contra tamen Calcidonensis concilij sancta statuta, quæ pium erat obseruari, etiam ab his apud quos rei summa est.vt in c.statuimus.xix.quæst.iij.tamen nihilo magis capaces sunt succesfionum: Retinent enim religionis substantialia, & nihilominus monachi sunt, idest regulares: nihilq́; inter hos discriminis est, nisi in habitu, qui vt monachum non facit, ita & contra eius omisfio à regula non eximit.d.c.noua actione.cum glos. xvj.quæstio.fin.

Monachus neque partē neque computationē facit.

Mendicātes pro omnino confectis seculo.

Mēdicās factus episcopus non desinit esse religiosus.

Monachi dispensati ab habitu.

Habitus neque facit neque eximit monachum.

§. CCCXX.

LES PROCHAINS lignagiers des gens desglise seculiers leur succedent es biens par eux delaissez.

DVOBVS §§.superioribus de clericis regularibus actum est: Nunc hoc §.de secularibus agitur, qui hodie vbique tam vsu, quàm iuris dispositione, succedunt vt laici.l.sacrosanctæ. & l.fi.§.hoc etiam cognitum. C.de episcop.& cler.& c.quia nos.& c.relatum.ij.versic.cæterum.de testa. Nec statuto fieri potest, vt non succedant: quia fieret contra libertatem ecclesiasticam. vt not.in auth.cassa.C.de episc.& cler.& in l.j.C.de sum.trinit.& fid.catho. Ita & his succeditur per ascendentes aut collaterales iuris ordine: item per descendentes legitimos, qui possunt superesse etiam sacra professo, si ante dignitatem adeptam hos in coniugio susceperit: Aut si quæratur de succedendo simplicibus clericis in minoribus constitutis & coniugatis: his enim per filios succeditur.c.j.quæst.iij.& c.fi. xij.quæst.fi.quibus deficientibus succedunt ascendentes & collaterales vsque ad decimum gradum. c.quicunq;. xij.quæst.iij.& c.j.de succes.abintesta.& per Inno.in c.cùm tibi.de verb.significa. Et cùm sint ordinata bona clericorum in tres species, vt scilicet quædam sint patrimonialia, alia quæsita ex fructibus beneficij, alia autem ex industria & negotiatione clerici, dubium tantum fuit in quæsitis ex fructibus beneficij: in quibus, omnis ferè canonistarum schola ecclesiam tantum hæredem resoluit.not.in c.relatum.de testa. Variato tamen negotio in hunc modum: vt scilicet obtinens sacerdotium curatum habeat

Clericorum successio quomodo regulетur.

Presbyterorum descendentes.

Clericorū bona triplicia.

Quæsita ex beneficio cuius fiant.

beat inde quæsitorum successorem eum, qui sacerdotij successor est. & est casus.d.c. relatum.versi.vbi autem.facit tex.in c.præsenti.de offic.ordi.lib.vj. & idem dicit Io. And.in c.requisiisti.de testa.in quocunque simplici sacerdotio:dummodo extra congregationem:vt sunt vicarij perpetui,capellani,& similes.Item & canonicatum obtinenti succedat capitulum.d.c.relatum.& per glos.in c.sicut. de elect. Cæteris autem clericis ecclesia succedere dicitur. Quidam in commendatario diuersum sentierunt, vt scilicet fructus perceptos ipse lucretur sibi & suis ad instar depositarij. l.die sponsaliorum. §.qui pecuniam. ff.depos. sed æquum est, vt non debeat eius causa potior esse,quàm eius qui titulum habet.c.fi.de pecul.clerico. In summa, res inter eos adeo variata est,vt nihil magis videam expedire, quàm ad vsus interpretationem refugere:eo enim res certa effecta est,ideo minimè mutanda.l.minimè.ff.de legib. Hactenus autem obseruatum est, vt in quibuscunque tam patrimonialibus quàm quæsitis siue ex beneficio siue ex industria per clericum secularem, ei succedatur omnino per legitimos hæredes, quocunque ecclesiastico successore repulso. Et talis vsus potuit consuetudine induci,vt notatur in c.præsenti. de offic.ordi. lib.vj.. Et per Io.And.in c.nemo plus iuris.de regu.iur.eo.lib.faciunt notata per Docto.in c.cùm tibi.de verb. signific.& in c.si propter tua.de rescript.in vj. Et promiscuè his succeditur, nulla facta bonorum differentia.vt dicit Pragmaticarius in glo.acquisitos.tit.de anna.§.item quod si ecclesiam.Possunt item prælati,seu alij inferiores quicunque de fructibus suorum beneficiorum liberè testari,aut ea inter viuos donare, quemadmodum laici,contra c.episcopi.xij.quæst.j. modò tamen religiosi non sint. vt dicit Masuer. in titul.de successio.§.item per consuetudinem. Legitur Latinè præclara constitutio Caro, v i. lata mense Nouembri,anno 1385. de reparandis diuinis domibus:vbi clausula huic rei aptissima inserta est:quam hic inserere mihi aptum visum est,in hæc verba.Licet de iure,vsu,consuetudine,& communi obseruantia notoriè obseruatis, Episcopis regni nostri testari liceat, in testamentis suis executores ordinare, & cætera. Et paulò pòst.prędicta bona hæredibus episcoporum sic decedentium,qui ditiores inde nobis honestius in guerris & alibi iuxta status eorum possent & deberent seruire,& cætera. quam constitutionem omnino in his, licet narratiuis in Francia sequimur. Et hanc allegat Bened.in repet.sua,verb.& vxor.no.Adelas.num.264.

Commendatarijs an succedatur in quæsitis ex commenda.

Clericis hodie quomodo succedatur.

Prælati seculares liberè disponũt & testantur.

Constitutio Regia super prælatorũ libertate testandi.

§. CCCXXI.

SI A AVCVN heritier abintestat est aucune chose leguee, il luy est loisible de soy tenir à son dit laigs, & repudier sa portion hereditaire.

SI VNI, inquit Vlpia.ex hæredibus fuerit legatum,hoc & debetur. Sed & si abstinuerit se ab hæreditate, consequi eum posse legatum constat. l.qui filiabus §.fi.ff.de leg.j.facit l.cùm pater filios.§.euictis.ff.de leg.ij. Prælegata enim purè & sine onere debentur,etiam cohæredi: nec substitutioni vniuersali subijciuntur,sed ad cohæredis legatarij hæredes transmittuntur. dicit text.in l.miles.§.fin. ff.de leg.ij. Nota tamen quod aut prælegatum est titulo legati simplicis, aut titulo vniuersali institutionis. Primo casu, si immodicum est & quartam statuariam excedat,vt in §.ccxcj.minuendum erit & ad iustam quartam reducendum : siue hæreditatem

Prælegatũ cohæredi an acceptari possit hæreditate repudiata

tatem abintestato adeat legatarius cum cohæredibus, siue ipse repudiet. text.est in l.Plautius.ff.de conditio.& demonstratio.& in l.si hæres centum præcipere iussus sit. ff.de leg.j. Secundo casu,si hæres legitimus repudiauerit, & tamen sciat se hæredem scriptum esse,credendum est,eum vtrunque repudiasse:& ideo ad legitimam successionem non admitti: nec item petens scriptum legatum titulo hæreditario, audiendus est. verba sunt Vlp.in l.nec is qui non valere. §.j.ibi, sed si quasi legitimus. ff.de acq.vel omitt.hæredit. Sed videto lector ne duo hi casus ijdem sint: cùm hac consuetudine institutio testamentaria habeat tantum vim legati. Et nota hic ab hærede abintestato legari posse cohæredi.text.est in l.conficiuntur. §.x. & fi.ff.de codicill.& l.prima.§.sciendum.& l.sed si sic.& l.si fuerit.in fi.ff.de leg.iij. *Legari posse ab hærede abintestato cohæredi.*

§. CCCXXII.

BANNIS à perpetuel ne succedent point,mais succedent les autres prochains lignagiers du defunct.

EDICTO Prætoris, inquit Africa. bonorum possessio ijs denegatur, qui rei capitalis damnati sunt, nec in integrum restituti sunt. Rei autem capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio sit. l.edicto.ff.de bono.possessio.& l.si deportati.ff.de leg.iij. Testamenti item factionem neque actiuam neque passiuam habent deportati:l.eius.§.fi.& ibi Bart.ff.de testa.hos enim pro mortuis habendos respondit Vlp.in l.j.§.fi.versicul.deportatos.ff.de bono. poss.cont.tab. Item & amisisse videntur omnia quæ iuris communis sunt, vt suprà notauimus §.ij.in glo.Banni. Nec possunt quærere etiam inter viuos. l.quidam serui sunt. ff.de pœ.vbi notat Bart. Addam hic quòd si sententia deportatus prouocet, antequam præsidis factum princeps comprobet, amisisse ciuitatem non videtur: & potest successionem interim delatam consequi.verba sunt text.in l.j.§.his quibus. Ibi, cæterum.ff.de leg.iij. *Deportati nõ succedũt nisi restituti.* *Deportatus appellans interim acquirit.*

A PERPETVEL.

AD TEMPVS igitur relegatus succedit: Idq; nominatim cautum est verbis Africani in d.l.edicto.in fi.ibi,cùm autem in relegatione quis erit,ad bonorum possessionem admittitur. Id not.Cy.in auth. bona damnatorum. C.de bonis proscript. Et Masuer.tit. de pœ.vers.secus si fuerit relegatus. Nam certum tempus exulare iussus,relegatus dicitur.l.capitalium.in princ. ibi,veluti relegatio ad tempus. ff.de pœn. l.ad tempus. C.ex quib.caus.infam.irrog.l.relegatorum. §.ad tempus. ff.de interd.& relega.& magis expressè in l.ij.§.j.ff.de pub.iudic. Retinet enim relegatus ciuitatem & libertatem.l.ij.ff.de pub.iudic.neque enim lex aut Senatusconsultum prohibet alij quàm deportato hæreditatem capere.not.in l.non est ambigendum.in fi.ff.de bono. possess. *Relegati non succedunt.* *Relegati sũt ad tempus.* *Relegatus quæ retineat.*

§. CCCXXIII.

QVAND aucun va de vie à trespas, delaissez plusieurs heritiers habiles à luy succeder, & les aucuns s'abstiennent ou renon-

cent à ladite succesſion, le droit que leur euſt appartenu, ſilz ny euſſent renoncé, accroiſt aux autres, qui ſe vouldront porter heritiers: ſilz ſont de meſmes eſtoc & ligne.



VM SVCCEDENDI ratio his ſtatutis ſucceſſorijs non ſit propriè eadem, quam lex ciuilis inſtituit, ſed vtcunque inuerſa pluribus modis, ſcilicet cùm deſcendentibus ſuccedendum eſt, aut contra tabulas iuris libertate ſtatutas, & alias vt ſuprà vidimus: dubium erat, an ius accreſcendi idem competeret hæredibus ſtatutarijs, quod legitimis à iure delatum eſt. Ideo §. hic ſuperfluus non eſt. Huius ratio aperta eſt: Nam ius id accreſcendi ius magis reale eſt, quàm perſonale. portionem autem ſequitur ipſo iure: perſonam autem eo nomine quòd ad eam portio deferatur quocunque iure id fiat, ſiue communi, ſiue ſpeciali. l. ſi duobus. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabu. Item & de iure competit ſiue ex teſtamento, ſiue abinteſtato: & ſiue iure ciuili, ſiue prætorio, ſiue aliàs quocunque modo ſuccedatur. l. j. C. quand. non petent. part. Sufficitq; cohæredes ad ius accreſcendi recipiendum ſuccedere eodem iure & non diuerſo. text. eſt in l. ſi cum patrono. ff. de bono. poſſeſſ. & in d. l. j. oportet enim eos eſſe coniunctos coniunctione de qua in l. re coniuncti. ff. de leg. iij.

Accreſcēdi ius idē ſiue ſuccedat ſtatuto ſiue iure cōmuni.

DE MESME ESTOC ET LIGNE.

ID additum eſt ne confundantur ſtirpes, item & ne ſucceſſorum diuerſæ lineæ interuertantur. Præſcripſit enim ſtatutum patrimonialia ad eos referri, à quibus exierunt, nullis liberis ſuperſtitibus: Item cum aſcendentibus per deſcendentes ſuccedìtur in infinitum: & dum collateralibus per fratrum filios in ſtirpes, ſi vnius ex præſentantibus repudiantis portio ſit derelicta, his qui extra ſtirpem ſunt non accreſcit: niſi ſtirpe deficiente. Nec item in patrimonialibus portio recuſantis ad eum continget, qui alienæ ſtirpis eſt. per ea quæ not. Bened. in repet. ſua, in verb. vxo. no. Ade. nu. 629. facit tex. in d. l. ſi cum patrono. ff. de bono. poſſeſſ.

Accreſcēdi ius locū non habet inter diuerſo iure ſuccedentes.

§. CCCXXIIII.

SVBSTITVTION dheritier faite en teſtament, ou autre diſpoſition de derniere volunté nha lieu & ne vault aucunement audit païs par legat ny autrement, en quelque maniere que ce ſoit, & nha aucun effect de legat.



VARTAM olim licuit retinere ei qui reſtituere fuerat rogatus: idq; ex Senatuſconſ. quod Pegaſo & Pugione Coſs. latum eſt: quod deinde alio Senatuſconſ. facto temporibus Neronis, Ann. Seneca & Trebellio Max. Coſs. inter alia eius capita, quibus hæredibus fidei commiſſarijs prouiſum erat probatum fuit: & inde denominata eſt illa quarta Trebellianica. §. reſtituta. & §. ſed quia hæredes. Inſtit. ad Trebellia. Cùm igitur, in hac prouincia ex teſtamento ſucceſsioni locus non ſit: cùm inſtitutio vim ſimplicis legati habeat, & limitata ſit ad quartam: cumq; maiorem partem, neque legatis, neq; inſtitutione teſtator ex hæreditate poſſit diſtrahere, ſuperflua & inanis eſſet ſubſtitutio, cùm hac conſuetudine, ad quartam iuris,

Trebellianica.

omnis

omnis dispositionis emolumentum reductum sit. Notat Masuer. in tit. de successioni. & vlti. volu. §. institutio testamentaria. & §. item aduertendum est. Et quia hoc statuto ab vltimis tantum voluntatibus substitutio abacta est, videretur in donationi. causa mortis substitui posse. Cùm vt dicit Bald. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. statutum sub mentione vltimarum voluntatum donationes causa mortis non comprehendat. per l. fuit quęstionis. ff. de acqui. vel omit. hæred. quod tamen probandum non est: cùm dubium nulli sit donationes id genus effectu suo prorsus vltimarum voluntatum naturæ accedere, etiam si quædam habeant communia contractuum: arg. horum quæ suprà diximus, §. ccxvj. In contractibus autem posse substitui nemo nescit.

Substitui in donatiõe causa mortis an possit hoc statuto.

§. CCCXXV.

QVAND aucun habile à succeder abintestat paye creanciers, legats, ou fait autre fait dheritier, il est tenu & reputé heritier: & ne peult apres repudier ladite succession quelque protestation quil puisse faire au contraire.

PROPRIE dictum est, habile à succeder, quia si extraneus esset, non ita conijcimus ad immixtionem, vt dicit tex. in l. si quis extraneus rem hæreditariam. in princ. ff. de acqui. vel omit. hæredit. Impropriè autem dicitur hic, Repudier, cùm de suo agatur, qui abstinere magis dicitur: repudiare verò extraneus, vt dicit Azo. in d. l. si quis. & glo. j ibidem. Et sic mitius cum extraneis agitur. l. si quis seruum alienum. §. si quis suus. ff. illo titu. Nam pro hærede gerere non tam facti, quàm animi est: Ideo rem hæreditariam exequentis animum ex persona eius metimur, qui exequitur. l. pro hærede. in prin. illo tit. Neque prodesse potest protestatio contraria, vt si suus dicat nolle hæreditatem retinere, tamen rem hæreditariam amoueat, aut aliud tractet, abstinendi beneficium non habet. verba sunt Vlpia. in d. §. si quis suus.

Aditio extranei non adeo facilis ut sui.

Suus abstinet, extraneus repudiat.

Protestatio actus contraria.

PAYE LES CREANCIERS, LEGATS, ou fait autre fait.

NVLLVS actus magis arguit animum hæreditarium, quàm æris alieni solutio: ex eoq; necessario ius commune hæreditatis aditionem induxit. l. ij. & ibi Bar. & cæteri ad id notant. C. de iur. delib. l. parentibus. C. de inoffi. testa. Bald. in l. potuit. C. de iur. delib. in ix. quæstio. Item & actu superiori contrario similiter aditur hæreditas: scilicet si à debitoribus creditum exigatur. d. l. pro hærede. §. Papinianus. ibi, si à statu libero pecuniam exegit. ff. de acqui. vel omit. hæred. & per Bart. in l. frater à fratre. super glo. ij. ff. de condict. indeb. Alia autem sunt plura, vt fundos hæreditarios locare: debitoribus acceptum ferre: constituere procuratores: committere negotiatores: execu torum rationes persequi, concludere: expressè adire: instituere sacerdotijs idoneos homines: ædes hæreditarias ingredi, habitare: & alia quæ enumerat Ias. in consil. 112. nume. 2. volu. iiij. Alia verò quædam sunt, quæ licet sint hæreditaria, tamen etiam per suos, sine præiudicio beneficij abstinendi expediri possunt: vt exequiæ & iusta patris, aut

Aeris alieni solutio est actus hæredis.

Debita exigere hæreditarius actus est.

Hæreditarij actus.

Exequiæ funeris hæredis ius non arguunt.

aut defuncti eius, cui succedendum est. l. scriptus. in prin. & l. at si quis. §. plerique fi-
Actio ad vindicandam mortem defuncti. lij. ff. de relig. & sumptib. funer. & d. l. pro hærede. in prin. Item & licet actio ad patris necem vindicandam sit hæreditaria, veruntamen persequens ex eo hæredem se dicere non videtur, neque pro hærede gerere. d. l. pro hærede. §. fi. pœnam enim & vindictam potius quàm rei persecutionem continet.

§. CCCXXVI.

QVAND aucun ha declairé en iugement estre heritier dun defunct, ladite declaration proufite à celuy, à la requeste duquel elle ha esté faite & à tous autres. Et aussi quand il ha declairé iudiciellement quil nest heritier du defunct, ladite declaration vault renunciation de ladite succession, & proufite à tous. Autre chose est, sil est reputé heritier par contumace: car en ce cas, il nest reputé heritier que au proufit de ceux, contre lesquelz il est declairé heritier.

RENVNCIATION.

Hæres interrogatus tenetur renunciare si neget. SI ACTOR vrgeat, compelletur reus hæreditati renunciare. Et id fert vsus curiæ libellorum Paris. vt dicit Aufrer. in ij. parte styli sui. c. de dilatione consil. post dilat. ad deliberand. & ita dicit fuisse iudicatum in quadam causa quam nominatim exprimit. Ratio mihi visa est, quòd repudiatione, non autem simplici testatione hæreditas omittitur. text. est in l. is qui hæres. in princip. ff. de acq. vel omitt. hæredit. Nam his verbis, non sum hæres, non desino esse hæres, & maximè suus. l. si quis suus. ff. de iur. delib. Item nec talis repudiatio, aut testatio hæreditatis ius excludunt, maximè cùm hæreditatem delatam nescit is, qui interrogatur: aut si nondum delata sit, obsitq; aut inserta conditio, aut principis autoritas: tunc enim nihil repudiatione agitur. text. est cum glo. in verb. nihil egit. in d. l. is qui hæres. facit l. qui hæreditatem. & l. neminem. illo titul. scire enim certò debet qui repudiat eum mortuum pro quo interpellatur: Item & hæreditatem ad se delatam esse, & qua causa: & alia plura, quæ hominem impediunt & sepissimè fallere possunt. vt declarat
Hæres pro parte non tenetur renunciare. Accurs. in l. is potest repudiare. illo tit. Non ita est, si pro parte hæres respondeat interrogatus, se pro ea parte hæredem non esse, qui cæteris portionibus, neque hæreditati renunciare tenetur. vt Arresto Cur. Paris. Molinis temporaria iudicatum est, die xiij. Octob. anno 1534. Portionem enim tantum repudiare tenetur eam, de qua in-
Hæres qui adiuit quo casu possit abstinere. terrogatur, & pro qua hæres tunc esse videtur. Et circa id maximè notandum est, quòd hæc portio sic repudiata cohæredi iure accrescendi defertur, isq; siue sit suus, siue extraneus, necessariò cogitur hæreditatem aut totam agnoscere, aut à tota discedere, etiam si portionem suam iam adiuerat. Quo casu, idest noua portione sibi adueniente, potest à tota hæreditate prorsus abstinere. Et sic propter alium poterit, qui per seipsum non poterat. verba sunt & casus l. cum hæreditate. ff. de acq. vel omitt. hæredit.

PAR

PAR CONTVMACE.

ITA hodie vtimur, etiam in prouincijs iuris scripti: vt hæredis declaratio & interroganti & cæteris prosit, si illam hæres ipse sponte proferat. secus, si ex eius taciturnitate, aut contumacia, iudex illam decernat: quia in illa tantum causa, in qua contenditur & agenti tantum prodest. text. est in l. si filius qui abstinuit. iuncta glo j. in fi. & alius in l. si filius qui cum. ff. de interrogato. actio. Et licet actus huiusmodi ciuiles ex eorum re tantum esse dicantur, cum quibus fiunt, vt procuratoris datio, domicilij electio, præscriptionis interruptio, & cæteri plures: vt notat Paul. Castr. in l. naturaliter. ff. de vsucapio. tamen cùm actus superior causam habeat perpetuam & generalem, cæteri verò certam & temporalem, meritò iure hi restricti sunt: ille verò ampliatus, ad tempus suum.

Hæredis declaratio qui bus & quã do prodest.

§. CCCXXVII.

LE SEIGNEVR iusticier ne peult faire mettre sa main, sans requisition de partie, sur les biens & succesion des decedans en sa Iustice, quand il y ha heritiers apparens, qui telz se declairent: comme pere, mere, enfans, freres, sœurs, oncles, cousins & cousines, tant germains, que remuez de germains, tãtes, nepueux, niepces demeurans au lieu, & Iustice ou le defunct est trespassé. Mais si lesdits heritiers ne se declairent, le Seigneur iusticier pourra faire ladite mainmise, pour la conseruation du droit des parties: Ensemble inuentaire des biens, à moindre fraiz que faire se pourra. Laquelle mainmise sera leuee à lheritier apparent, en verifiant sommairement, & de plain, quil est prochain lignagier du trespassé.

AEQVISSIMVM enim est, vt curet Prætor ius suum vnicuique conseruari. Cur autem, inquit Iulianus, ad arma & rixam procedere patietur eos, quos iurisdictione sua & autoritate potest componere? l. æquissimum. in princip. ff. de vsufr. Isq; pro subditis maximus iurisdictionis fructus est, vt res suas per manus Prætoris accipiant: & sic pacificè secum agatur. l. congruit. ff. de offic. Præsid. de hoc statuto vide Masuer. in tit. de succesio. & vlti. volun. §. item illius. & Bened. in repetit. sua, verb. & vxo. no. Adel. num. 634.

Suum prætoris manu consequi, commodum est.

§. CCCXXVIII.

LE SEIGNEVR hault iusticier succede aux decedans sans parens & lignagiers habiles à luy succeder: & ne le forclost le ma-

ry en ſucceſsion de la femme : ny la femme, en celle du mary : ny auſsi le lignagier, es biens eſquelz il neſt habile à luy ſucceder.



INVERTITVR hoc nouo ordine, iuris ciuilis ordo: quo primo capite deſcendentes in infinitum: ſecundo, aſcendentes: tertio, collaterales: quarto, coniux ſuperſtes: quinto, fiſcus inuitati ſunt: & eo ambitu abſolutum eſt edictum ſucceſſorium. A quo nominatim hoc ſtatuto remoti ſunt coniuges, dominorum iuriſdictionalium fauore magis quàm ex bono & æquo: cùm tam nouo quàm antiquo iure maritus & vxor ab inteſtato, ſibi inuicem ſuccedant. vt ff. & C. vnde vir & vxor. Præterea illa tam neceſſaria coniunctio inter ſocios humanæ & diuinæ domus fauorabilior videri debuit fiſci ærario. arg. l. aduerſus. C. de cri. expilat. hæredit. Eaq; cauſa moti ſunt legiſlatores, qui non tantum deficientibus alijs tribus gradibus ſucceſſorijs, vocarunt coniuges, ſed etiam ſtantibus liberis in quartam, ſi ſuperſtes inops, defuncti verò hæreditas opulenta ſit. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. quæ hodie in vſu eſt in prouincijs iuris ſcripti, vt declarauit Senatus Tholoſ. & ſuprà latè diximus §. ccxlvij. glo. in l. j. de bonis vac. lib. x. C. octo ſucceſsionis gradus enumerat: & inter hos fiſcum coniugi non præfert, ſed fiſcum ipſum vlteriori numero aſcribit poſt coniuges: item & poſt liberalitatis imperialis ſocium: item & curiam ſeu collegium: item & ſubſtitutos: nouiſsimum autem fiſcum fecit. Videamus tamen an vxor poſsit dici fiſco præferri etiam hoc ſtatutario: vt certè in dimidia quæſtuum & mobilium præfertur non tantum fiſco, ſed etiam liberis & alijs ſucceſſoribus quibuſcunque. hæc enim mobilia & quæſtus non tam iure matrimonij proprio, quàm iure ſucceſsionis conſequitur: cùm ante mortem mariti in his ius aliquod ſibi quæſitum dici non poteſt, ſed tantum horum quæ à marito defungente relinquuntur poteſt dimidiam auferre: Nec poteſt queri ſi alienauit maritus, ſi decoxit, aut ſibi omnino interuertit. vt ſuprà notauimus ex Benedict. in §. ccxxxvj. Huius ſtatuti meminit Maſuer. titu. de ſucceſsio. & vlti. volunt. §. item ſi nulli ſuperſint hæredes. dicuntur enim tunc deficientibus legitimis hæredibus bona vacantia, quæ ad fiſcum deferuntur. l. recuſare. §. ſi fiſco vacantia. ff. ad Trebellia. & l. j. & l. vacantia bona. de bon. vacant. lib. x. C. & quia iure communi huic ante aditam aut agnitam hæreditatem ius integrum non quæritur. l. ergo quandiu. §. ſi bona. & §. eadem. ff. de fideicommiſſ. liberta. nec & ſolet fiſcus adire, niſi prius deſcriptis rebus hæreditarijs: & ſic non teneri, niſi ſecundum vires hæreditarias. l. j. §. an bona quæ ſoluendo. ff. de iur. fiſ. Hoc item ſtatuto ante fiſcum admiſsi non ſunt collaterales, aut aſcendentes in patrimonialibus quæ ab eorum linea non exierunt, à quibus in totum excluſi ſunt, vt ſuprà ſtatutum fuit. §. cccxiiij. & ſeq.

Coniugalis ſucceſsionis æquitas et ratio.

Succeſsionis octo gradus.

Vxor mobilia & quæſtus conſequitur iure ſucceſsiuo.

Bona uacantia.

Fiſcus nõ tenetur inſolidum ut hæres.

§. CCCXXIX.

LE LIGNAGIER qui ſe porte heritier ſimple eſt à preferer à ceux qui ſe veulent porter heritiers par benefice dinuentaire, combien quil ne ſoit ſi prochain du defunct, comme celuy qui requiert eſtre admis par ledit benefice dinuentaire.

SVPRA §. ccxxiij. diffuſè notauimus.

§. CCCXXX.

LESTRANGER ne peult eſtre receu à ſoy porter heritier ſimple, ny par benefice dinuentaire: Et pource le deboute le lignagier, requerant eſtre receu par benefice dinuentaire. Toutefois lheritier conuentionnel par mariage ou autrement posé quil ſoit eſtranger, pourra, ſil ne veult accepter ladite ſucceſsion, ſe porter heritier par benefice dinuentaire, ſi aucuns des lignagiers du defunct ne le veult eſtre par ledit benefice dinuentaire.

HORVM duorum §.§. materiam hic non attingimus, ne lectorem ocioſa repetitione grauemus, quam pro vſu ſatis retulimus ſuprà §.ccxxiij.

DROITS SEIGNEVRIAVX.

TITVLVS XXVI.

§. CCCXXXI.

TERRES ermes & vacans ſont au Seigneur iuſticier.

HAEC prædia Erema, deſerta ſunt, & à nullo culta, aut alio modo occupata. ἔρημος enim locus inhabitatus dicitur. Inde Eremitæ, qui ſe in locos deſertos, & ſolitudinem contulerunt. Et Eremodicium, deſertio cauſæ, abſentia, ſiue negligentia partium facta. Specul. in tit. de iuriſdi. omn. iud. §. j. circa princ. prædia erema dici, & iuriſdictionali domino pertinere dicit, ſi ſine poſſeſſore certo annos triginta viſa ſunt. Et eum ſequitur Benedict. in repetit. ſua, verb. & vxo. no. Adel. nume. 832. ibi, & etiam omnia vacantia ad eum pertinent. Vſu huius prouinciæ dominia rerum quarumcunque triginta annorum negligentia dominis depereunt: Et ideo erema dici poſſunt, & domino quæri: ex Specul. ſententia. Hunc §. intelligo primò, in prædijs ruſticis tantum: bonorum autem aliorum vacantium mentio ſequenti §. expreſſa eſt. & §. cccxxviij. ſuprà. Item & ſecundo, vt verba bonorum vacantium in genere: vt ſucceſsionum & cæterorum, ab eremis differant, cùm illa merum imperium habenti tantum quærantur, hæc verò tantum ſimplici iuſtitiario. vt in prox. §. vbi quantum ad emptionem eremorum attinet ſcripta huic conferunt. puro autem hoc §. de eremis & vacantibus prædijs tantum ſtatui in ſpecie, de vacantibus autem in ſpecie nihil ſtatui.

Erema quæ ſint.
Eremitæ.
Eremodiciũ.

§. CCCXXXII.

BIENS vacans & eſpaues appartiennent aux Seigneurs haults iuſticiers.

Vacantia defuncti ad fiscum deferuntur.

ACANTIA, inquit Imperator, mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel iuris titulo, legitimum intestatus reliquerit hæredem.l.vacantia.& l.j.de bo.vacant.lib.x.C. Et quia supra §.cccxxviij.materiæ huius locus aptior visus est, hic non immorabor diutius, si adiecero, quod vtrique §.maximè proprium est & etiam superiori, talia domino obuenientia solere publica auctione emptori addici: Et eum, cui addicta sunt ab alio non posse conueniri: veluti si post auctionem appareat filius aut alius hæres, qui diu absuerat, credebaturq; mortuus. Idem si dominus rei appareat, quam vt vacantem dominus iustitiarius iam occupauit, quum illa tamen non esset vacans, sed animo ab absente quodammodo retenta.l.clam posidere.§.qui ad nundinas. ff.de acqui.poss. Aut qui ob minores annos cursum triginta annorum & præscriptionem impediat: non admittetur vendicans aut rem persequens: quia venditio sic publicè facta tenet irreuocabiliter. Habet tamen ille quicunque sit dominus quadriennium à iure concessum petendi restitutionem pretij à fisco.emptor autem omnino securus est. tex.est in l.omnes.C.de quad.præscriptio. Et not.Masuer.titu.de emptio.& vendit.§.item si bona. Secus autem, si alia formula, quàm publica auctione res expedita sit, quia tunc absens rem liberè poterit consequi. Ideo tutum erit maximè emptori si rem clàm non acquirat, ne in eum detur actio.l.etiam si putauit.§.item si quis à fisco.ff.de petit. hæredit. vbi Accurs.correctionem inductam dicit per d.l.omnes.sed fallitur. nam si rectè perspexeris, inter has maximè conuenit.

Vacantiũ iã publicatorũ dominus q̃n audiatur.

ESPAVES.

Espana. *Adespota bona.*

IN regno Franciæ (inquit Fab.in §.examen.Instit.de rerum diuisio.) domini terrarum occupant, & vocant Espaua. Budæus ea Græco vocabulo ἀδέσποτα bona dicit, eo nomine, quòd assertorem non habeant. hisq; distrahendis, aut curandis scribit curatorem solere dari.idest commissarium. per l.cùm cognatos. C.de capt.& postli.reuers.& l.j.§.penult.& fin.ff.de munerib.& hono. Nec enim illa occupare licuit, nisi custodiæ causa: vt & res naufragio errantes, si ad littus peruenerint, dominis reseruari debent.l.nauigia. C.de furt. Nec iure communi fiscus his se interponere debuit: ne ex aliena calamitate & re tam luctuosa compendium sectetur. vt dicit text. in l.j. de naufrag.lib.xj.C. Affligendus enim non est noua iactura, quem afflixit tam tristis euentus.l.diuus.ff.de offic.Præsid.hodie tamen id ius est inuersum: eaq; ita errantia, de quorum domino dubitatur, ad fiscum deferuntur. vt in §.cccxxxvij. & sequenti dicetur.Bened.in repet.sua, verb.& vxor.no.Adel.num.932.huius statuti mentionem facit: & ea, quæ Espaues dicimus, mobilibus consistere dicit, vt animalibus abactis, vocariq; bestail Espaue, quod aliunde fugit & abigitur: & ideo errat nemine persequente: & extra possessionem domini est.l.posideri.§.Nerua.ff.de acqui.possess. ibi, nam pecus simul atque oberrauerit.

Naufragio errantia cuius sint.

Espaua quæ propriè sint.

§. CCCXXXIII.

SVR la censiue, & sur le chef fief daucun Seigneur lon ne peult vendre rentes ny icelles surcharger sans la volunté du Seigneur du cens ou du Seigneur du chef fief: & qui le fait de fait, la

rente

rente & ſurcharge ſera oſtee, & lheritage deſchargé. Et à ce faire peult le Seigneur cenſiuier, ou feodal contraindre les parties. Autre choſe eſt des membres du fief, car lon les peult ſurcharger, vendre, & tranſporter.

HIC §. eandem habet cum inferiori materiam: & ſuper his infrà dicemus. tantum hîc probamus, non licere vaſallo feudum afficere nouo quodam & extraordinario onere, domino non antè conſulto. glo. fina. in l. lex vectigali. ff. de pigno.

§. CCCXXXIIII.

SVPPOSE que lon ne puiſſe ſurcharger le chef fief de la choſe feodale, de rente ou redeuance, ny mettre aucune charge deſſus, ny auſsi ſur les choſes mouuans de la cenſiue & directe Seigneurie dautruy, ſans le vouloir & conſentement dudit Seigneur: toutefois ſi les Seigneurs feodaux, deſquelz les choſes ſont tenues en fief, ou les Seigneurs cenſiuiers & directs, ſouffrent ladite rente & ſurcharges eſtre leuees continuellement ſur leſdites choſes, apres la notification à eux faite de ladite ſurcharge, par leſpace de trente ans, ſans faire diligence dicelles faire deſcharger, apres ledit temps continué, & la poſſeſsion deſdites rentes & charges, leſdits Seigneurs feodaux ou cenſiuiers, viendront à tard, à requerir, que leſdites ſurcharges ſoient oſtees de deſſus leſdites choſes feodales ou cenſiuieres: Ains tiendront leſdites ſurcharges & demeureront, ſaufz les droits de directe Seigneurie eſdits Seigneurs feodaux ou cenſiuiers.

PARVM, aut omnino nihil videbatur directi domini intereſſe, rem ab vtili domino & poſſeſſore, extraordinario cuipiam oneri ſubijci. Id enim, licet iure communi ſit prohibitum, aut certè non admiſſum ſpecialiter, vt dicit Accurſ. in l. lex vectigali. ff de pigno. tamen vtcunque ſit, vſu generali totius Franciæ emphyteuſes & feuda facta ſunt patrimonialia: deq; ijs liberè licet diſponere: domino neque conſulto, neque volente. vt dicit Benedict. in repetit. cap. Raynut. ſup. verb. Et vxo. nom. Adelaſ. num. 948. ibi, præſertim &c. Et licet ſimplex hypotheca & affectatio horum ad annuam præſtationem non impediatur, & ſequatur rem etiam contra alium poſſeſſorem, à debitore ius habentem. l. tutor. §. fi. ff. de pignorat. actio. & l. grege. §. & in ſuperficiarijs. ff. de pigno. Item & quamuis ſeruitutem prædio poſſit imponere, non tantum vtilis dominus, ſed etiam ſuperficiarius, l. ſeruitutes prædiorum. ff. de ſeruit. hæc tamen & huiuſmodi ſimilia neque valent, neque admittuntur con *Feuda uſu Franciæ patrimonialia.*

Q tur con

Rei nihil imponi potest directi domini praeiudicio.

tur contra dominum directum. quinimo si contingat rem ex aliqua causa in manus directi domini, aut naturali, aut feudi, aut emphyteusis conditione, recidere, continuò resoluuntur, extinguntur & pereunt, quæ hypothecæ nomine ab vtili domino admissa erant. repelliq; omnino debet creditor is, cui debetur aut sors aut pensio. d.l.lex vectigali.& d.l.grege.§.statuliber.ff.de pigno. In pristinam enim dignitatem & naturam res redacta est.l.voluntate.in fi.ibi, sed in pristinam causam. & ibi glo. ff.quib.mod.pig.vel hypoth.soluit.facit text.in l.Titia.ff.de annu.lega. & in l.fi.ff.de contrah.emptio.& in l.Stichus.§.Titia.ff.de alim.& cibar.lega. Aliud tamen esset si rem dominus directus alio quàm commissorio titulo nanciscatur: veluti emptionis, in solutum, permutationis, donationis, legati, hæreditatis, aut alio huiusmodi. his enim casibus seruitus imposita, aut pensio aut hypotheca, remanet integra & firma. l.sed si hac.§.prostituta.vers.at si venditor.ff.de in ius vocan.& l.j.ff.si mancip.ita væne.ne prostit. Et ita arresto Delphinali fuisse decisum, retulit Guid.Pap.quæst.ccccclxxv. Secundò, tenetur dominus pensionem aut hypothecam admittere & continuare, si illius impositioni consenserit. Nam quæ eius bona gratia facta sunt, ipse in controuersiam reuocare non potest.l.de accesionibus.ff.de diuers.& tempo.præscript.& l.si conuenerit.ff.de re iudica. neque vllam videtur iniuriam accipere, si semel voluit. vt dicit text.expressus pro statuto nostro, in l.in diem. ff.de aq.plu.arc. & l.fi.de remissio.pigno. Tertiò, tenetur dominus directus etiam qui non consentijt, si diu passus est pensionem solui, & creditorem ea vti. Et circa id statutum hoc nostrum triginta annos legitimè præstituit: cùm in his idem sequamur, vbi specialiter consensus domini non inuenitur, vetustatem scilicet eius vicem obtinere. verba sunt Vlpia.in l.j. §.fi.ff.de aq.plu.arc. Quartò, dominus impedire non potest, quominus pensio leuetur, si ea ad rei augmentum sit imposita: & ex eius sorte res est multò facta melior. d.l.j. §.de eo opere. Alioquin autem non potest vasallus aut emphyteuta rem facere deteriorem. vt dicit Bald.in l.j.in vlt.quæstio.C.de iur.emphyteut.neque in præiudicium domini illam transferre in hominem morticinij priuilegio munitum. vt latè scripsimus suprà §.xxv.in glo.mainmorte.

Directus dominus quãdo rei onus subire cogatur.

§. CCCXXXV.

TRESORS mussez dancienneté appartiennent, le tiers au Seigneur hault iusticier, le tiers au Seigneur de lheritage, ou ilz sont trouuez, & le tiers à celuy qui les ha trouuez.

Thesauri inuẽti distributio quæ fiat de iure communi.

LEX CIVILIS thesaurum Dei esse beneficium existimauit. Ideoq; Leo Imperator æquissima constitutione, in suo solo repertum domino reliquit integrum: nulla eius portione fisco deferenda: in alieno verò solo repertum forte fortuna & ab aliud agente, ita diuisit, vt ipsius soli domino dimidia pars daretur, aliam verò dimidiam inuentor retineret. l.vnic.de thesaur.lib.x. C.idem edixit Adrianus, naturalem æquitatem secutus.§.thesauros.Insti.de rer.diuis.& l.nunquam. in fi.ff.de acq.rer.dom. Illud notandnm, hoc casu prædium dotale, quod ad maritum pertinet, alienum censeri: sic vt maritus thesaurum in eo inueniens, dimidiam eius partem dotalem faciat, & restituere teneatur.l.diuortium.§.puto autem.versicul. sed sibi.ff.sol.matrimo.Io.Fab. in d.§.thesauros. refert antiquam Doctorum controuersiam,

Thesauri in prædio dotali inuẽti distributio.

uersiam,Placen.Pet.& Iaco. an scilicet vsufructuarius feudatarius & emphyteuta dicantur veri domini, sic vt thesaurum repertum totum sibi possint retinere excluso proprietario, & domino directo. Dubitandi causam illi nacti sunt ex d.§.puto autem.quo maritus,qui omnino dominus est. l.doce ancillam. C.de rei vend.cum thesaurum sibi non inuenit,sed vxori. Hodie autem ociosis hæc contentio relinquenda est: cùm, vt suprà dictum est, feuda & emphyteoticaria omnia facta sint apud nos patrimonialia.ideoq; qui sunt inuestiti, omnino domini sunt. Domino tamen iurisdictionali reseruata est tertia pars thesauri: quæ causa fuit vt portiones immutarentur inuentoris & eius qui prædij est dominus.vt dicit Benedict.in repetit.sua,verb.& vxo.no.Ade.num.935.Io.Fab.tenuit vsufructuarium pro inuentore,& proprietarium pro fundi domino accipi.in d.§.thesauros.

§. CCCXXXVI.

BESTES prinses pour espaues,auant que pouuoir estre vendues par iustice, doiuent estre gardees, cestasauoir chieures, brebis,& autre menu bestail,lespace de trois iours & trois nuicts. Et les grosses bestes comme bœufz, vaches, porceaux, & leurs semblables,lespace de huit iours & huit nuicts:pendant lequel temps sera faite notification au lieu accoustumé à faire proclamations du lieu auquel elles auront esté prinses: à fin que les maistres ou Seigneurs desdites bestes les puissent recouurer. Et si dedens ledit temps il nappert que aucun fasse poursuite desdites bestes, elles peuuent estre vendues au lieu publiq, apres ledit temps de trois ou huit iours passez respectiuement, au plus offrant & dernier encherisseur. Et si dedens quarante iours apres ladite vente,le Seigneur desdites bestes reuient, & les veult recouurer, faire le pourra:en payant les pastures & fraiz de ladite vente: autrement lesdits deniers appartiennent ausdits Seigneurs.

STATVTVM hoc sumptum est ex consilio Vlpiani in l.falsus. §.qui alienum.ff.de furt. Solent pleriq;,inquit ille, etiam hoc facere,vt libellum proponant continentem inuenisse se, & reddere esse paratos ei qui desiderauerit.Et id vbertim discusserunt Feli.& Panor.in c.cùm dilecti.de accusatio.& Io.Fab. in §.fi.Institu.de rer.diuis.& Ang.ibidem diffusius multò. Post hos igitur dies censentur haberi pro derelicto,& iure gentium,vt vacantia possunt à quolibet occupari: l.j.& ij.ff.pro derelict. tamen ratione harum proclamationum dicenda sunt vacantia tantum & in nullius bonis,& fisco soli quærantur: vt dicit Bart.in l.rem quæ nobis. ff.de acq.possess. *Errãtũ pro clamationes.*

§. CCCXXXVII.

SI AVCVN treuue vn abeillon à miel eſpaue, en ſon heritage, qui ne ſoit pourſuiuy par celuy à qui il appartient, il eſt tenu de le reueler au Seigneur iuſticier ou à vn de ſes officiers, en la iuſtice duquel il eſt trouué, dedens vingtquatre heures apres quil aura ſceu ledit abeillon eſtre en ſon heritage. Et ſi ledit abeillon neſt pourſuiuy de celuy à qui il appartient dedens huit iours, le reuelant en aura la moitié; & lautre moitié ſera au Seigneur hault iuſticier. Et ſil ne le reuele, & il en ſoit conuaincu, il reſtablira ledit abeillon & eſpaue, & ſera condemné en lamende. Et ſil le prend en autruy fonds, il ſera condemné en lamende arbitraire, & à ladite reſtitution.

Feræ an dici poſſint Eſpaues.

Apes oberrantes.

Maſueta ob errant cõtra naturam.

Feræ oberrare natura ſolent.

Apium natura fera.

IOAN. FAB. in §.examen.Inſtitu.de rer.diuiſio.nihil differre putauit inter beſtias manſuetas, quæ pecoribus conſiſtunt, & inter feras. Nam vtraſque aberrantes poſuit ſub hoc verbo, eſpaues. cum enim apium materiam in manu ille haberet, has ſub eodem verbo dominis terrarum addixit. ſtatutum hoc contrà: & certè aptius: quo etſi verbi, eſpaue, mentio facta eſt, tamen diuerſa prorſus diſpoſitione: eoq; verbo vti forte decuit, non quòd apes beſtiarum manſuetarum numero ſint, ſed quòd certis caſulis ſoleant reſtringi: è quibus ſi eas contingat oberrare, eſpaues dici poſſunt. Manſueta tamen animalia oberrare propriè dicuntur. quia cùm paſtoris manui aſſuefacta ſint, illumq; ſequi ſoleant, ſi extra pecus quædam abeant, verè oberrare dicuntur: idq; eſt quod eſpaues dicimus: & tantum manſuetis conuenit. text.eſt in l.poſsideri.§.Nerua.ff.de acq.poſſ.Sed ferarum alia cauſa eſt, cùm per earum naturalem libertatem nihil magis habeant proprium, quàm vt oberrent, & nullius manui ſe ſubijciant.§.feræ igitur beſtiæ. Inſtitut.de rer.diuiſio.& in his id verbum, eſpaues, aptum non eſt. In nullius enim bonis ſunt: & primò occupantis fiunt:nec expectandus qui eas aſſerat.d.§.feræ.& l.naturalem.§.x.ff.de acq.rer.domi. Apium autem fera natura eſt. Itaque apes quæ in arbore tuo conſederint, antequam à te alueo concludantur, non magis tuæ intelliguntur, quàm volucres quæ in arbore tua nidum fecerunt. Ideoq; ſi alius eas concluſerit, is earum dominus erit. verba ſunt Iuriſconſ in d.l.naturalem.§.apium.ff.de acq.rer.do.& in §.apium.Inſtit. de rer.diuiſio. Item & in his perſequendis aut nanciſcendis furtum fieri non dicitur. l.ſi apes in arbore.ff.de furt. Contrà eſt in manſuetis.l.falſus.§.qui alienum.ff.illo tit. quæ quandiu in perſequentis dominio manent, ab alio occupari non poſſunt. Hoc autem ſtatuto notanter dictum eſt, non aliter manere, quàm ſi per eum ex cuius alueo emolauerint, inſectentur: Nec item perſecutio alia poteſt impedire quin per alium occupentur, quàm ſi perſequens examinis conſpectum non amittat. §.examen. Inſtit.de rer.diuiſ. Quod & idem in feris, quas venatione proſequimur, obſeruatur. l.in laqueum. ff.de acq.rer.do.& d.l.naturalem.§.j. Perſequens autem apium id examen

men

men euolans, etiam per fundum alienum prohiberi non debet. Quòd ſi prohibitus ſit, habet in prohibentem actiones proprias : vt per Fab. in d.§.examen. Ideo contra eùm nemo non videt id, eſpaue, non dici, niſi ratione ſuperiore. Diuerſitatem arguit, quòd hoc ſtatuto, reuelanti portio donatur, tanquam prӕmium indicis, quod μηνυτρόν, Vlpianus vocat in d.§.qui alienum.

Animalia aberrãtia ipſe qui licet per fund. alie.

§. CCCXXXVIII.

AVSSI qui trouue eſpaues & les retient ſans les reueler dens vingtquatre heures à la Iuſtice ou aux officiers dudit Seigneur iuſticier, au territoire duquel ladite eſpaue eſt trouuee, il eſt amendable enuers ledit Seigneur iuſticier, auec reſtitution de ladite eſpaue.

LICET Ioan. Fab. in §.fin. Inſtit. de rer. diuiſ. execretur hoc mulctæ iudicium, aſſeratq; officiarios malè facere: & poſt eum Benedict. in repet. ſua, in verb. & vxo. no. Adelaſ. num. 934. ibi, hodie verò deploret ſtatuti iniquitatem : tamen cùm ſtatuto ius domino quæratur, furtiuè agit ſubditus ſi id domino aut officiarijs non declaret. d.§.qui alienum. deferre autem fiſco nemo cogitur, niſi rem cuius pars fiſco debetur. Qui autem fiſco quæſitum ſuppreſsit, totum cum altero tanto cogetur ſoluere. verba ſunt Calliſtrati in l. non intelligitur. §.fin. in fi. ff. de iure fiſc. facit l. edicto. illo titu.

Eſpaua nemo ſupprimere poteſt ſine furto.

§. CCCXXXIX.

HOMME ſubiet en Iuſtice faiſant feu, doit pour raiſon de la haulte Iuſtice trois charrois lan, ſil ha bœufz & charrette. Et ſil nha bœufz ou beſtail trayãt, & charrette, il luy doit trois coruees, la ou il plait au Seigneur de lemployer, en ſa Iuſtice ou hors. Et doit iceux charrois ou coruees faire de Soleil leuant à Soleil couchant : & tellement que du leuant il puiſſe eſtre en ſa maiſon au couchant. Et eſt tenu ledit Seigneur qui prendra ledit charroy ou coruee nourrir ceux qui feront leſdits charrois ou coruees : ou payer pour le charroy à deux bœufz, ſix deniers tournois : à quatre bœufz, douze deniers : à ſix bœufz, dixhuit deniers tournois. Et pour coruees, ſix deniers tournois, au choix dudit Seigneur. Et ne peuuent leſdits Seigneurs cõtraindre leſdits ſubietz à faire charrois pour autres que pour eux, & leurs affaires : & auſsi les prendre vne annee ſur autre, car ilz ne ſe arreragent point. Et ne

ſont comprins en ceſte taille les villes & autres lieux dudit païs, qui ont franchiſe & priuilege de ne faire aucun charroy ou coruee. Auſsi ne ſont comprins ceux qui par ſentence, contract, ou compoſition en doiuent plus ou moins : auquel cas ilz ſont tenus faire le charroy, ſelon leſdits traictez, compoſitions, ou ſentences.

Operarũ debitor quot horas debeat inſumere.

HOC §.plura deciſa ſunt, de quibus inter Doctores noſtros nondum conuenit. Primum : quòd ſufficiat, operarum debitorem, diem integrum tranſegiſſe : etiam ſi maiorem partem eundo, & redeundo, breuiorem autem negotiationi impenderit horæ etenim quæ interea ceſſerint, dum ad patronum itur, & ab eo reditur, patrono pereunt. text.eſt expreſſus in l.quod niſi fiat. §.ex prouincia. ff.de oper.liberto. Contrà tamen videbatur, libertum aliunde ad patronum venientem, & ei ſex horis tantum antemeridianis præſto viſum, non liberari.l.operas ſtipulatus.ff.illo tit. etiam ſi alias ſex horas potuit reditu ſuo inſumere. Et quod lex omiſit, expreſſo ſtatuto admiſſum eſt, vt rationabile. vt dicit Guid.Pap.quæſt.ccxxvij.

Operæ cuius expẽſis præſtandæ.

SECVNDVM & maius fuit dubium de victus ratione : an patrono, an verò debitori operarum incumbat. Nam ſummo iure vnuſquiſque quod ſpopondit aut debet ex neceſsitate, ſuo impendio præſtare debet. dicit tex.in d.l.quòd niſi fiat.in prin. Item in ſpecie : ſuo victu veſtituq́; libertum operas debere dare Sabinus reſpondit. l.ſuo victu.illo tit. Et ibi tantum exceptus eſt is, qui inopia grauiori laborat, quiq́; ſe alere non poteſt. & huic aut à patrono cibaria præſtanda ſunt, aut liberto tantum temporis remittendum, quantum ſatis eſt ad quæſtum faciendum, vnde ſe alat. l.aut certè.& l.operarum editionem. §.non ſolum.illo titu. Accurſius pro concordia l.ſuo victu. & l.operæ enim, ſeparauit certas ab incertis : & in illis quæ certæ & limitatæ ſunt, victum denegauit.d.l.ſuo victu.rationem habet, quòd debitor operarum certarum has præſciens, educationem ſibi parare poteſt. Quòd ſi incertæ ſunt, & debitor inops eſt, dominus victum debet. Tamen mihi hactenus leges ſuperiores magis diuerſæ viſæ ſunt, quàm contrariæ. lex enim, ſuo victu. generaliter operarum quæ ex neceſsitate debentur mentionem facit : quas reuera debitor omni ex parte ſic debet, vt ei dominus nihil propterea præſtare teneatur. Cæteræ verò leges, & maximè poſterior, locum habent in expreſsis: veluti cùm operæ in patroni domo eduntur. Nam vbi eò vocatur colonus, æquum eſt domini impenſa eas dari : cùm id ipſe poſsit commodè : nec ſit rationabile vt colonus à domo ſua diſtractus, aut domino obſequatur famelicus, aut in cibarijs quærendis aliquot horas impendat. & is eſt caſus l.operæ. Tamen omni caſu ex æquo & bono viſum eſt ijſdem Iuriſconſultis, qui de ſummo iure reſponderant, vt ſuprà dictum eſt, imponi operas hac lege, vt libertus ſe alat, non poſſe. verba ſunt Iaboleni in c.imponi.ff.illo tit.& in d.l.operæ. Suis autem inſtrumentis, vt bobus, curru, ligone, & cæteris ſemper tenetur illas exequi colonus: illaq́; reſarcire ſuo ſumptu, ſi deterantur. & talium nihil ad dominum ſpectat. vt dicit glo.in l.quoniam liberi.in fi.C.de teſtib.

Operæ an alij delegari poſſint.

TERTIVM dubium fuit. An poſsit patronus operas ſibi debitas, alij remittere & delegare : & in alios vſus quàm proprios. Ferè omnes tenent poſſe, per l.ſi non ſortem. §.libertus.ff.de condict.indeb.addo l.patronus.ad fi.& l.ſi liberti. Ibi, verum eſt debere eum, non ſolum ipſi patrono, ſed etiam amicorum ludis.ff.de oper.liberto.

Contrà

Contrà tenuit Boër. quæſt.ccxij. num.19. part.ij. per eundem §.libertus.addo text.in l.cùm patronus.§.cùm libertus.ff.de oper.lib.vbi vtrobique perſonales ſunt,mutuoq; iure procedunt. Nam quemadmodum non licet operarum debitori militiæ nomen dare,aut alij quàm patrono operas ſuas deuouere.l.operis obligatus.illo tit. Viciſsim patrono non debet licere alijs quàm ſuis proprijs aut familiæ negotijs, operas debitas impendi iubere:idq; curia ſuprema repulit. Infrà loco proprio dicturi ſumus in domino & vaſallo idem eſſe dicendum.

QVARTVM dubium eſt de reliquis operis.lex enim ciuilis operas deberi voluit perinde ac pecuniam creditam : vt ex ea cauſa præteritarum nomine actio daretur, etiam hæredi extraneo.l.à duobus.& l.ſi quando. illo tit.& hanc partem tenuit Bart. in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obligatio. Alij contrà:hac ratione,quòd his præſtandis colonus in totum à cultura agraria reuocaretur. Iaco.de ſanct.Georg. in tract.de Royd.negat præteritas colonum debere realiter præſtare : tenet tamen æſtimationem earum domino exoluendam eſſe. Contrà obtinuit vſus,prorſus nihil deberi:iſq; arreſto firmatus eſt. Ego puto indictas à patrono & à liberto non præſtitas peti vt præteritas poſſe:non indictas autem,non poſſe:cùm recuſatæ non ſint : nec in mora ſit debitor.l.ſolo.C.de liber.cauſ. Iudicium enim de operis tunc tantùm locum habet,cùm præterierint : præterire autem non poſſunt, antequam incipiant cedere : Incipiunt verò,poſteaquàm fuerint indictæ.verba ſunt Vlp.in l.ſi quis hac lege.§.iudicium.ff.de oper.liberto. Id enim agi inter eos ſemper videtur , ne ante cedant quàm indictæ ſint.l.quotiens.illo tit. Et ideo etiam non obſtante ſtatuto ſi dominus indixerit operas, & præſtitæ non ſint , petere poteſt, ſi non operas, at certè id quod intereſt : ideſt earum æſtimationem.d.l.patronus.ad fi.& id forte voluit Iacob. de ſancto Georg.

Operæ præterita non præſtita quo modo petantur.

§. CCCXL.

LA RIVIERE tolt & donne au Seigneur hault iuſticier, & ne donne mie au Seigneur tresfoncier & proprietaire, qui nha point ladite iuſtice. Et ſera la croiſſance que la riuiere donne, vray dommaine au Seigneur hault iuſticier : qui ſappelle communement lais.

ALLVVIONIS cauſa æquitatem mutuam iure gentium tulit:cùm ei illa ſoleat quærere,cui & auferre.l.adeo.§.j. ff.de acqui.rer.do.& §.præterea quod per alluuionem.Inſti.de rer.diuiſ. Hic autem, etiam ſi proprietario auferat, tamen ei nunquam, ſed ſoli domino iuſtitiario proficit. Ideo omnino inuerſum eſt ius ciuile. Ocioſum eſſet hic aſcribere alluuionis materiam,& quot modis ea nobis adiudicentur,quot item detrahantur,quæ fluminum vis ferat aut auferat. Horum tamen curioſum lectorem inſtruet Bart.tractatus de alluuionibus. ſubnotabo hîc,magnopere ab eo iure diſceſſum eſſe. Feuda enim iuriſdictionalia limitata ſunt ad inſtar agrorum quæ olim,deuictis hoſtibus,militibus aſsignabantur:dicebanturq; agri ſtipendiarij,eo quòd poſt emerita ſtipendia dabantur. Er hi ex diui Pij conſtitutione alluuionis incrementum non recipiebant : vt in ſpecie refert Iuriſconſ.in l.in agris. ff.de

Alluuio dare & auferre ſolet.

Feuda olim limitib' certis continebantur.

ff.de acquir.rer.domi. Nec huic constitutioni obfuit recens obseruatio secuta, qua feuda patrimonialia & propria militibus facta sunt: quia nominatim ibidem dictum est, si militibus propria facta sunt, alluuionem non habere: si verò ita concessa sunt, vt in iure ciuitatis permanerent, alluuionem habere. vt declarat latius Alciat.lib. Prætermisso.j.ad verbum, limitati agri. Ideo eo iure antiquo non tantùm feudatarius non excludebat agricolam, sed & in totum cogebatur contineri limitibus suis. cuius causam Io.Fab.in d.§.præterea. illam esse refert, vt militibus fines suos ampliandi occasio tollatur: cùm illi in id naturaliter proni sint, vt in alienum incurrant. arg. l.conueniri.ff.de pact.dotalib. Tamen infert idem esse, in episcopatuum finibus continendis: qui neque ampliantur, neque restringuntur: siue per accessionem, siue per præscriptionem respectiuè.c.super eo.de paroch.& c.indicante.de præscript. Et licet inquantum acquirentis personam attinet, diuerso iure vtamur hîc, tamen cæteras res eodem iure exequemur. Ita à Bart.Ang.& cæteris res distincta, & expedita est. Aut enim violento impetu fluminis, pars fundi ablata est, aut longiori tractu temporis, & latenter de vicini fundo res alieno fundo abstracta, accreuit. Primo casu, siue prima agri forma & species supersit, siue mutetur, dominium idem omnino manet: primi scilicet domini.§.quòd si vi fluminis. Secundo verò casu, si apparet agri forma prima, nihil deperditum est priori domino: si autem ager deformatus est, iure summo domino perditur.d.l.adeo.§.insula.vers.si cuius tamen.& alio versic.quòd si post aliquod.ff.de acq.rer.do.Azo tamen in d.§.insula.de rer.diuis.ex bono & æquo contrà sentijt: cuius sententia à Barto.& cæteris recepta non est, nisi cùm breuiori tempore quàm decennij inter præsentes, & vicennij inter absentes res ablata, vicinij fundo cohæsit: non autem si id temporis decursum est, aut si arbores quas secum traxerit in fundum vicini, radices egerint, quia ex eo tempore videri debent vicini fundo acquisitæ. verba sunt text.in §.planè si longiori.Instit.de rer.diuisio. Et per hæc declarata est materia huius §.& §.cccxlij.infra.

Milites naturaliter in alienū proni sunt.

Alluuionis materia distincta.

§. CCCXLI.

ET SI la riuiere laisse isle, elle est au Seigneur hault iusticier, en la iustice duquel ladite isle sera la plus pres, eu esgard au fil de leaue de ladite riuiere. Et sentend des riuieres d'Allier, Loyre, Cyolle, Chier, & Besbre. Autre chose est des petites riuieres & ruisseaux.



LEX CIVILIS fluminum insulas priuatis addixit, quia prædia ripæ viciniora posiderent: ex æquo diuidendas, & pro modo latitudinis quæ ad ripam esset. Quòd si extra medium flumen, eorum tantum esse voluit quorum prædia ripam ea parte attingerent. Maris autem insulas primo occupantibus deuouit.§.insula.Institut.de rer.diuisio. l.inter eos. l.ergo.l.insula.& l.adeo. §.insula. ff.de acq.rer.domi.Ang.in d.§.insula.Institut.de rer.diuisio. Duo genera insularum posuit. Primum, fixarum siue certarum: quas ille naturales vocat. Secundum, fortuitarum: quas accidentales aut casuales idem dicit. Illarumq; dominium non mutari cùm eæ non mutentur vt certæ, sed prouinciales esse.l.insulæ.ff.de iudic. Harum verò

Insula nata cuius fiant.

Insularum duo genera.

verò cauſam eo iure conſtitui, prout ſuprà lege ciuili cautum eſſe retulimus. ſed hoc §.omnia immutata ſunt : eoq; iure nouo vbique in Francia vtimur : etiam vbi ius ſcriptum in vſu eſt:vt ego teſtimonijs reperi ad Rhodani ripas pro comitatu Forenſi,in diſtrictu Burgi argentei.

Inſula hodie cuius ſint.

§. CCCXLII.

MOTTE ferme eſt conſeruatiue au Seigneur proprietaire & tresfoncier : en telle maniere, que ſi la riuiere noye ou inunde vne partie de lheritage daucun Seigneur, la partie qui demeure en terre ferme, & non inundee, conſerue droit au proprietaire en la partie inundee : tellement que ſi la riuiere par trait de temps laiſſe ladite partie inundee, le Seigneur proprietaire la reprendra, & ne ſera en ce cas au Seigneur hault iuſticier.

HIC §.ad præſentem vſum ſatis declaratur ſuperiori diſtinctione : quam ex Bart. & Ang.retulimus ſuprà §.cccxl.Ea enim verba,motte ferme,ſunt id quod dicimus,formam agri inundati permanentem.

§. CCCXLIII.

MONSEIGNEVR le Duc ha droit & faculté de tailler ſes hommes reſidans & ſubietz en ſa haulte iuſtice en quatre cas, es lieux eſquelz ha accouſtumé de prendre ladite taille eſdits quatre cas quon appelle queſte.

MVNVS hoc extraordinarium eſt, ideſt extra iuris ordinem inuentum : vtpote nulla lege aut Senatuſconſulto, aut conſtitutione deſignatum. vt dicit Mauricius in repetit.ſua, l.vnicæ.C.quo loco mul.mu.ſub.ſol.lib.x.in j.clerico.immu.fol.mihi 5. Et id hodie ſola conſuetudo induxit:vt certè potuit. ad inſtar auri coronarij.l.vna.C.de aur.coro.lib.x.Guid.Pap.lib.ſingu.artic.xiij.& lib.deciſionum,quæſt.lvij. & poſt eum Boër.deciſio.cxxvj. num.3. tenent regem aut principem ſubditis munus indicere non poſſe, eo nomine quòd filiæ nuptias celebrat, aut aliud agit,quo à ſubditis ſolent domini iuuari. per l.fi.C.de ſtat.& imag.& not.in l.vnica. C.de expen.ludo.lib.xj. Idq; non ſolere facere Franciæ principes atteſtatur Boër. ſi tamen penuria ſuadeat,id eis concedi : item & ſi conſuetudine id ſit inductum,poſſe continuari. Imperator enim reſcripſit,ad collationem auri coronarij neminem abſq; conſuetudine eſſe cogendum. verba ſunt d.l.vnicæ. C.de auro coro. facit l.indecorum.C.de iud.Accurſ.& Iaſ.id declarant in l.placet.in verb.canonicam.C.de ſacroſ. eccleſ. Tertiò,ſi pacto & conuentione ſubditi ad id teneantur,conqueri non poſſunt: vt dicit Raph.Cuma.conſil.ibi. Et Oldral.conſil.234. Et licet primus caſus alij non conueniat quàm principi, tamen cæteri caſus priuatis dominis ius eo munere vtendi con

Ius muneris quat.caſ.extraord.

Quat. caſus munus quādo pets poſſit.

di conseruant. vt infrà §.cccxlviij. Imo & competere potest domino directo & alij quàm iurisdictionali: cui tamen ea causa præiudicium nullum fit.vt dicit Cy.C.quæ sit long.consuet. Illud maximè notandum, id ius omnino esse personale, quod satis facilè est,si cognouerimus quibus & in quos competat. Vltra superiora tenet Masuer. titul.de tall.versicul. Item tallia quatuor casuum,competere nudo proprietario: non autem fructuario. per not. in l.item apud Labeonem. §.si vsumfructum. ff.de iniur. Nec pro alieno succursu quantumcunque familiaris aut propinqui imponi debet: sed nominatim pro eo qui dominus est, aut propriæ filiæ nuptijs. Dubium quidam mouerunt,an redemptionis casum pater possit in filij redemptione exequi: cum ferè nihil intersit, & æquè sua causa agatur, ac si ipse captiuus esset: alioquin vt indignus eius successione excluditur.authen.si captiui.C.de episco.& cler. Imo & si ab alio filius redemptus sit, ab eodem pater potest cogi ad restitutionem eius, quod in hanc causam erogauit:vt tenet Paul.Castr.cons.434.communi tamen sententia id dubium negatiuè resolutum est. Aliud & forte maius excitum est, si contingat patrem & filium simul eodem bello & eodem tempore captiuos fieri. sub simplicibus enim mixtum solet contineri.l.ij.in princip.ff.de verb.obliga. non legi id resolutum. puto tamen filij redemptionem patri,non autem subditis oneri cessuram esse duabus causis. Prima,quòd nunquam sub simplicibus mixtum comprehendi dicimus:nisi simplex vterque eo actu esset sigillatim constitutus: hic autem simplicium vnus tantum admissus est.vt per Ias.in §.omnium.Instit.de actio. Secunda,quòd vt suprà dictum est,ius hoc personale est: & ea causa contra incolas tantum solet imponi, non autem contra extraneos,etiam prædia posidentes in domini districtu. vt dicit Barto.in d.l. vna. C.quo loco mul.mu.sub.sol.lib.x. facit l.libertus.§.sola. ff.ad municip.& l.cùm neque.de incol.lib.x.C.notatur in l.munerum.§.patrimoniorum. & in l.rescripto.in fi.vbi Bart.ff.de muner.& honorib. Tamen si iure consuetudinis aut conuentione, reale sit munus, vt scilicet rerum ratione id consuetudo aut pactum deferat, necessariò ad id præstandum etiam forenses astringuntur, argu.l.j.de immu.nemi.conced. lib.xj.C.faciunt l.j.& ij.de indicto. lib.x.C. Nam pro mensura possessionum quibus illi fruuntur,id munus subire tenentur.l.per Bithyniam. C.de immuni.nemi.conced. lib.x.& l.omnes prouinciarum.C.de oper.public. & glo.in dicta l.vnica. C.quo loco mul.mu. Item contra nobiles & clericos non indicitur. vt dicit Masuer.in dicto tit. de tall.versic.item dominus altæ iustitiæ.in fi.idq; iure dictante.c.non minus.de immu.eccles.Sed cùm,vt suprà initio diximus,munus hoc sit planè extraordinarium,in eo aduertendum est an omnino personale sit, & eo casu ab subditis incolis tantùm, non autem ab extraneis,nobilibus,aut clericis deberi. Quòd si libris censualibus & agrarijs conuentionibus, aut domino directo, aut iurisdictionali debetur, nullum omnino excipi:sed quoscunque rerum possessores teneri:remq; ipsam,non personam attendi.c.si tributum.& sequen.xj.quæstio.j.Maritus autem pro re dotali cogitur,non vxor: & vsufructuarius pro re qua fruitur, non ipse proprietarius: item & pater pro bonis filij aduentitijs: & in summa is ad quem emolumentum peruenit, onus id subire cogendus est.l.hactenus. ff.de vsufru.l.quod in vxorem. C.de nego.gest.& l.j. C.de anno.& tribut.lib.x.C.quantum autem ad filium,lex ciuilis distinxit, vt emancipatus subeat:pro eo autem qui in potestate est, pater subiturus est.l.penul.de filijsfamil.& quemad.pro his pat.tene.lib.x.C. Neque repetunt aut imputant,maritus,vxori,aut pater filio,aut proprietario fructuarius: quæ eo nomine erogata sunt: quia fructuum

Quat. casuū munus personale.

Redemptionis cas. an ad filium extēdatur.

Redemptio patris et filij simul an casib. cōtineat.

Quat. casus munus qui subeant & qui nō subeant.

ctuum ſunt onera magis quàm rei.l.neque ſtipendium. ff.de impenſ.in reb.dotalib. fact.l.quæro.vbi Bart.ff.de vſu & vſufr.lega.

§. CCCXLIIII.

CELVY qui ha taille ou queſte es quatre cas, peult tailler ſes ſubietz, quand il va en voyage d'oultre mer viſiter la terre ſainte: quand il eſt priſonnier des ennemis: quand il marie ſa fille en premieres nopces: & quand il eſt fait cheualier. Et eſt ledit cas de priſon reïterable: & ne ſont les autres reiterables.

BOER. deciſ.cxxvj.num.1. poſt Specul.in tit.de offic.ordi.verſ.eo modo dominus contra vaſallum. alios duos caſus adiecit, qui ad rem non faciunt. Sunt auté qui ſororis nuptias in nouum caſum proferant: mihi tamen idem eſſe videtur cum ſuperiori. Nam reſpectu defuncti patris illa eſt filia, & reſpectu hæredis filij, ſoror eſt. alij alium caſum indubiè nouum obſeruant: cùm ſcilicet dominus agrum ſibi proprium acquirit. vt per Specul.in tit.de feud.§.quoniam. Maſuer.in tit. de tall. ſtatuto noſtro enumeratos refert, & eum ſolum dicit eſſe iterabilem, quo filiæ dos ſubſidio muneris iuuanda eſt, idq; reſpectu plurium filiarum, ſi plures dominus habeat. Cæteros verò repeti non poſſe. Hoc ſtatuto contrà, quo repetitio in omnibus vetita eſt nominatim, præterquam in redemptione domini ab hoſtibus. Illud adnotandum, hîc de filia naturali non intelligi, ſed de legitima.l.cùm pater. §.volo. ff.de lega.ij.& l.generaliter.§.cùm autem. C.de inſtitu.& ſubſtitutio. Zaſ.contrà tenuit in tract. de feud.part.vij. ad quæ vaſal.do.& do.vaſal.tene.fol.mihi 43. Ille enim filiæ dotandæ caſum, ad ſpuriam extendi voluit, ea ratione, quòd iure pontificio pater teneatur ad huius alimenta.c.cùm haberet.de eo qui dux.in matr.quam poll.per adulter. Ergo & ad dotem: cùm dos & alimenta eodem iure cenſeantur.l.cùm vnus.§.fi. ff.de ali.& cib.legat. hanc tamen rationem ille ſubticuit: ſed huiuſmodi opinio recepta non eſt, imo cùm hîc de odioſis agatur, quæ reſtrictionem magis quàm ampliationem admittant, ea mihi videtur multò audacior quàm verior. Alij poſtremò caſum religionis ingreſſus adducunt, inter quos primarius eſt Iacob.de ſancto Georg. in tract.feud.col.fi. Sed cùm ille ad ſuæ opinionis probationem, proferat tantum argumentum, quod fieri ſolet de carnali matrimonio ad ſpirituale.c.inter corporalia. de tranſlatio.epiſc.& c.tuæ.de ſponſalib.contrà valebit reſtrictio ſuperior.

Sororis dotãda caſus an ſit de quatuor caſ.

Filia dotanda caſus an in ſpuria locum habeat.

§. CCCXLV.

ET EST ladite queſte abonnee en pluſieurs deſdites villes & villages de Bourbonnois: Et quant es autres lieux, ladite taille ſe prend, & leue ſelon les tailles perſonnelles & reelles, leſquelles eſdits quatre cas, & chacun diceux aduenant, double lannee, que leſdits cas ou lun d'eux aduiennent: Ceſtaſauoir, que ſi lannee de

lun deſdits cas aduenant eſt deu pour de ladite taille perſonnelle & reelle le ſimple, & ledit ſimple montoit dix ſolz tournois, ſont deuz pour ledit cas autres dix ſolz tournois:Et de plus,plus:& du moins,moins:ſinon quil y euſt es cas deſſuſdits conuention, conſtitution,compoſition,priuilege,ou ſentence au contraire.

SI EX conuentione tributum taxatum eſt,expeditior res eſt, idq́; debent ſequi & dominus & ſubditi.l.j.§.ſi conueniat.ff.depoſ.quòd ſi nulla facta conuentio eſt, maximè domino cauendum erit, ne grauiori ſumma offendat ſubditos.vt præclarè edixit Imper.in l.cùm ſatis.§.caueant.de agric.& cenſi.lib.xj.C. Et quia ſtatuti textus rem ad certam formam præſcripſit, hîc non immorabimur diutius,cùm ſuprà tit.des tailles perſonnelles, ſatis dictum ſit. In pluribus prouincijs geminatio cenſus præſtanda tantùm eſt, & illa præſtatio verè realis eſt. Notandum hîc, dominum pleno iure id munus non poſſe ſubditis præſcribere & indicere: ſed cautius aget, ſi admoneat, vt loco libero & iudiciali vniuerſi conueniant: Et palam caſus euentum præfatus,ſignificabit ſe velle iure ſuo vti benignè: Item commonefaciet, vt ipſi inuicem agant, cogantq́; eam pecuniæ ſummam quæ præſtanda ſit, quæ non eadem ab omnibus, ſed à quolibet prout cuiuſque facultates ferent, exigenda eſt.l.reſcripto.circa fi.ff.de munerib.& hono.& l.j. §.quod ſi nemo. ff.quod cuiuſque vniuerſi.ſuprà ſatis diximus, §.cxc. Et tunc ſubditi renuere non debent prætextu libertatis:quam ſi quis ex priuilegio,aut conuentione aut iudicato aſſerat, à iure deſtituitur, reclamante conſuetudine: niſi protinus proferat id inſtrumentum quo ea res probetur:onus enim in ſe recipit probandi contra dominum,qui iure communi fundatur,vt præclarè in terminis noſtris dicit Ioan.Fab.in §.æquè ſi agat. num.34. in fi. Inſtitut.de actio.

Dominus quomodo debeat procedere ad petitionẽ muneris quatuor caſ.

§. CCCXLVI.

ET SI lannee de lun deſdits cas aduenant, ladite taille eſtoit double, & que pour ledit double,le ſimple comprins, fuſt deu la ſomme de vingt ſolz tournois, leſdits vingt ſolz ne doublent à cauſe de ladite taille:mais ſeulement doublera le ſimple de ladite taille, qui eſtoit dix ſolz: & audit cas ne ſe payera que la ſomme de trente ſolz tournois.

§. CCCXLVII.

QVAND pluſieurs deſdits quatre cas aduiennent en vne meſme annee, mondit Seigneur ne leue ladite queſte ladite annee,que pour lun deſdits quatre cas:Et l'emolument des autres ſe paye es annees prochaines ſubſequentes,annee par annee.

§. CCC

§. CCCXLVIII.

ET LES autres Seigneurs, ſoient iuſticiers ou non, qui ont droit de leuer & perceuoir ladite taille auſdits quatre cas ſur leurs hommes & ſubietz, ilz en vſeront ſelon leurs droits quilz auoient au parauant la publication des preſentes.

§. CCCXLIX.

LES biens de celuy qui eſt banny à perpetuel, ou eſt condemné à mort, ſont confiſquez, ſans autre declaration, es Seigneurs haults iuſticiers, en la iuſtice deſquelz leſdits biens ſont ſituez & aſsis, ſoient meubles ou immeubles, en payant le fraiz de iuſtice. Et ſi aucuns deſdits immeubles eſtoient heritages taillables, leſdits heritages taillables appartiennent au Seigneur dudit taillable. Et ſi ledit condemné à mort ou banny eſtoit mortaillable, les biens meubles & immeubles ſont & appartiennent au Seigneur duq̃l il eſt mortaillable, & non au Seigneur hault iuſticier.


OVVM id ius ferè generale eſt in omnibus regni Franciæ prouincijs, quæ moribus reguntur: ſed & cùm veteri iure idem cautum eſſet, vt eius bona publicanda eſſent, cui aut vita, aut ciuitas adimeretur, l.j. in princip. ff. de bo. damnato. l. in metallum. & l. deportati. C. de bo. proſcripto. Exijt Adriani Imperat. edictum, quo reſcriptum eſt, eum nolle damnatorum bona ad fiſcum deferri, quem iam nouerat auaritiæ vitio maximè vrgeri: & duodecima parte liberis relicta, reliquum populi ærario deferri voluit. Idq; retulit Spartianus in vita Adriani: tandem & aliud humanius ab eodem exijt, quod recenſet Iuriſconſ. in l. vna. ff. de portio. quæ lib. damnat. conced. fauorabilem (inquit Imperat.) apud me cauſam filiorum numerus facit, cùm ampliari imperium hominum adiectione magis, quàm pecuniarum copia malim, ideoq; illi concedi paterna ſua volo. Hæc ille. Extat & aliud Seueri Imperat. quo etiam perduellionis damnatorum bona ad filios delata ſunt, ſi extent: & tum demum ad fiſcum deferuntur, ſi nemo liberorum ſuperſit. l. eorum. ff. ad d. l. Iul. maieſt. Sed apertius Aug. Imperat. in auth. vt nulli. in d. §. fin. & filijs & alijs quibuſcunque legitimis neque ad tertium gradum eripi vetuit. & in auth. bona damnatorum. C. de bo. damnat. excepta autem fuerunt iudicia reddita in hęreticos, perduelliones, & falſæ monetæ cuſores, in quibus & ijdem principes, & qui eos adhæc vſque tempora ſunt ſecuti, rigorem illum veterem retinuerunt. Hæc autem poſterior conſtitutio Auguſti hactenus obſeruata fuerat in prouincijs Franciæ, quæ iure ſcripto reguntur. Sed cùm viſa eſſet nimium liberalis omnibus ferè qui ex delictis fructum excipiunt, diſplicuit. Ideoq; nihilominus hodie nouo conſilio, fiſcus irruit in bona.

Cõfiſcatio q̃n inducta.

Cõfiſcatio interdicta.

Confiſcatio quibus caſib. fiat.

nam cùm lege reclamante, iure vniuersali hæreditatem nancisci non possit, inuentum est, vt eodem iudicio aut mortis, aut exilij, pecunia fisco mulctæ nomine addicatur, quæ ferè solet esse grauior quàm possit ferre hæreditas. Adeo nulla lex, nulla constitutio tam sancta, tam æqua, tamq; popularis fieri aut excogitari potest, quæ homines, nescio quos, cohibere & quibusdam quasi cancellis æqualitatis & iustitię contineri possit: quominus, elusa legum autoritate, erumpant ipsi sæuiantq; in plebem indefensam: magno bonorum omnium dolore, maiori etiam totius Reip. intertrimento. Eoq; ventum est, vt maior sit occasio grassandi in reorum facultates, quàm si bona publicentur. Hoc enim casu sæpe fiscus nihil aut parum excipit. Illo verò totam mulctam, si bona ferre possunt, exigit, liberorum & vxoris nulla commiseratione. Ideo his prouincijs forte vtilius fuisset bona confiscari, quàm rigorem hunc in legis inuidiam repertum subire. Sed vtrunque hodie plurium hiatu eo euasit calamitatis, vt Reip. aut fisci commodo nullo modo consulatur, sed eorum tantum auaritiæ, quibus nullo modo visum est principis maiestati, aut suo pudori parcere. Hominis enim non tantum delati, sed & necquidem incusandi proscriptionem obtinent. adeo vt si quis vicinum habeat ex candidatis curialibus, etiam facie amicissimum, & qui videri possit magis defensor quàm delator futurus, timere tamen debeat, ne magis suorum bonorum inuidia, quàm sceleris conscientia opprimatur: vt illud verum sit, quod iam olim iactatum est, Villa mea me perdidit.

Damnati ad mortẽ hodie mulcta grauiori onerantur.

Cõfiscationũ persecutores q̃ sint Reip. perniciosi.

Cuius (vt inquit Iuuenalis) *si pretio dominus non vincitur vllo,*
Nocte boues macri, lassoq; famelica collo
Armenta, ad virides huius mittuntur aristas:
Nec prius inde domum, quàm tota noualia sæuos
In ventres abeant, vt credas falcibus actum.
Dicere vix possis quàm multi talia plorent:
Et quot venales iniuria fecerit agros.

AVARITIAE enim corruptela homo homini lupus est: & vbi visa est ditandi occasio, impunè violatur communis societas, proditurq; priuata fides: nec amicitię aut humanitatis ratio solet præferri, quotiens quis in calamitosorum ordinem delatus est. Nemo enim tunc putat ei gratiam deberi: ita est aut auaritia aut similium studio ingenium hominum deprauatum, vt in aduersis nullam seruet memoriam: sicq; cum vitio fortuna comes est, vt, fide prorsus mutata, reus sæpe persecutoribus præda fit. Lex ciuilis maximè execrata est, vetuitq; confiscationes nondum iudicatas peti aut concedi. l. prima. de petitio. bono. subl. lib. x. C. puniturq;, qui talia supplicatione ambijt, etiam si non obtinuerit. arg. l. his quidem. C. qui milit. non poss. lib. xij. Quòd si concessa sint tam crudeliter petita, irrita est concessio. authen. vt omnes obed. Præs. prou. §. hanc dicentes. & §. si verò quisquam. Sed quid agas (calamum enim in hac re continere non possum, quandoquidem nulla alia res est qua magis respub. pęgrauetur) quid agas inquam, vbi nemo omnino est, qui legibus autoritatem suam afferere audeat. nemo rursus, qui magistratus, si quid agant fortius, tueri ac defendere velit? Sed heu nihil est tam sanctum atque integrum, nullumq; est ius, nullum officium, quod auaritia non violet aut corrumpat. Et vt pręclarè scripsit idem Satyricus:

Inde ferè scelerum causæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferrò grassatur sæpius vllum
Humanæ mentis vitium, quàm sæua cupido

Indomiti

Indomiti census: Nam diues qui fieri vult,
Et citò vult fieri. sed quæ reuerentia legum?
Quis metus aut pudor est vnquam properantis auari?

PAS. IN consil.64.num.2.versic.primo quia rectè. volu.iij. dicit vasallum satis fecisse, si dominum quæsierit in domicilio suo : etiam si eum non reperit, nec item alium habentem speciale mandatum ad fidelitatem recipiendam.allegat c.fi.de prohibit.feud.alienat.per Lothar.facit text.in c.j.quo tempo. mil. Facere enim debet vasallus, siue feudum eius mora à domino possideatur, siue, ipse possideat, vt non solum bonæ fidei sed etiam diligentiæ (quod dicimus) fidem faciat.nec videbitur esse in mora, si nihil fraudis interuersetur. Item dominus ex industria abesse, aut vasallum differre malitiosè non debet. Nam inter eos in ea re æquitati præcipuè locus est.c.j.in verb.si quis enim.quib.mod.feud.amittat.& d.c.fi. de prohibit.feud.alienat. per Lothar. Sunt enim causæ plures quæ, quominus mora committatur, impediunt. veluti si moriatur alteruter : aut si pestis, lues, & vis grassetur, sic vt tutò conuenire non liceat. Item si hostes prope sint, quorum occursus frequentes videantur : aut acres inimicitiæ, quæ probabile periculum ingerant : aut si vasallus perquiratur, & latitare coactus, absit : si item in vinculis sit : & alia plura quæ refert Præpos.in d.c.j. quo tempo.mil. & quibus vasallus rectè excusatur. Alioquin autem & his cessantibus vasallus tenetur dominum perquirere, & congruo loco & tempore inuestituram supplex, & cum honoris præfatione petere, & se ad sacramentum fidei offerre : vt pulchrè dicit glo.fi.in c.j. per quos fiat inuestit. Congruus enim locus non erit, si in templo & loco religioso, quo tempore sacris intenditur, si item in balneis, aut sphæristerio petatur : nec item commodè fiet, si noctu, aut hora prandij & dum accumbitur, fiat.l.qui soluturus. ff.de solutio.glo in l.more.de fer.& glo.in c.appellatio.de appellatio.lib.vj.& in c.cupientes.§.quòd si per viginti.de electio.lib.vj.nec item in popina aut lupanari, & alio loco inhonesto. l.si cùm dies. §.si arbiter.versic.sed si in aliquem. ff.de arbitr. Sed tamen si dominus nullum domicilium habeat in eo territorio, aut habeat quidem, sed suspectum, pestilens, inimicum, & periculosum, aut facilè reperiri non posit, admittendus est vasallus quocunque loco potest se commodè exhibere.l.de ætate ff.ad Trebellia.etiam in templo. l.præsenti. in princ.vers.sed si quidem. & ibi glo.in verb.seruata. & Bart. C.de his qui ad eccles.confug. Item & in lupanari : quia domini nihil intererit vasallum ibi admittere, nec vt in casu pecuniæ oblatæ, timebit inter procorum aut meretricum gregem, rem oblatam periclitari.vt in simili præclarè discutit Tyraq.in fi.tit.de ret.lig.nu.83. cum duobus sequentibus. Quòd si dominus vasallum se offerentem reijciat, nec item domicilium aditu facile habeat, aut omnino non habeat, & super eo iudex adeundus sit, si dominus succumbat, & sententia iudicis teneatur recipere, non tenebitur vasallus amplius eum perquirere nec domum nec personam : sed si velit coget dominum fidem ab eo recipere in loco superiori, in quo litigatum & iudicatum est : vt arresto decisum esse retulit Masuer. in tit.de feud.vers. item vasallus tenetur facere. Et licet Bald.Cardi.& Alexand. in c.j.§.fi.de no.fid. expresè teneant dominum recusantem teneri in id quod vasalli interest, tamen vsu Franciæ dominus non tenetur præcisè

Vasallus quomodo se offerre & dominum quærere debeat.

Vasalli excusandi causa.

Vasallus fidem initurus quomodo se offerre debet.

Tempora & loca incongrua fidei offerenda.

Vasallo in domini mora quomodo prouideatur.

Main souueraine.

neque cogitur ad vasallum recipiendum : sed eo denegante, vasallus per regem aut superiores magistratus pro iure maioris imperij se admitti postulabit, idq; quod dicimus par main souueraine. & ita arresto decisum retulit Boër.quæst.ciij.nu.7.par.j.

§. CCCLXXXI.

LES foy & hommage faits, le vassal est tenu de bailler au Seigneur feodal à ses despens lettres appellees nommees, & denombremens, dens quarante iours ensuiuans : & à faulte de ce faire dens lesdits quarāte iours, ledit Seigneur feodal peult empescher ledit fief & le mettre en sa main, & y commettre commissaires pour leuer les fruits : mais il ne fera pas les fruits siens. Toutefois sur lesdits fruits sont prins les impenses & fraiz dudit empeschement de mainmise iustes & raisonnables. Et se peult bien ledit temps de quarante iours prolonger par ledit Seigneur, & non pas amoindrir. Et si ladite saisie faite, à faulte desdites lettres & denombremens non baillez dedens le temps deu, le vassal aliene aucune chose, & enfraint ladite mainmise, il est amendable, & doit restablir ce quil en ha prins, sil est en nature, ou sil ny est, la iuste valeur : auant quil soit receu à dire aucune chose contre ladite mainmise.

Vasallo morante quādo rei feud. det̄ curator.


VLTVM igitur refert, ex qua causa & mora in possessionem itum sit : quia si ob fidem non præstitam, curator necessarius non est, sed dominus ipse rerum custoditarum cùm fructus suos faciat, liberam habet administrationem : eamq; ipse manu sua exequi potest. rectius tamen aget, curatore dato. vt suprà §.ccclxix.in fi. Si verò ob professionem rerum feudalium non datam, & libello non enumeratam specialiter : cum vasallo magis interturbetur possessio, quàm tollatur, & eius satisfactione protinus tollatur impedimentum cum restitutione fructuum, qui ei asseruantur, nec vllo modo domino quæruntur, curator committi debet, qui mora durante rem retineat, quoad satisfecerit vasallus. & ita not. Masuer. in titu. de feud. versic. pro denombramento. & arresto iudicatum à conuentibus iuridicis, iiij. Octob. anno 1540. Molinis.

§. CCCLXXXII.

EN NOMMEES & denombremens baillez les heritages & dommaines, tenus & portez par le vassal, doiuent estre pour le moins declairez par deux confins les plus apparens, aussi les tailles, cens, dismes infeodees, & autres deuoirs & redeuances, auec

les arrierefiefz qui en ſont tenus, & mouuans par qui ilz ſont tenus: doiuent auſsi declairer les iuſtices, droits & prerogatiues dudit fief. Et ſil eſt aucune choſe recelé par fraude, ce qui eſt recelé eſt acquis au Seigneur feodal.

REGVLA eſt data profitentibus, vt quod in cenſum referre volunt, certo conſcribant.l.ſi in rem aliquis.in fi.ff.de rei vendic.& l.quod ſæpe.§.fi.ff.de contrah.empt. nec agrorum duorum proximorum debent confinia omittere.l.forma cenſuali.in princip.ibi,quos duos proximos vicinos habeat.ff.de cenſib. Nec item vaſallo deſcribenti & enumeranti erit omittendum, quàm ſpecioſa & quot iugerum ſint prædia: quæ gratia, & quæ amœnitas, quæ in illis mancipia,quot ſint cenſuarij vel coloni. verba ſunt text.in l.ſi quis intra prouinciam. ff.de bon.damnat. item & ſubuaſallos, ſi quos habeat, præterire non debet. quia feudi appellatione generali non continentur, prout nec rerum appellatione. Aptum enim non erit perſonas, quas natura nobiles produxit, rerum quantumuis inſignium mentione comprehendi. l.iuſtiſsimè. ff.de ædilit.edict.id not.Bald.in c.j. §.in generali.num.4.ſi de feud.fuer.contro. In ſumma,vaſallus fide præſtita, debet inſtrumento profeſſorio patrono ſpeciatim ſingulas res enumerare: nec in genere ſufficit,vt hoc amplius declarat Imbert.inſti.ſuarum lib.j.atque rem ex ſpecie.in glo.in verb.hæreditas.Item profitentis ſubdola prætermiſsio impunita non eſt, ſed duplo iure communi mulctatur. d.l.ſi quis intra prouinciam. hoc verò ſtatuto mitius agitur: quo ſimpli pœna tantum indicta eſt: vt in eo fit qui ſe poſsidere negat: à quo poſſeſsio ablata transfertur in alium.l.fi.ff.de rei vend.& auth.item poſſeſſor.C.qui potio.in pignor.hab.hîc non refero pœnas doloſè inficiantium,dicturus infrà §.ccclxxxvj.

Cēſualis profeſsio qua forma fiat.

Denombramentū feudale qd debeat continere.

§. CCCLXXXIII.

QVAND denombrement eſt baillé au Seigneur feodal, il ha quarante iours pour impugner & debattre leſdites lettres, ou denombremens:& ſil eſt trouué defectueux, ou les choſes par ledit vaſſal baillees ne luy appartenir, ledit Seigneur feodal le peult refuſer, & le faire corriger: mais ſi ledit denombrement eſt receu par ledit Seigneur, & en appert par inſtrument de recepiſsé, qui doit eſtre inſeré au doz dudit denombrement, il fait foy contre ledit Seigneur,au proufit dudit vaſſal. Autre choſe eſt,ſi ledit denombremēt eſt ſeulement prins,pour le voir, & ſans leſprouuer: car en ce cas il ne preiudicie audit Seigneur.

DEBET enim dominus, ſi factum clientis probare nolit, eius profeſsionem recipiens,continuò conteſtationem interponere contrariæ voluntatis. verba ſunt tex.in l.ſi filiusfamil.patre abſente.ff.ad Macedo.ſimilis eſt tex.in l.Publia Mæuia.§.fi.ff.depoſ. Alioqui ſi omittat conteſtari,ea ſe tantum cauſa recipere,vt

Contradictiō quomodo debeat proteſtari.

deliberet quid ea re cognita facturus sit,nolleq; simpliciter approbare,videbitur approbare quæ scripta sunt.vt not.Bald.in rubri. C.de fide instrum.18.col.& in l.si absentis. C.si cert.pet.& in l.si literas.circa fin.C.mand.Bart.in l.quid enim. ff.rem rat. hab.præclarè notat, Quòd si cui quid significetur literarum præsentatione aut iudicis mandato & commisione,si non protinus reprobet, videtur approbare quod literis scriptum est.& inde Mathesilla.notab.suo xxiij.& Cepol.cautela sua xxiiij.intulerunt cautè fieri,si à dissimulante extorqueatur rei approbatio in illum modum.

§. CCCLXXXIIII.

QVAND entre aucuns y ha controuerse dune Seigneurie,tenue en fief dautruy,& lesdits contendans en ladite Seigneurie,ou lun d'eux offre de faire la foy & hommage,le Seigneur feodal les y peult receuoir,ou lun d'eux,sauf son droit & lautruy.

Professio alterius uero domino non nocet.

BONA ratione exceptum est ius alienum,quod per alterius professionem interuerti non debet.l.solennibus.C.de rei vendic. & l.si functiones. & l.censualis.C.de donat.Nam (vt inquit Vlpia.) si cùm ego fundum posiderem, professus sum, petitor autem non fuerit professus , actionem illi manere placet.l.forma. §.si cùm ego. ff.de censib. Excusatur autem vasallus, nec censetur intra tempus non venisse,si ipse feudum non posideat,nec sine litibus possessionem assequi posit: alioqui nullo modo : scilicet si posideat etiam lite pulsatus.vt dicit Aluarot.c.j. quæ fuer.pri.caus.benef.amitt.& glo.in c.Titius.si de feudo fuer.contro.inter do.& agna. & in his fraus & calumnia tantum non offerentis notatur.

Vasal.feudũ posidens nõ excusatur litigio:secus si non posid.

§. CCCLXXXV.

SI ENTRE plusieurs Seigneurs feodaux est question daucun fief,que chacun desdits Seigneurs maintient luy appartenir, le vassal peult estre receu par main souueraine , & en iouir pendant le proces: en consignant en main de iustice les droits & deuoirs,si aucuns en sont deuz.

Vasallo, quãdo ĩter quosdam de directi.dominio cõtẽdit,quid agendum.

ZASIVS refert in tit.ad quæ vasal.do.tene.fo.mihi 36. similem casum de facto ei obuenisse consulendum, dum inter Carol.Imper.& Bauariæ ducem, super territorijs contenderetur:& in ea est opinione,vasallum posse à neutro petere,modò protestetur.Quòd si velit ab altero,eum id posse, cum protestatione de non præiudicando alteri.alleg.l.fi.de petitio.hæredita.& l.ordinata. de liber.caus.& l.Prætor ait.in princ.de dam.infect. Et licet opinio Zasij posit eo nomine probari, quòd in casu suo non poterat superior reperiri , Imperatore contendente : tamen in cæteris statuti declaratio æqua & secura est,etiam in patria iuris scripti.Nam vsu totius regni Franciæ,in defectum aut recusationem domini , pro iure maioris imperij (quod dicunt par main souueraine) curare potest vasallus vt à rege admittatur : vt

Main souueraine.

suprà

suprà diximus,§.ccclxxx.in fi.Sententia Præpositi alia est,& quam ego sequi malim, à possessore scilicet etiam irrequieto,necdum (vt dicimus) pacifico,inuestituram accipi posse.in c.j.quo temp.mil. Quòd si dominus decesit & hæredes non appareant, aut de hæreditate concertent, vasalli cessantis mora est inculpata.l.pecuniæ. §.j.ff.de vsur. ibi, si tamen. consuluit Oldrald.consil.22. facit c.si verò.de iur.patronat.& l.si prolusorio.in fi.de appellat. Idem si hæres appareat, sed sit pupillus, & tutorem non habeat:tunc enim vasalli moram non attendi æquum est.l.cùm quidam. §.si pupillo non habenti tutorem.ff.de vsur.Nec tenetur prosequi aut curare,vt pupillo tutor detur.vt d.§.si pupillo. Aduerte tamen,id verum esse,si vasallus moram non contraxerit viuente domino,quia eo casu personæ incertitudo eum nihil excusat.l.euictis.§.fi. illo tit.Hæc enim mora,defuncto domino, ad hæredem transmissa est, & continuatur,vt ius quoddam quæsitum pupillo.l.cùm patrisfamilias.illo tit.ff.

Inuestiturā accipi posse à possessore.

§. CCCLXXXVI.

CHOSE feodale ne se commet ne confisque au Seigneur feodal,sinon au cas de felonie,ou de faux adueu:mais si par autre crime le vassal confisque ses biens, la chose tenue en fief est confisquee au Seigneur hault iusticier, en la iustice duquel elle est situee & asise.

INSIGNIS est materia huius §.quæ noxas clientis commissorias exhibet. Feudum enim tantùm caducum fit, si dominum vasallus temerè sit inficiatus,item & secundo,si facinore commissorio, (quod feloniam dicimus) dominum offenderit.& has specialiter excutere ociosum fortasse non erit pro communi vsu & fine superfluo : nam & quotidiana res est, & vsu magis constat quàm scriptis legibus, & tamen adhuc à paucis pro dignitate, proq; sua magnitudine tractata est. Noxam igitur primam , quæ per inficiationem committitur, ius commune excusauit,si vasallus legitimè dubitauit,nec in totum negauit,per c.j.de leg.Conrad. & per Bald.in c.j.§.vasallus.j. & ij. si de feud.fuer.contro.inter do.& agnat.& Iacob.de sanct.Georg.ibidem in causa xj.vers.dictiq; vasalli. in totum autem negantem nihil excusauit.d.c.j.de leg.Conrad. idq; duobus modis contingit. Primò, si vasallus interrogatus à vero domino neget: quo casu feudum perditur,& domino apertum est. d.c.j. Inficiantem enim lex ciuilis maximè odit. Nam & eum qui se fideiussorem negauit cùm esset,diui Adriani priuilegio exclusum voluit.l.si dubitet.§.ita demum. ff.de fideiusso.item & eundem à beneficio excusionis & cedendarum actionum, secundum Bald. in authen.contra qui propriam. C.de non numerat pecu. Item eum, qui rem hæreditariam negauit,Falcidiæ commodo indignum esse censuit.l.hæreditatem. in fi.ff.ad leg.Falcidiam. Item & ei qui mentitus est & negauit se esse filiumfamil.abstulit lex priuilegium iuris,quod est in tit.C.quod cum eo qui in alie.potest. & in l.sed & si.§.interdum.ff.illo tit. Præterea qui quadrupedem,quæ damnum dedisset,negauit suam esse,excluditur à beneficio legis,quo quadrupedem pro noxa dare,seq; eo modo liberare potest : atque insolidum est condemnandus.l.j.§.interdum. ff.si quadrupes paup.fecisse dica.Item & qui negauit seruum suum esse,qui damnum

Feudū quibus modis caducum fiat.

Vasalli negatio qua excusatur.

Inficiātium pœna.

dedit. l.sed alio. §.si absens.vers.si verò falso.ff.si ex noxal.caus. Idem est & si socius societatis qualitatem mentiendo interuertat: ex eo enim illud commodum perdit, ne conueniatur vltra quàm facere potest.l.si vnus. §.fi. ff.pro.soc.Bart.in d.l.si dubitet. §.ita demum. extendit ad maritum negantem matrimonium, vt debeat perdere illud idem commodum,quod socius.Postremò,emptor prædij censualis aut emphyteoticarij,qui pretium vero domino mentitus est, aut ad laudemiorum fraudem, aut ad retentionis ius domino competens, iure prælationis disturbandum magnitudine pretij,perdit prædium. vt tenet Guid.Pap.quæst.clxxj.ad fi. Ideo ego puto vasallum absolutè negantem, siue sciat, siue nesciat, siue etiam dubitet, feudum perdere. & ita sciui arresto esse iudicatum. vt suprà dixi; §.ccclxxvij. data est enim forma eodem §.& §.sequenti, ccclxxviij, protestandi sibiipsi & vero domino, si ab alio vrgeatur vasallus, & fructus velit ipse non perdere. Secundo modo contingit, si scienter domino vero contempto, alij non domino iuretur: & hæc est vera contumacia, quæ protestatione statutaria nullo modo excusari potest: hæc enim tanquam facto maleuolo contraria nunquam releuat: vt dicit Aluarot.in c.j.de prohib.feud.alie.per Feder.& Io.Andr.in c.ea te.de iureiurand.vbi dicit, quòd ab eo malè ius reseruatur, à quo in totum eneruatur: dat exemplum cuiusdam magistratus, qui furem, saluo iure suo,suspendi iussit. Scientia autem vasalli deprehenditur, si aut dominus eum instruat, aut declarauerit venditor, vt hodie solet fieri. alioquin autem si nesciat, cum protestatione expressa in d.§.§.ccclxxvij.& sequent.impunè res expeditur.

Vasallus quomodo securè neget.

Protestatio subdola non excusat.

Vasallus quã scire dicat.

Felonia quid sit.

AD NOXAS transeo,quas hîc statuentes, vsu feudali, feloniam vocant. hæc autem vasalli perfidia consistit,cùm scilicet is commisit contra fidem præstitam: & dicitur felonia,antiquo vocabulo duro & graui, quod res ipsa sceleris enormen grauitatem contineat. & ea causa Obert. in c.j. quib.caus.feud.amittat. in textu, vocauit egregiam ingratitudinem: non honoris titulo (vt credidit Aluarot. sibi ipsi imponens) sed vt notaret hanc præcipuam & insignem esse. Nam vasallus sua noxa, siue felonia in dominum ingratus est & perfidus.quorum alterum præcipuum & insigne est,iuxta illud Comicum:

Felonia graue uerbum.

Maledicta omnia dixeris, si ingratum dixeris.

GRAVE item est peierare & fidem fallere,vt dicit Iurisconsult.in.l.j.ff.de constit. pecu.grauissimum erit & domino iuratum illudere. quod vt dilucidius exprimatur, appositè inseremus fidelitatis sacramentum, quod domino præstatur. Iurat vasallus in summa,quòd nec consilio,nec auxilio sciens adfuturus sit coitioni,qua domini vitæ,vel membro damnum adferatur, aut in eum coniuretur, aut vnde in vllam iniuriam,vel læsionem incidat,aut honore,quem habet,periclitetur.imo,si scierit, audierit,cognouerit alios talia moliri,si possit impediet: aut dominum commouebit.Præterea domino iustè bellum inferenti, aut se defendere volenti (præterquam contra Regem) auxilio, & consilio aderit. Item postremò, res domini amissas pro viribus recuperabit: secreta non deteget: nihilq; aget,aut curabit agi,quod domino vel suis contumeliam aut iniuriam importet. Et hæc est noua forma fidelitatis quæ legit. in tit.no.for.fidelit. Alia fuit antiquior iurandi formula incolume, tutum, honestum, vtile,facile,possibile. Quæ in specie declarantur in tit.de for.fidelit. ex quibus facile erit cognoscere,qui casus feloniæ in dominum dicantur. Hi enim sunt,quibus contra superiora committitur. ad priora tamen capitula notandum, quòd si dominus mente captus,prodigus,crudelis, aut Tyrannus fiat, contra eum poterit vasallus consulere

Fidelitatis forma.

Fidelitatis antiqua formula.

vasallus quũ in dom. irruere possit.

vasalli conatus i do. qui pœna digni.

sulere: item & incurrere, aut castigationem, vincula, & cætera moliri, quæ in alium permittuntur. l.j. cum ibi not. C. de emendat. seruor. Præposit. not. in d.c.j. de no. for. fidelit. Item nota hic conatus eos esse attendendos etiam qui sunt sine effectu: si vasallus conata exequi, & quoad eius facere potuit, perficere tentauerit, & per eum non steterit: quia impedimentum occurrens, propositum non consummantem nihil excusat. l. qui falsam. C. de fals. Conatus enim habebitur pro effectu. l. si quis non dicam. C. de episcop. & cler. Quod si omnino impeditus non sit, excusabitur, quia in conatu locus est pœnitentiæ. c.j. §. si voluerit. de capit. qui cur. vend. & glo. in d.c.j. quib. mod. feud. amittat. adeo, vt si manum eleuet, aut mucrone parato sese contra dominum expediat, dummodo ensem non exerat, aut non verberet, si vltro destiterit, sit excusandus. Quòd si per assistentes occurratur eius insultui, & impediatur, ipse tenebitur, etiam si dominum non attigerit. d. §. si voluerit. Item si iurauerit dominum occidere, & destitit, nihil tenetur.

vasalli in dominum coniuratio.

Quòd si coniurauit cum alijs quibusdam in necem domini, & non significauit domino aliorum propositum, etiam si ipse mutauit voluntatem, & nihil sinistri accidit domino ex aliorum facto, tamen quia in eo, quòd conspirata non detexit, vasallus tanquam ex consummata perfidia tenebitur. c.j. §. conuenticulas. de pac. iur. fir. Idem & si domino parauit insidias, quarum effectum ille non sentijt: vt per Bald. in c.j. §. si voluerit. de cap. qui cur. vend. In cæteris autem maximè attendenda erunt, quæ circunstant, propter communem obseruationem Franciæ: qua conatus summo iure non puniuntur, si effectus suos non trahant. Et ideo si vasalli conatus leues visi sint, etiam si vltrò non destiterit, forte propter moderatum rigorem, feudum non perderet. Aliud est si vehementiores sint, & qui actui maximè accedant: vt no. in d. l. si quis non dicam.

vasall. dom. aggredientẽ impunè repellit.

Quòd si dominum aggredientem vasallus repellens offenderit, nihil tenetur: cùm ius quantumcunque reuerentiale, defensionem nullo modo sustulerit: ptout nec potuit. & in sacramento etiam amplissimo id quoque semper censetur exceptum: & qui promisit contra quoscunque arma se laturum, non videtur seipsum comprehendisse, sed magis excepisse. glo. in c. petitio. de iureiurando. & textus in l. inquisitio. C. de solutionib. In summa nihil aliud inspici oportet, quàm vasalli dolum & malitiam: quæ si absint, nec pœna grauandus est. l.j. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Cæteri casus quasdam exceptiones habent, quibus vasallus legitimè excusari potest. Ecce, ad obsequialem defensionem, aut iustum congressum requisitus, si renuat, feudum perdit. c.j. §. ij. quæ fuer. pri. caus. benef. amitten. Idq; etiam si nondum fidem præstiterit: quia intra tempus sacramenti offerendi eadem pœna vasallum deserentem tenet.

vasall. quib. casib. dominum iuuare non tenetur.

Limita, vt contra patrem, aut fratrem, pugnare non cogatur, licet summo iure teneatur. ita no. Zas. in tit. ad quæ vasall. do. teneat. fol. mihi 40. Nec item contra patriam: nec extra: nec in bello iniusto, vt ad alterius offensionem, aut aliter non satis iustè suscepto. vt dicit Bald. in c.j. quib. mod. feud. amitt. & Barto. in l. si quis graui. §. si maritus. ff. ad Sylleia. sequitur Angel. in l. accusantur. §. si quis. ff. ad Sylleia.

vasall. nidẽs dominũ confligent. quatenus iuuare debeat.

Constitutum item est, vt si vasallus dominum confligentem deseruerit, & præsens non adiuuerit, feudum retinere non possit. d.c.j. §. ij. quæ fuer. pri. caus. benef. amitt. quod tamen sic accipiendum est, si illuc venerit vasallus, à domino monitus: quia aliàs etiam videns dominum impeditum non tenetur iuuare.

vasalli fuga etiam nõ nociua punit.

Quòd si monitus, & eo ductus ad opem præstandam, fugerit, si dominus saluus euadat, & fuga vasalli nihil ei nocuerit, dubium fuit, an nihilominus feudum debeat perdere. Zas. noluit perdere. sed sanius And. Tyraq. in tit. de ret.

lignag.

lignag.§.xv.in glo.ij.in verb.depuis la litiſconteſtation.num.14.tenuit perdere. Profert autem ille egregiam rationem, quòd ſcilicet talis fuga vaſalli noceat exemplo, magis quàm peccato.& reuera res eſt exempli pernicioſiſsimi : igitur & punienda,ne diſsimulatione, vaſalli ſeruitium ſubdolum fiat, & magis noceat quàm ſuffragetur. l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœ.& l.ſi quis aliquid. §.qui abortionis.illo titu. Sed ſi extrema neceſsitate preſſus, fugerit, nihil perdit. c.j. §.licet.cum §.ſequen.ſi de feud. fuer.controu. Idq; verum eſt,etiam ſi vaſallus perſiſtens,domini vitam potuit veriſimiliter tueri : ſatiſq; eſt illum certò periclitari, & ea cauſa fugiſſe. vitam enim ſuam domini vitæ potuit præferre. vt dicit Bald.in c.j.verſicu.quinto quæritur.quib.mod. feud.amitt.facit text.in c.ij.de feud.ſine culp.non amitt. Item & ſi vulneratus diſceſſerit:eius enim fuga tunc inculpata eſt.vt per Bart.in d.l.ſi quis graui.in princ. Idem erit ſi viderit dominum mortiferè vulneratum, & creſcat aut non ceſſet periculum imminens. Alius eſt caſus,ſi vaſallus domini vxorem aut vi compreſſerit,aut perſuaſu ſollicitauerit:aut ſi filiam,neptem,nurum,aut ſororem cum domino habitantes,ſiue puellæ ſint,ſiue viduæ,ſiue nuptæ. vt per Aluarot.in d.c.j.quib.mod.feud.amittat. quæ ad matrem viduam extenduntur.argu. §.ſinautem. in authen.de cōſ.& l.fin.de priuileg.lib.xj. C.quòd ſi cum pediſſequa concubuerit, non tenetur. vt per Boer. quæſt.cxlix.num.26.parte j. Et ſi ignorans vaſallus,cum ſupradictæ impudicè viuerent,ſe cum eis immiſcuerit, excuſabitur : dummodo fraus abſit. c.in lectum.xxxiiij. quæſt.ij.& l.pen.de adult. ff.& l.ſi quis ignorans.locat. quæ quidem ignorantia iuramento vaſalli probabitur, modo ſuſpicionibus præcedentibus ille non prægrauetur, aut coniecturis malæ affectionis. vt per glo. in d.c.in lectum. Alia ſunt complura, quæ ad exhæredationis cauſas, item ad reuocatorias ingratitudines ampliantur, & quas variè enumerant Doctores,hic non refero. Iudicem enim ſolertem oportet diligenter cuncta expendere, & à ſimilibus ad ſimilia procedere, ab vrgentioribus argumenta quærere,ad abſoluendum tamen promptiorem in re ambigua ſe exhibere. l.Arrianus ait.ff.de actio.& oblig. Adijciendum autem,ſacramentum à vaſallo ſimpliciter domino præſtitum,videri & hæredibus præſtari : & ideo ſi illi, domino defuncto,offenſi ſunt,feloniam commiſſam eſſe,& feudum caducatum.vt retulit Tyraq. in tit.de ret.conuentio. §.j.in glo.vj. in verb.ou ſes heritiers.numer.3.ex glo.vnica.in verſ. Econtra,prima ratio.in tit.ſi de feud.fuer.contro.inter do.& agnat. Notandum item,vltra hos ſuperiores caſus perfidos, & ingratitudinis culpas,eſſe alios quoſdam, quibus feudum etiam hodie perditur : vt ſi dominus ob autoramentum & ſacramentum non præſtitum,feudum ſuo iure,vt poteſt,occupet,vaſallus autem vi dominum ſpoliet,& eijciat poſſeſsione.per l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. quæ in hoc caſu abrogata non eſt. Præterea,ſi vaſallus reſpectu partis feudi peccauerit, non toto feudo,ſed parte tantum priuatur. vt dicit Bald.in c.j. §.vaſallus.numer.3.ſi de feud.fuer. contro.pœna enim cum delicto debet commenſurari.l.ſancimus. C.de pœ.atque ita Arreſto Pariſ.ſciui iudicatum. Cùm enim magnificus do.Do.Io.de Albone ordinis Regij miles, & huius prouinciæ finitimarumq; legatus & moderator Tornellarum, vicecomes in Aluernia accuſaret quendam poſſeſſorem feudi de Durtol ſuumq; vaſallum cauſa dicti vicecomitatus,quòd appellantes ad dicti domini officiarios incarceraret,tractaretq; duriſsimè in odium appellationum : item & iuriſdictionis exercitio ſubditos grauiſsimè premeret, vrgeretq; infinitis calumnijs : & his rationibus peteret accuſator feudum commiſſum dici : ſuprema Pariſienſis Curia cùm cognouiſſet in

Vaſall. uxorem aut aliã domini familiarẽ ſollicitans.

Feloniæ caſus iudicis arbitrio reputantur.

Vaſallus fidẽ domino initam hæredibus præſtare debet.

Vaſalli vi ĩ feudo à domi. auferendo, commiſſoria.

Vaſallus, ſi in feudi partẽ peccauit, non totũ perdit.

set in iurisdictionis tantum exercitio peccatum esse, hanc duntaxat commissam dixit attesto suo: detultq; domino directo & accusatori eius vsum, quandiu vasallus viueret detinendum: hæredibus eius iure proprietatis saluo si filij sint, quibus emptione & inuestitura ordine successiuo ius erat quęsitum, & his etiam nihil debuit auferri.

Dominus et vasallus mutuis legibus tenentur in casib. cõmissorijs.

POSTREMO non omittendum, quòd dominus & vasallus casdem priuationis causas compatiuntur, & ita se inuicem mutuo tenent, vt dominus non debeat committere, vt vasallus queri possit: quia ex eadem offensa inter eos eandem pœnam vtrunque ferre ius voluit. vt dicit Boer.quæst.ccxj.num.11. in parte.ij. & Zas.eodem tract.fol.mihi 96. Bald.autem in c.domino committente. si de feud.fuer.contro.inter do.& ag.substraxit sacramenti præstationem: & præter id dominus committendo feloniam in vasallum, perdit proprietatem feudi, c.j.qualit do.feud.priue. Quòd si vxorem vasalli adulteret, cum non debet vasallus impunè occidere. vt dicit Par.de Puteo, in syndicat. in verbo, officialis offensa. versicul.tamen an vasallus. & Boer.in quæst.cccxvij. num.5.parte ij. per text.in l.si adulterium cum incęstu. §.fi.ff.de adulter. quod in correlatiuo verum non est: quia vasalli eodem delicto dominum offendentis cædes impunita est & permissa. vt dicit Luc.de pen. in l.ij. in quib.caus.colo. cens.lib.x.C. Ego hîc cùm antiquissima quædam Comitum patriæ Forensis aduersaria rettactatem, in locum incidi & pudicitia fideq; maritali nobilem, & animi magnitudine vindictæq; grauitate ad exemplum pertinentem. quem locum, quoniam ab hoc nostro proposito non alienus visus est, integrum bona fide transcribam. Comes Forensis quidam, nomen enim is qui hæc scripserat primus, omisit, cùm vxorem vicecomitis de Lanieu eius vasalli, cæterarum & forma & ætate primam, deperiret, hanc, cùm maritus abesset, honoris ergò visitauit compressitq;: quæ cùm præter rei indignitatem, mariti, quem nouerat honoris sequacissimum, præsentem furorem timeret, in luctum se contulit: & ornamentis tam à seipsa & eius familia, quàm ab ædibus & thalamo omnino abstractis, ea applicuit insignia, quæ, cùm lugetur, assumi solent ex more. Hæc eo ornatu maritum reducem, lachrymarum ipsa pudicarum abundans, supplex excepit: quibus ille maximè commotus, tandem re omnino cognita, vxorem bono animo esse iussit, satisq; esse si animus insons, etiam si corpus pollutum esset. seq; statim ille ad vindictam expedit, & consilio præcipiti, ad Comitem arma indutus festinat: ad cuius ædes Montisbrisonis familia frequentissimas, cùm venisset, omnibus sibi notis obuijs, simulato vultu, salutationé profert, fingitq; se quid properum & magnum, Comiti quod dicat, habere. A cubicularijs intro exceptus, Comitem nondum ex thoro excitum accedit. sua enim accelera simulatione cubicularios omnes è thalamo subduxerat: dormientem ferro enecat. Et ne subito eius reditu aliquid Comitis domestici suspicarentur, paululum substitit: interim præparans, vt ingressum cubiculo exiens disturbaret, cæterisq; faceret difficiliorem. Nec minus properus exilit, renuntiatq; obuijs Comitem in somnum recidisse, iussisseq; ne vllo tumultu impediretur: rem autem, quæ tunc in manu erat, celerrimè esse exequendam. Huic tandem equus admotus est, quem elegerat concitatissimum, atque eo modo euasit. Quem vindictæ furor, & iniuriæ grauitas non adeo mouerunt, quin factum tam audax & insigne, si temerè & proruptissimè, at certè sagacissimè compleuerit, nulla leuitate interturbatus.

Vasallũ dominus uxor. adulterantẽ occidere potest, nõ econtra.

Casus memorabilis uicecomitis de Lanieu.

Exigit autem (inquit ille)
Interdum ille dolor, plusquàm lex vlla dolori

x Concessit

Concessit: solos, vetus est, nec tangit Atridas
Iste dolor.

HOC facto referuntur duo casus:quorum altero alteruter lapsus est,vt suprà diximus latè.sed nouissima & posterior offensa multò grauior est. per ea quæ no.Par.de puteo,in loco suprà relato.Nam licet Comes suo facto indigno directum dominium debuerit perdere, tamen vindictæ causa vasallo tam crudelis concedi non debuit. Ideo vicecomitatus eius Comitis hæredibus delatus est ob feloniam. Vasallus autem fuga sua,sibi salutem quæsiuit.Pet.Iacob.vnum & quadraginta casus enumerat, quibus vasallus feudo priuatur. titu.de caus.ex quib.feud.amitt. idem & causas nouem descripsit quibus dominium directum perditur. alio titu.de caus.ex quib.do.debet amitte.propriet.

§. CCCLXXXVII.

LE SEIGNEVR feodal ne peult acquerir par prescription droit petitoire, ou possessoire contre son vassal de la chose mouuant de son fief, & mise en sa main, par faulte de foy & hommage non faits, & denombrement non baillé: & aussi le vassal ne peult acquerir par prescription droit petitoire ne possessoire contre son Seigneur de la chose feodale,dont il auroit esté en demeure de faire la foy & hommage à son Seigneur feodal:sinon que en aucun desdits cas il y eust eu contradiction, & apres iouissance & paisible possesion de trente ans:& quant à lesglise de quarãte ans.

DILVCIDE §.hunc interpretati sumus suprà, §.xxxj.in glo.j. nullamq; putamus omisisse ex tribus huius §.partibus, si addantur quæ & per nos scripta sunt in §.xxix.& §.ccclxviij.

§. CCCLXXXVIII.

QVAND aucun achete vn fief mouuant de luy à cause dun autre fief quil tient et porte dautre Seigneur,ou achete & descharge aucun heritage tenu à cens ou rente fonciere mouuant de son fief, il est tenu en faire la foy & hommage au Seigneur duquel se meult son premier & principal fief:& ne sont plus telz fiefz, cens ou rente fonciere achetez tenus en arrierefief, mais sont tenus en plein fief du Seigneur,de qui le premier fief est mouuant.

Retrofeudũ à subuasallo venditũ uasallo feudo cõ

HAC MVTVA resolutione fit,vt res ad suum pristinum ius redeat,quia à feudo retrofeudum aliquando concessum est: & ideo talia naturaliter restituuntur,aut alienatione,aut aliquo alio modo.l.si vnus. §.pactus ne peteret. ff.de pact. Et notandum

dum puto, quòd si vasallus subfeudauit, domini maioris consensu, si postea vasallo subuasallus alienet, restituta res est, & consensus domini resolutus. Si verò vasallus quid commissorium in dominum admisit, manet ius subuasalli integrum. vt suprà diximus, §.ccclxxiij. nec aliud ei mutabitur, quàm quòd rectà fiet vasallus maioris domini, vbi tantùm eius erat subuasallus. Si verò dominus subfeudationi non consentijt, non ita tutus est subuasallus: quia offensa vasalli vtrique nocet, & caducum fit ex omni parte feudum: neque subfeudatum dominus maior tenebitur distrahere à feudo sibi obueniente, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. c.j. de alienat. feud. & l. si is cui via. §. fi. ff. de vsufruct. & l. grege. §. j. & l. lex vectigali. de pigno. Ioan. Fab. tamen in §. item finitur. Institut. de vsufruct. subnotauit hoc casu, etiam subfeudatione resoluta, non resolui ius subuasalli offerentis recognoscere & profiteri domino maiori, & ab eo inuestituram recipere, audiendumq; eum à domino maiori. facit in argu. d. c. j. vers. excepto. qualit. feu. ol. poter. alie.

Solidatur, eo modo primi domini directi.

Retrofeudū an cum feudo committatur.

§. CCCLXXXIX.

TOVTEFOIS ledit fief ou rente ainsi acquis peult estre derechef aliené par ledit acquereur, ou les siens, retenu à luy le fief en la qualité quil estoit au parauant.

NEQVE superfluum fuit hoc text. adijcere, retenu à luy le fief en la qualité quil estoit au parauant: quia cùm acquisitione facta à vasallo per dominum ius feudi fuerit extinctum, non poterit denuò reuiuiscere, etiam si res in idem ius primum fuerint restitutæ: nisi expressè actum sit. tex. est formalis in l. si quis ædes. ff. de seruituti. vrba. prædi. & in l. in tradendis. in princi. ff. commu. prædio. tam vrban. quàm rusticor.

Extinctū facto domini an contrario facto reuiuiscat.

§. CCCXC.

SI AVTRE que Monseigneur le Duc acquiert chose au fief de son vassal tenu en arrierefief de luy, il est tenu en faire la foy & hommage au Seigneur feodal. Et au regard de mondit Seigneur le Duc, il pourra pour ce faire bailler homme viuant mourant & confisquant.

DVO HIC §. continet. Primum, quòd vasallus, respectu alterius feudi, esse potest dominus domini sui. Imo etiam Dux aut princeps, vasalli sui vasallus diuersorum respectu esse potest. vnde dicit Bald. in l. sed si hac lege. §. si liberta. ff. de in ius voc. quòd si Pontif. Max. à Comitibus, vel Imperator ab ecclesijs feuda accipiat, sunt feudorum respectu inferiores his, à quibus inuestiuntur, licet absolutè supremi sint. Legi in archiuis Ebredunensis Archiepiscopatus cùm illic essem pro Do. Reuerendiss. Anto. de Leuys de Chasteaumorand, eo tempore archipræsule, plura feuda Domini Huberti Delphinalium possessoris, quæ hodie Rex tenet, mouentia de dominio directo ecclesiæ Ebredunensis, quæ ab antiquo iura regalia tenuit:

Dominus respectu alterius feudi potest esse vasalli sui vasallus.

nuit:vt monetam cudendi,crimina remittendi,Nundinas concedendi,arresta proferendi,& alia plura,vt ego legi & in ijs archiuis didici. Ad secundum statuti punctum:inseram verba constitutionis Philippi regis,publicatæ anno 1304. Præterea in eorum feudis & retrofeudis nihil acquiremus, nisi de ipsorum procedat assensu. & paulò pòst.si verò contingat,quòd in terris ipsis,aut aliorum subiectorum nostrorum, aliquæ forefacturæ nobis eueniant in regno nostro, infra annum & diem extra manum nostram ponemus,& hoc in manibus sufficientis hominis, ad feudo deseruiendum,vel dominis feudorum,&c. Quam constitutionem repetitam & confirmatam per reges Carolos V. VI. & VII. refert Bened.in repetit.sua, verb.& vxor.no.Adel. nume.857. facit l.murilegi. l.ad magistratum. l.quidam ignauiæ. & l.quamuis.C.de decurio.lib.x.& Guid.Pap.quæstio.xxxiiij.

Princeps acquirere non debet feudũ à suo vasallo mouens.

§. CCCXCI.

SI PLVSIEVRS sont Seigneurs communs & par indiuis dun fief, & que les portions soient entre eux inegales, le vassal peult faire hommage à celuy qui ha la plus grand portion: tant pour luy que pour les autres Seigneurs audit fief. Mais si lesdites portions sont egales entre freres & enfans,ledit vassal est quitte, en faisant la foy & hommage à laisné. Et silz sont autres que freres enfans ou coheritiers par commun, il suffit que le vassal se transporte au lieu ou place dont depend ledit fief,& illec fasse les foy et hommage à celuy des conseigneurs feodaux, qui se trouuera sur le lieu:& en leur absence,à la porte du chasteau,maison, place,ou lieu dont meult ledit fief.Et à faulte de ce,à la personne de lun de leurs officiers, procureurs,ou negociateurs comme dessus est dit.

LICET omnibus hæredibus domini vasallus ad fidelitatis capitula adstrictus sit,tamen singulis iurare non tenetur,neque item ad plura seruitia teneri debet,quàm erga defunctum vnum tenebatur, l.ne in plures.ff.de exercitor.Hæredes enim debent conuenire,cui horum vni seruitium præstetur,alioqui vasallus nulli præstabit.argu.l.æquissimum. & l.quotiens. ff.de vsufruct. Quantum ad inuestituram,& sacramentum attinet,non desunt,qui vni tantum præstari debere dicant:Inter quos glossator bonis rationibus obtinere debuit,in gl.mag.in verb.omnes filij.in fi.si de feud.fuer.contro.inter do.& agn. Sed numero plures sunt, qui contrà sentiant,omnibus scilicet esse iurandum, & ab omnibus inuestituram petendam: vt Aluarot.& Præposit.in d.c.omnes. Zas.in glossatoris sententiam inclinauit, illamque controuerti questus est. & quia correlatiuorum eadem est dispositio.l.j. de cupress.ex luc.Daph.lib.xj.C. Si vasalli plures sint hæredes,secundum statuti huius determinationem poterunt per vnum autoramentum expedire: licet ius commune referre putauit,an indiuisum inter eos feudum esset, & eo casu omnes teneri, an verò diuisione ad vnum peruenisset,& tunc eum solum admitti.d.§.omnes.qui expressus est.

Vasallus quomodo fidem ineat aut obsequiũ præstet plurib. hæredib. domini.

Vasalli plur. hæredes quomodo fidem præstent.

DES

DES CENSIVES ET DROITS de directe Seigneurie.

TITVLVS XXVIII.

§. CCCXCII.

LA PREMIERE rente constituee sur aucun heritage allodial, s'appelle rente fonciere, & emporte droit de directe Seigneurie, & de lods & ventes.

PREMIERE RENTE.



SVBNOTAT hic textus censum primò constitutum, tanquam ex eo dominium directum acquiratur.c.constitutus.de religios.domib.maximè præcipuum esse: adeo vt alius præiudicio huius imponi non possit: prout & apud duos dominium idem directum pro solido esse non potest.l.Mæuius.§.duobus.ff.de legat.ij.l.hæreditate.§.penult.ibi, occurrebat enim.ff.de castrens.pecul. & l.si vt certo. §.si duobus. ff.commod. Et ea ratione tenuit Felin. in c.licet causam.de probat. quòd censualis fundus alij censui secundario subijci non potest à domino vtili: quod verum puta, si ij qui id contrahunt, hoc velint agere, vt ambo census similes sint, & vtrique domino spondeat possessor dominium directum: quia id ratio superior compati non potest. Tamen secunda censualis sponsio admissa est & exigi potest, saluo in omnibus iure primi domini, ad quem iura dominij directi insolidum pertinent: vt laudemia, & casus commissorij: horumq; euentu ius secundi domini resoluitur. & sic censum secundarium vtilem dominum constituisse, & soluere primi domini nihil interest. & ita declarat Io. Fab.in §.adeo autem. num.5. Institut.de locat.& conduct. quod maximè notandum est pro casibus qui quotidie eueniunt, vt scilicet eiusdem rei venditæ plures directi domini concurrant, petantq; laudemium. Et in eo concursu præfertur is qui antiquiori censu nititur, vt dicit idem Fab.in l.cùm dubitabatur.in prin.nu.8.de iur.emphyt. In dubio verò vtriq; adiudicatur laudemium diuidendum: vt ibidem dicitur.

Census primo quasitus cæteris præfertur.

Census duo quatenus tolerentur.

Dominorũ director qs præferatũ in laudemijs.

ALLODIAL.

ALLAVDIVM dixerunt eum feudum, qui pleno iure ad possessorem pertinet, pro quo nullum alicui laudemium præstandum est. nam ita allaudium, diphthongo scribi puto, quasi sine laudo, siue actiuè siue passiuè, quòd huius ratione nullum laudare dominum, à nullo laudari possessorem oporteat. Aut si mauis Allaudium dicitur, quasi valde laudandum, ob egregiam & præcipuam libertatem. & eo verbo allaudare vtimur cùm quid insigne & liberum laudamus, vt apud Plautum, Ingenium allaudat meum. Vulgo scribunt allodium, à vulgari vocabulo lods quod hactenus corruptè, lots, per, t, scriptum est, non per, d, vt scribi debuit. Dicunt autem allodium esse proprium ab aliquo possessum: quòd huius causa neque personale neque pecuniarium obsequium præstandum sit, & à nemine nisi à Deo possessum. vt pluribus verbis diffinierunt Doctores, in c.ij.& iij.si de feud.fuer.contro. & in c.j.de allod.& in l.j.C.de inge.& manumisis.& in l.at si quis. §.si interdum. ff.de religios.

Allaudiũ, quid.

Allodium. Lods.

& sumpti.funer. Neque potest onus imponi allodio sine consensu domini, qui huius habet plenum dominium & plenam proprietatem, idest nulli subest domino, neque tit.feudi, neque titulo emphyteosis. prout dicit Bened.in repetit.sua, verb.& vxo.no. Adelas.num.297. Hodie in hoc regno eatenus tolerantur allodialia, quatenus libertatem præstationis & obsequij habent: iurisdictione & potestaria principi salua. vt dicit idem Bened.ibidem, num.518. Errant igitur quotidie domini iurisdictionales, & sæpius regij magistratus, qui ad iurisdictionis argumentum consequi volunt, prædia quæcunque huic subdita ab his teneri aut in feudum, aut in emphyteosem & censum. Dari enim facile potest alius titulus, scilicet allodialis. quo etiam prorsus semoto, superiora nihil arguunt. vt suprà latè diximus, §.j.cùm iurisdictio nihil inferat ad feudum aut censum. vt not.Specul.titu. de locat. §.nunc aliqua.vers.Ix.& sequen. Alio item errore in subditos, cæcitate dissimulata, sæuiunt: voluntq; illos cogi edere, quo titulo prædia sua possideant, vt inde appareat, an censualia, an feudalia sint. quod iniquissimum est. Nam dominus ipse certò debet intendere feudum, aut emphyteosim, idq; probare: alioqui repellendus est.l.si quidem.C.de except. Qui enim allegat qualitatem, super qua ius suum fundat, illam probet necesse est, siue sit actor siue reus.l.si minorem.C.de in integrum restitutione. c.j.in fi.de gradib.succesio. & c.j.in princ.si de feud.fuer.contro.inter do.& ag. Quòd maximè verum est in istis. Graue etenim est domino prædij nouam seruitutem non sponte admittere: idq; temere fieri non debet, cùm vniuersaliter natura nos protulerit ad libertatem rerum asserendam & retinendam proniores: & pro his lex ciuilis præsumi & iudicari vult. l.libertas. ff.de statu hom. l.altius. C.de seruit. & aq. l.sicuti. §.sed si quæratur. ff.si seruit.vend. & l.cum eo. ff.de seruit.rustic.prædio.& l.binas ædes habeo. ff.de seruit. vrba.prædior.& per glo.& Bart. in l.si prius. ff.de no.oper.nuntiat. Et in proposito nostro quælibet res præsumitur allodialis non tributaria, vt dilucidè per Ias.in consil. 102.volu.j.in princ.& Bald.in c.ij.si de feud.fuer.contro.inter do.& agnat.& in c.j.de contro.inuestit.& Io.Andr.in c.nimis.de iure.ideo grauantur subditi, si domino nihil docente, quod prædia eorum afficiat, vllo modo vexentur. cùm nemo teneatur exhibere titulum suæ possessionis.l.cogi.C.de petit.hæred.& qui possidet, iustè & liberè possidere præsumitur. l.siue possidetis & ibi Doct.C.de probat. & per Panor.in c.illud.de præsumpt. & c.cùm ad sedem.de restitut.spoliat. idq; maximè locum habet in profanis: quia in beneficialibus, titulo possessorem munitum esse oportet, cùm talia sine titulo canonico neque possideri, neque obtineri possint.c.j.cum glo.de reg. iur.lib.vj.& extat constitutio Fran.reg.artic.vj.qua possessor beneficij, quantocunque tempore possederit, debet suæ possessionis iustitiam titulo edocere: alioqui potest repelli:& auditur eum interdicto vti possidetis aggrediens, ibi, sinon quil apparust, &c.

Allodia quatenus tolerentur. *Iurisdictio nihil infert feudum aut emphyteosim.* *Censum aut feudũ prætendens debet probare, & non possessore in aliquod horum asserere iurisdictionis argu.* *Libertas rerũ natural.* *Benef.sine titulo non potest possideri.*

FONCIERE.

FVNDIARIA à fundo, quòd pro eo pendatur domino directo, qui vulgari sermone dicitur Seigneur foncier. Iurisconsultus in l.ij. §.si quis nemine prohibente. ff.ne quid in loc.publ.fiat. solarium vocat, quod pro solo penditur. Idq; annotauit Bud. Idem legitur in l.etiam. ff.qui potior. in pig.hab. vbi hactenus corruptissimè salarium, lectum fuit, pro, solarium. quem locum restituit Tyraq.qui alio loco, in titu. de ret.lig.§.v.in verb.rentes.gl.vj.in prin.reditum.prima & pen.corrept.dici debere notat, ex eo quòd singulis annis redeat, non autem quòd reddatur. & in eadem glo. num.2.

Rente fonciere, quid. *Solarium.* *Reditus unde.*

nuun.2.tales reditus fundiarios vectigalia,item & fundos his obnoxios vectigales esse asserit,ex l.arbores.§.fi.ff.de vsufruct.& l.item prædia.ff.famil.ercisc.& titu.si agnosc. vectig.pet. Zas.in summa titul. huius vectigal & canonem emphyteoticarium, item contractum vectigalem & emphyteoticarium sermoue suo promiscuè confudit. Alia est dictio census, quam, licet pro agrarijs tributis vulgò vsurpemus, vt l.forma. ff.de censi.& Cicero Flaccum defendens,sunt'ne ista prædia censui censendo? Tamen huius vera significatio est, proiecta rerum quædam æstimatio, ex qua proferatur quid eum oporteat iustè pendere.l.ætatem.in princip.illo tit.c.omnis anima. & c.scientes. de censib.& generaliter quodlibet tributum siue personale, siue reale, census dicitur, & cum eo oneramur,censeri dicimur.d.l.ætatem. Item & in censum referri dicitur, qui censum profitetur. Item & patrimonium censum dicimus,vt apud Iuuenalem:

Vectigal quid. *Canon emphyteoticar.* *Census quid propriè.* *Censeri.* *In censum referri.*

Turpe thori reditu census augere paternos.

IDQVE notandum pro dictione reditus,vt suprà notauimus. Præterea pro monumentis professorijs,quæ terraria dicimus,sumitur.d.l.forma. & l.census.de probat. & l.fi.C.ne rei dominic.vel temp.vbi, Io.Fab.notat. In genere autem id omne quod nobis penditur,pensionem dicimus.Et licet in specie vsus id vocabulum recipiat pro eo quod soluitur ob vsum alicuius rei concessum, & rarius pro censu: tamen id veteres ad particularem,& annuam solutionem vectigalis cuiusque vsurparunt: vt scilicet vectigal sit ius ipsum: pensio autem sit huius præstatio: & vnius vectigalis tot sint pensiones,quot durat annos. Apud Tranquill. in Vespasiano patre, ad fi.reprehendenti filio Tito, quòd pater etiam vrinæ vectigal esset commentus, pecuniam ex prima pensione redditam admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: & illo negante. Atqui,inquit,è lotio est. Cicero ij.Philip.tertiam pensionem deberi dicit.& ad Attic.lib.ij.alteram pensionem.

Censum profiteri. *Census pro terrario.* *Pēsionis verbum quid.* *Vectigal ex lotio redditum.*

§. CCCXCIII.

VN SEIGNEVR de rente fonciere,ou censiue peult poursuiure lacquereur, & nouuel detenteur daucun heritage estant de sa censiue, & rente fonciere, pour luy exhiber & faire ostention des lettres dacquisition par luy faite dudit heritage, pour auoir les droits Seigneuriaux, & recongnoissance dudit cens, ou rente fonciere.

VIDE quæ scripsimus suprà,§.lxv.

§. CCCXCIIII.

EN VENTES dheritages tenus à cens, ou rente fonciere daucun Seigneur,lacquereur est tenu de payer au Seigneur droit de lods & ventes dedens quarante iours, à conter du iour de la vente: & sil laisse passer lesdits quarante iours,quil ne paye lesdits

lods &

lods & ventes, payera le double diceux. mais ſi le Seigneur direct nha domicile en la iuſtice, ou eſt ſituee la choſe, pour laquelle ſont deuz leſdits lods, le debteur diceux pour euiter leſdits doubles lods, peult dedens quarante iours iudiciellement conſigner & depoſer les deniers deſdits lods & ventes.

Pœna grauior in mendacem aliquñ admiſſa eſt.

POENA huiuſmodi, licet in fiſci fauorem ſummo iure & forte parum ex æquo inducta ſit, hanc tamen lex ciuilis non omnino repulit: qua ſi quis partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſsit, totum cum altero tanto cogitur ſoluere. verba ſunt Calliſtrati, in l.non intelligitur.in fi.ff.de iure fiſci. etenim paſsim ſuccurſum eſt ei, qui antequam notitia rei ad fiſcum delata ſit, vltro profeſſus eſt ſe fiſco debere.& extat Traiani edictum, quo ea profeſsione debitor dimidiam partem eius quod debet, ſibi retineat.l.edicto.in princ.ff.eo.nec qui fraudandi cauſa non detulit eo beneficio dignus eſt, ſed mulcta potius.d.l.non intelligitur. in fi.Addam hic, quod dicit Pet.Iacob. in tit.de actio.in rem lib.gener.ibi, effectus quia emphyteota. Quòd emptor domino mentitus verum pretium, vt minus ſoluat laudemij, aut vt domino voluntatem interuertat rei prælationis iure retinendæ, prædium perdit. Id ſequitur Guid.Pap.quæſt.clxxj.prope fi.perinde enim eſt ac ſi non denuntiaſſet. vt dicit is qui ad vmbram Guid.Pap.annotauit.allegat Specul.in titu.de loc.quod maximè notandum eſt pro ſtatuti ampliatione, vt ſcilicet eadem ſint, non omnino denuntiare, aut falſum denuntiare, argu.l.eum qui. §.cùm igitur.ff.de in diem addi. & l.ſicut. §.non videbitur. in fin.ff.quib.mod.pig. vel hypo.ſoluit. idq; in emphyteota nominatim tenuerunt Io.Fab.& Iaſ.in l.fi.per illum tex.C.de iur.emphyteo.

Pœna falſum pretiũ denuntiatu.

§ CCCXCV.

LODS & ventes ſe payent audit païs & Duché en pluſieurs manieres: les vns au ſixieme denier, qui eſt de trois ſolz & quatre deniers pour liure. Les autres au tiers en montant. Autres au quart: autres au douzieme, ſelon les anciens vſages, droits conſtituez, recongnoiſſances, compoſitions, ou conditions faites & interuenues. Mais ſil ny ha tiltre particulier, commune vſance, ou preſcription au contraire, lods & ventes ſentendent audit païs & Duché au ſixieme denier, que eſt de trois ſolz & quatre deniers pour liure, pour le ſimple du prys que la choſe ſubiette auſdits lods & vente aura eſté vendue.

Laudemia. Laudimia.

HAEC iura laudemia vocamus, ſiue laudimia, duro quidem vocabulo, ſed frequentiori, & quo vſi ſunt antiqui omnes Doctores. Budæus generali ſermone, obuentiones, aut fructus aduentitios fundi cenſualis vocat. Zaſ.in l.diuortio.§.quod in annos. ff.ſoluto matr.vnico verbo, laudominium dixit. Aleiatus, lib.

Laudominiũ

tus,lib.Prætermisso.j.cap.xlv.laudatiuum. Sed Zasium,vt propriè magis loquentem sequi malim : cùm cæteri mutuatis verbis, quæ ferè negotijs magis apta sunt,vsi sint. vtcunque sit,dicta sunt à laudando,quòd hæc offerat prædij censualis emptor domino directo,vt ab eo laudetur,id est approbetur.vt dicit Alciatus. Sed Zas.contrà,qui laudominium vocando, ipsum dominum laudari & approbari per nouum emphyteotam subnotauit. Iure legum tantum fuit quinquagesima pretij pars offerenda,quæ ad rationem prætij,non ex ipso pretio computanda fuit.l.ij. C.de iur.emphyt. tamen hæc legis taxatio vt modica displicuit, & hac obrogata, obtinuit vsus generalis vt multò maior soluenda sit.

Laudatiuū.

Laudemij quota iure legum.

§. CCCXCVI.

EN CONTRACT de permutation, ou il y ha deniers ou meubles de retour en quelque nombre ou valeur que ce soit, lods & ventes sont deuz, pour lesdits meubles ou deniers tant seulement : & sont lesdits meubles estimez selon ce quilz valent au temps dudit contract. Ausi sont deuz lods & ventes es vente de succesion & generalité de tous biens, en rabatant pro rata, au sol la liure, la valeur des meubles & debtes actifz, qui sont en ladite succesion. Et audit cas, se fait lestimation aux despens de lacquereur : sinon quil eust fait offre raisonnable : auquel cas, si le Seigneur ne laccepte, elle se fait aux despens dudit Seigneur. Mais si le contract de permutation est frauduleux, lesdits lods & ventes en sont entierement deuz.

QVATVOR hic §.complectitur satis diuersa. Primum,vt ex permutatione simplici prædij ad prædium nulla debeantur laudemia. Secundum,quid si cum prædio vnus ex permutantibus compensando pecuniam numeret, aut mobile tradat. Tertium,vt emptor hæreditatis,aut generaliter bonorum quotæ,laudemium soluturus distrahat mobilium & æris sui, idest, nominum æstimationem. Quartum, vt fraudulenta permutatio à laudemio nihil excuset. Quantum ad primum,iure communi nulla debentur laudemia. vt asseruit Guid.Pap.quæst.xcij.nu.1. post Petr.Iacob.in tit.de actio. in rem quæ competit pro re emphyteo.quæ cecid.in commiss.circa fin.ibi, item si talia pretia non sunt in alienatione. idem Pap.quæstio. xlviij. Sed id inuertit vsus in plerisque locis, vbi pro solido ab vtroque laudemia præstantur,siue prædia permutata eiusdem domini sint,siue diuersorum in alijs locis. alibi duodecima tantùm debetur,hancq; my lods vocant.quidam priuilegio se tuentur,vt incolę S.Germani Vallis,quod aliquando apud me exhibitum est.

Laudemiū nullum ex permutatione prædij ad prædium.

Laudemiū ex permutatione si quædam pecunia numerata est, aut mobile datum.

SECVNDVM, si apud quosdam controuersum fuit,vt certè fuit,& maximè apud Iacob.de sancto Georgio,in tract.de royd.vers.sed ponamus.col.10. qui tenet omnino laudemium non deberi,siue ratione pecuniæ,siue rei.tamen communis est senten-

tia, vt permutatio aut emptio iudicetur ex eo quòd plus in pretium aut in compensationem recidat: vt si prædium datum pluris sit quàm pecunia numerata, sit permutatio, & econtrà. argu. l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de actio. empt. Tamen apud eos qui ex permutatione non laudant, fert vsus vt ex pecunia soluantur laudemia: ex prædio autem nulla soluantur. Cuique enim rei sua natura respectiuè reddenda est: vt quatenus est permutatio, nihil soluendum sit: sed quatenus est emptio, soluatur. Nam possunt duo contractus inuicem misceri. l. Lucius. ff. de præscript. verb. Sed maius est dubium, cùm mobile aliud quàm pecunia à permutante datur, an huius respectu exigatur laudemium? Sunt qui asserant multum referre, an id mobile quod datur, consistat in specie, an in genere. Quòd si in specie, vt equus, bos, vestimentum, margareta, & cætera quæ in genere suo functionem mutuam non recipiunt, idest, quorum aliud pro alio solui in eodem genere non potest: & eo casu, adhuc subdistinctum est, an species data sit non æstimata, an æstimata: Primo casu non esse loco pretij: quia nullo modo vicem pecuniæ numeratæ exhibere potest, §. item pretium. & ibi no. Institu. de empt. & vend. Pretium enim propriè refertur ad ipsam pecuniam numeratam. l. fin. C. de præd. cur. lib. x. Secundo autem casu, si æstimata sit, nullum esse dubium quin pretium ipsum referat, & ideo laudemia deberi: & in primo non deberi, per glo. in l. æstimatæ. ff. solu. matri. Quòd si id mobile datum in genere consistat, & sit de his quæ mutuam functionem admittunt, vt sunt ea quæ consistunt in pondere, numero, & mensura: in illis eadem est ratio quæ in pecunia numerata. l. fin. C. ad leg. Falcid. Cùm igitur nihil diuersum videatur, quod dissuadeat rem eodem iure metiri, videtur idem fuisse disponendum. l. à Titio. ff. de verb. oblig. idq; latè declarat Pet. Iacob. tit. suprà allegato. eumq; refert & sequitur Tyraq. in titu. de ret. sign. §. j. glo. xiij. num. 41. & sequentibus. Non erit extra rem & pretij materiam adijcere, quòd si res væneat certo pretio pecuniæ numeratæ, & vltrà constitutione annui solarij pendendi, aut in certa frumenti aut vini quantitate, aut in pecunia numerata: idq; solarium tunc imponitur, aut erat prius constitutum, & venditor aliquos annos antè soluerat, emptoremq; eo nominatim onerat, minorisq; ea causa vendit: eo casu laudemium reputari tam ex sorte pensionis, quàm ex pretio præsenti: quia loco pretij est. textus est expressus in l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & in l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de actio. empt. nam si ipsa pensio principaliter ematur, debetur laudemium ratione sortis & pretij: cùm res ipsa quasi vendita sit, ex eo quòd rei prorsus & perpetuò inhæreat, & qui tandem cunque fundum nactus sit, illum sequatur: imo & sit ferè fundus ipse. C. sine cens. vel reliq. fund. alien. non poss. & l. Imperatores. ff. de pub. & vectig. Id autem verum est, si pensio particularem habeat assignationem, etiam si hypotheca generalis sit, vt super tali prædio: non autem si generaliter super omnibus bonis. quòd eo casu multum incerta sit, personamq; magis videatur afficere, quàm rem ipsam. vt per Tyraq. d. tit. §. vj. glo. j. nu. 3. & sequen.

Laudemiũ an reputandum sit tam ex numeratione quàm ex constitutione pensionis.

Pensionis generaliter assignata causa non laudatur.

TERTIVM IN IVRE minus habuit dubij. circa id aduertendum est, si prædium cum fructibus venditum sit, pro solido esse laudandum. l. qui concubinam. §. si fundum. ibi, quia idem prædium ad totam causam fundi pertinet. vbi Accursius id est, inquit, tam ad fundum quàm ad fructus. ff. de legatis tertio. facit l. fructus pendentes. ff. de rei vendicatione. & l. Iulianus. §. si fructus. ff. de actione empti. Si item ædes venditæ quædam continent mobilia affixa, aut ibi posita, vt perpetuò remaneant, etiam non affixa, solidum laudemium præstandum erit.

Laudemio reputado si fructus nõ distrahuntur.

Laudemio quæ mobilia distrahanẽ, & quæ nõ.

erit.l.cætera.§.hoc ſenatuſconſulto.ij. & §.ſi parauerit. ff.de leg.j.& d.l.Iulianus.§.fin. cum ll.ſequen.Item & ſi fons,aut puteus,aut riuus væneat,laudandum erit non diſtracta aquæ æſtimatione : quæ licet mobilis ſit,tamen pars fundi eſt,& eiuſdem naturæ. l.qui in puteum.in princi. ff.quod vi aut clam. Ediuerſo, ſi fructus à fundo ſeparati ſunt, etiam ſi in eo adhuc ſint glebarum manipuli, aut in hac Burbonia prouincia induſtriales, vt ſata frumenta, aut vites obtruncatæ, mobiles reputantur, vt ſuprà, §.cclxxxiiij.Item vtenſilia, & alia mobilia quæ neque affixa ſunt neque cauſam perpetuam habent, mobilia ſunt:& cum prædio, aut iure vniuerſali generaliter vendita ſi ſint,in laudemio reputando debent æſtimata diſtrahi, vt per Boër.dilucidè deciſ. ccxxxix.in ſecunda parte.

QVARTI dicti materiam ad §.ccccvij.in fi. Remittimus, cùm illius ſit propria materia.& ibi dicturi ſimus.

§. CCCXCVII.

SI LACHETEVR au parauant la poſſeſsion prinſe de la choſe achetee, ſe depart de ſon contract de vendition pour cauſe raiſonnable,comme pour euiction apparente de la choſe par luy achetee, ou autre cauſe ſemblable : en ce cas, de ladite vendition qui nha ſorty ſon effect pour cauſe raiſonnable, ne ſont deuz aucuns lods & ventes:mais ſi ledit vendeur & lacheteur apres la vendition parfaite ſans cauſe raiſonnable, mais de leur ſimple volunté ſe departent dudit contract de vendition, en ce cas en ſont deuz lods & ventes.

MATERIA huius §.à pluribus in diuerſum tracta eſt. & cùm inter eos parum conueniat,controuerſum omnino negotium eſt. non refero contentionis ambitum : ſed pro inſtituto ſequar & referam quod ſpecioſius viſum erit.Maſuer.in tit.de retr.verſ.antepen.tenuit ſatis eſſe domino ad laudemij quęſtum, ſi res vendita ſit.arg.l.pe.& ij. C.de reſcind.vendit. etiam ſi tradita non ſit : aut tradi non poſſit,aut recuſetur,& venditor & emptor ſuper traditione contendant : & ideo non licere ab emptione domini incommodo abire : cuius ſententia omnino ſtatuto noſtro repugnat. Io.Fab.in l.j.C.quando lic.ab empt.diſced. contra ſentijt, per illum text. vt ſcilicet non debeatur laudemium niſi ex perfecta venditione : & ideo poſſe contrahentes, re integra, reſilire : dominumq́; conqueri non poſſe. Summa rei hæc eſſe mihi videtur. Aut enim efficaci & valido contractu emptum eſt, aut nullo, aut reſciſo,aut ſimulato. primum membrum expeditius eſt. cùm enim valido contractu emptum eſt,nullum eſt dubium quin laudemium debeatur.l.ij.C.de iure emphyt.

Laudemiũ an ex quacunque uen dit. etia non perfecta debeatur.

SECVNDVM altius excutiendum erit : cùm ſcilicet contractu nullo res vendita eſt. Id autem fieri ſolet,aut ex præcedenti,aut ex ſequenti cauſa. Rurſum, ſi ex præcedenti,aut ſcienter,aut ignoranter. Deinde,ſi ſcienter, aut laudemia ſoluta ſunt ante cognitam nullitatem,aut prorſus non ſoluta. Primo caſu, ſi emptor ſciens rem alienari prohibitam emerit, aut reſtitutioni ſuppoſitam, nihil egiſſe videtur : quia caſu

Laudemiũ an debeatur ex cotractu nullo ex cauſa præceden te contract.

eueniente, venditio fingitur retro nulla. authen res quæ ſubiacent. C.communia de leg. Aut ſi contra legem,aut ſtatutum,emptio facta ſit,non valet.l.non dubium.C.de legib. Item ſi quis rem ſuam emerit,æquè nihil egit.l.rei.& l.in emptione.§.rei.ff.de contrah.empt. Præterea ſi à minore emit ſine decreto.l.lex quæ tutores. C.de adminiſtrat.tut.nam tunc laudemia præſtabit emptor,& huic ſuccurrendum non eſt. potuit enim præuidere quæ futura erant,& ſibi cauere.l.ſi quis negotia aliena.in fi.ff.de nego.geſt.& l.ſi quis domum. §.j.ibi, & ait non recepturum, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit.ff.loca. Item hi contractus nulli ſunt,id eſt nullum ferunt omnino commodum aut fauorem contrahentibus:& eo reſpectu nulli ſunt: tamen in eorum odium & damnum valent, ſi ſcienter contraxerint. vt dicit Bart.in d.l.non dubium. col.3. Quòd ſi hos defectus neſcierit, aut non præuiderit emptor, ei ſuccurrendum eſt: quia ſi poſtea contractus fiat nullus, ob reſtitutionis caſum contingentem: aut alienationis prohibitionem cognitam, aut alioqui minor venditor queratur & obtineat ante laudemij ſolutionem,id domino non debetur,vt tenuit Io.Fab.in l.j.nu.2. C.quand.lic.ab empt.diſceder.& in.l.fi.§.fi.num.10.C.commu.de lega. Id tamen verum eſt,ſi tales nullitates iudicio declarentur.vt dicit Io.Fab.in d.l.j.ibi,ſi contractus iudicetur nullus. nam ex emptione debetur domino laudemium: quòd ſi nulla ſit emptio, non debetur: cùm appellatione venditionis aut emptionis veniat tantùm valida.l.ſi ſe non obtulit.§.condemnatum.ff.de re iudic.& l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bo.poſſeſſ.contr.tab. Venditio enim,inquit Aret.in l.continuus.§.cùm quis. col.3.ff.de verb.oblig. eſt nomen iuris, adeo vt venditio inualida, non ſit venditio. Item occaſio odij non eadem fuit retorquenda in neſcientem, quæ in ſcientem, vt ſuprà diximus. Quòd ſi & alio caſu ſciens emptionem nullam laudemia ſoluerit, non repetet.l.j.ff.de condict.indeb.& l.j.C.eo.& l.eum qui.§.j.ff.de inofficio.teſta. Si verò dubitans aut adhuc contendens ſuper nullitate, eaq; nondum deciſa, ignorans ſoluerit, repetere poteſt. l.pro dubietate. C.de condict.indeb.modo tamen conteſtationem ſoluens interpoſuerit futurorum: quo caſu ſi indebitum ſoluat, repetit maximè cùm exceptione contra dominum poterat vti. l.ſi non ſortem. §.indebitum autem.& §.adeo. ff.de condict.indeb. Item licet exceptio nondum eſſet contra dominum patata,vt quia iudicium nullitatis non erat prolatum, liteq; adhuc contenderetur,dum ſolutum eſt: tamen verum eſt id ſolutum eſſe cauſa emptionis, quæ ſubeſſe putabatur: ideoq; quandiu durat contentio,ceſſat repetitio.text.eſt for.in l.quod ſeruus. ff.de condict.cauſ.dat. Nam domino datum erat ex cauſa eius emptionis quæ de facto tantum erat ſecuta,non autem de iure: & hoc caſu ſiue ſciens,ſiue ignorans dederit,repetet.l.dedi tibi.§.ſi liber homo.ff.de condictio.cauſ.dat. Moueor quòd ex numeratione pretij petitur laudemium: quòd ſi deſit & ceſſet,non petitur:& ea inuicem ſe ſic conſequuntur. l.ij. C.de iur.emphyt. Si igitur emptio inutilis ſit iudicata, emptori venditor pretium debet reſtituere. l.ſuæ rei. ff.de contrah.empt.& l.ſeruum meum.ff.de condict.indeb. igitur & dominus laudemium: quia id ſolum per ſe ſtare non poteſt,ſine cauſa ſua,nihilomagis quàm ſine ſuo principali acceſſorium.

Contractus nullus fauore tertij contrahentibus obeſt,ſi ſcienter contraxerint.

Venditionis appellatione valida tantum continetur.

Laudemia indebitè ſoluta quando repetantur.

Laudemiũ eodem iure, quo pretium reſeri debet.

QVOD ſi præſenti aut ſequenti cauſa,id eſt vitio actus,emptio nulla facta eſt,id eſt ſi ab initio valuit contractus,ſed poſtea diſſoluitur, aut partium facto communi, aut alterius: res eſt difficilior,fereq; recidit in confuſum. Referre enim viſum eſt, an id contingat actus vitio, quia tunc ſuperiora ſequimur. nam de facto rem perfici ſatis non eſt.d.l.dedi tibi.§.ſi liber homo.cùm ex venditione nulla,nullum debeatur laudemium,

Laudem. an debeatur ex cõtract.nullo ex cauſa ſecuta poſt contract.

demium, prout nec gabella statuto solui iussa ex omni contractu. vt per Bart. Bald. & Iaf. in l. fi. §. finautem. & §. sed quia nostra maiestas. C. commu. de legat. Secus autem si alia ex causa contingat: vt cùm venditoris facto idem prædium duobus distractum est, eius est cui prius traditum est: & sic venditio etiam prior sine traditione nulla fit. l. quotiens. C. de rei vendic. & tunc si Masuerio credamus, laudemium debetur, & solutum non repetitur. quanti etenim interest rem traditam non esse à venditore emptor est consecuturus ex natura contractus: & sic pretium & laudemium solutum. l. euicta. & l. non in dimidiam. cum l. sequent. ff. de euictio. Sed hæc sententia durior est, quàm vt asserenda sit. cùm enim eandem rem efficaciter dominus vni tantum possit vendere, ex cæteris venditionibus inutilibus dominus directus commodum nancisci non potest, cùm & emptor ipse non possit. Domino igitur satis est à vero emptore laudemium consequi rationibus superioribus. Nam emptori multò est vtilius omnino non soluere, quàm solutum ab alio repetere. l. si cùm legetur. §. Titio. ff. de lega. j. & l. si stipulatus esses. ff. de fideiussorib. ibi, interest eius. & l. postulante: in princ. ad Senatusc. Trebell. poterit enim occurrere venditor proletarius aut alioqui difficilis. & in quo vera sit regula: minus haberi per eum qui actionem, quàm qui rem habeat. l. minus est. ff. de reg. iur.

Vtilius prorsus indeb. nõ soluere, q̃ solutum repetere.

QVOD si mutuo consensu partes discedant ab emptione, & eo modo nulla fiat, idq; membrum est superioris distinctionis: aut res est integra, aut omnino consummata. Si integra res est, casum tenemus statuti nostri præsentis, quod ius commune in totum secutum non est. Causam enim resolutionis inesse statuto oportet: alioqui ius per emptionem domino quæsitum ab eo temerè auferri non posse. l. fi. ff. de pact. Venditio enim perfecta dici non potest ante possessionem rei adeptam: idest ante rem traditam. §. venditæ. Instit. de rer. diuis. c. cùm Ioannes. in princ. de fid. instru. nec translatum est dominium sine traditione. l. traditionibus. C. de pact. Item & nisi pretium solutum sit, aut huius causa in creditum itum sit, & fides accepta. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. vendere enim cum effectu accipitur. l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. & c. relatum. de cleri. non resid. nec hoc statuto consideratum est, an incontinenti, an verò ex interuallo recessum sit ab emptione, sed satis est re nondum tradita, & sic integra, ex causa tamen, discessum esse: causæ item exemplum dedit vt in euictione: quæ in limine contractus videri potest, & quæ dat causam vt à contractu recedatur. Iure aliter distinguitur, idq; non omittendum est. aut enim resoluitur emptio ex pacto præcedenti, aut ex solo partium consensu. Si ex pacto præcedenti, aut id factum est emendo, aut ex interuallo. Ad primum, si contrahentes pacti sunt in ipso contractu: vt liceat venditori restituendo pretium & ea quæ legitimè erogata sunt, redimere, & contractum resoluere, tunc laudemia erunt præstanda primæ emptionis, sed non redemptionis. idq; expressè statutum est infrà, §. ccccvj. & id declarat Tyraq. in tit. de ret. conuentio. §. vj. glo. ij. num. 4. & 7. emptor enim irreuocabilis non est, nec item mera alienatio. l. in diem. ff. de aqua plu. arcen.

Laudemiũ an debeatur ex cõtractu facto nullo partium consensu.

Integra res in venditione quãdo esse dicatur.

Laudemiũ an debeatur ex venditione in qua de redimẽdo pactum est.

QVOD si partes de redimendo ex interuallo pactæ sunt, idq; pactum venditioni non insit: subdistinguendum erit. Aut post rem traditam, & re non integra, aut ante traditionem & re integra. Primo casu, debentur laudemia ex vtroque contractu, tam primo quàm secundo: id est, tam ex venditione, quàm ex reuenditione: & tam ex contractu quàm ex distractu. Nam primus perfectus est eo pacto non obstante, & ideo de laudemio nullum dubium. l. ij. C. de donat. quæ sub mod. & l. cùm pater.

Laudemiũ an duplex debeat̃, cùm ex pacto facto ex interuallo redimitur.

§.rogo. & §.fidei. ff.de leg.ij. Quantum ad secundum qui resolutiuus est, noua est emptio,& ex noua causa fit,& ex ea nouum commodum domino quæritur.l.si à me. in fi.ff.ad leg.Falcid. Si verò res sit adhuc integra, pactum de retrouendendo videtur inesse:& ideo semel tantum laudandum erit, cùm de noua alienatione non agatur,sed tantùm de prima resoluenda ex causa.l.si pro fundo. C.de transactio. hæc eadem Tyraq.d.§.ij.num.7.post Alber.Ci.& Ias.in l.fi.C.de iure emphyteo.

Laudemiũ an debeatur ex contractu à quo ante perfectionẽ discessũ est ex causa.

SI AVTEM ex solo consensu sine præcedenti pacto ab emptione rei nondum traditæ discedatur ex causa, nullum debetur laudemium. & is est casus §.nostri.nam venditio nondum perfecta est,nec dominium translatum : igitur nec facta alienatio: ergo nec laudemium peti potest. Ex alienationis enim contractibus id tantùm peti solet : quod debet intelligi de instrumentis perfectis & effectum habentibus.l.si quis aliquid.§.testamentum.ff.de pœ.& l.ij.§.j.ff.quemadmod.testa.aper. Nec in hoc casu constitutio possesionis precarij,quæ fieri solet,sufficit ad traditionem & perfectionem contractus. vt expresse declarat Io.Fab.in d.l.j.num.2.ibi, si ergo constituerit se possidere,non sufficit.C.quando lic.ab empt.disced. Ficta enim traditio huiusmodi est,quæ,alio dato possessore præter venditorem,nihil efficax est.Idq; maximè notandum est pro statuto nostro. hæcq; vera sunt siue incontinenti siue ex interuallo id actum sit.

Constitutio precarij non perficit contractum, quũ constituẽs nõ possidet.

Laudem. an deb. quũ sine causa discess. est à cõtract.

SI VERO nulla causa sit speciosa, etiam si ab eo contractu traditione nondum perfecto,incontinenti partes liberè abeant, tamen laudemium debebitur : secundum Masuer.loco suprà citato, cuius sententia hoc casu sustinenda est. Licere enim non debet partibus ius domino quæsitum etiam incontinenti temerè interuertere:cui iure censuali ex venditione qualibet ius laudemij quæratur. d.l.ij. C.de iur.emphyteo. quæ lex venditionem tantum desiderauit. sufficit igitur venditum esse. nec oberit domino si res vendita in emptoris dominium non transeat. nam alienatum (inquit Iurisconsult. in l.alienatum. in princip.ff.de rer.& verb.signif.) non propriè dicitur, quod adhuc in venditoris dominio manet : venditio tamen dicitur. Alioqui ferè omnibus casibus, ius dominorum periclitatur, cùm sæpisimè emptoribus imponatur,hypotheca,aut prioribus venditionibus, aut domini mora in tradendo, aut proprietatis defectu : quæ etiam falso supponi possunt.idq; est quod vulgo iactatur, plures emptores quàm venditores videri fatuos.illi enim sæpius eluduntur.

Venditũ & alienatũ esse differunt.

Laude. debetur ex contractu sine causa relicto etiam si res tradita non sit.

SI VERO euictio non reformidetur, aut alia difficultas probabilis non existat, nihilq; superfit aliud quàm traditio : laudemium rei etiam non traditæ domino debebitur. rem enim venditam emptor consequi potest, cùm venditor sit dominus.d. l.ex empto. ff.de actio.empt. qui enim actionem habet, rem habere videtur. l.qui actionem.ff.de reg.iur. Quæ regula licet in mobilibus magis obseruetur,tamen si ad rei debitæ naturam & qualitatem actionem metiaris, idem erit. & pro hoc casu nostro text.est in l.sicut.§.si debitor.ff.quib.mod.pig.vel hyp.solui.

Laud. debẽ ex cõtractu perfecto, licet ab eo discessum sit.

QVOD si res perfecta est & non amplius integra,idest tradita res est. maiori ambitu variant scribentes. Sunt enim qui incontinenti, idest, antequam ad extraneos actus diuersum sit,renuntiantes,à laudemio eximant,vt Iacob.de sanct.Georg.in tracta.de oper.col.9.& quidam eius sequaces.sed plures sunt,qui contrà sentiunt, & eorum opinionem vt rationabilem vsus admisit : vt scilicet ex contractu semel perfecto debeatur laudemium : idq; neque ex interuallo neq; incontinenti posse impediri quantumcunque partes renuntient.

HORVM enim renuntiatio domino non nocet, quemadmodum & fisco seu publicanis non nocet, si ex contractu semel perfecto & incontinenti resoluto gabella petatur. vt per Angel. in §. quia verò. j. in fi. in authen. de nupt. per l. si constante. in fi. ff. soluto matri. Imo si actu contrario resoluta sit emptio in totum, & retraditum sit, duo videbuntur contractus: & sic duo laudemia: vt & duæ gabellæ debebuntur: Quod tamen simpliciter acceptum non est, sed visum est inspicienda esse verba posterioris contractus, vt scilicet si per modum distractus conceptus sit, nihil debeatur eius causa, sed pro primo tantum. Si verò per modum noui contractus, ex vtroq; deberi, verum est. vt per Bal. & Ang. in d. l. ab emptione. ff. de pact.

Laude. deb. ex cōtractu rescisso.

TERTIVM membrum distinctionis superioris hoc erat, quando contractu perfecto quidem emptum est, & traditum, sed postea tamen rescisso: quod contingit cùm vi metúsve causa, aut per impressionem, aut ex leuitate processum est: quando item vltra dimidiam iusti pretij emptor aut venditor deceptus est: & alijs sexcentis casibus ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. Et in eo hactenus neminem legi qui dubitaret quin ex eo contractu semel perfecto domino laudemia deberentur, etiam si aut incontinenti aut ex interuallo is contractus esset rescissus. potuit enim emptor præuidere id futurum esse. d. l. si quis domum. § j. ff. loc. & l. si quis negotia aliena. in fi. ff. de nego. gest. Item & voluntas, siue ea coacta siue elusa sit, voluntas est. l. mulier. §. si metu. ij. ibi, quamuis si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui. ff. de eo quod met. caus. & l. si patre cogente. ff. de ritu nupt. & c. merito. xv. quæst. j. & c. displicet. xxxiij. quæst. iiij. alioqui si colluderetur (id autē esset facilimū) posset facile domino imponi: quod ferendum non est. l. si. ff. de pact. Idem erit si res empta: ex causa emptori prorsus incognita, aut alioqui fortuitò euicta est: aut deperit emptori: nihilominus enim laudemia præstanda erunt. l. siue hæreditaria. ff. de nego. gest.

Laud. an debeat ex contractu simulato.

QVARTVM membrum est, cùm simulato contractu emitur: quo casu, si verè res perpendatur, cùm laudemium ex emptione debeatur, oportet emptum esse. Id autem simulato contractu effici non potest: quia qui simulatè vendidit, nec alienasse velle videtur. l. nuda. ff. de contrah. empt. & in his scriptura non tam attenditur quàm veritas. l. j. ij. & iij. C. plus vale quod ag. Vrget maxime quod dicit Paul. Castr. in l. j. §. si rem depositam. ff. depos. vasallum scilicet aut emphyteotam simulatè vendentem non incidere in noxam commissoriam. item & quod tam apertè & egregiè, vt cætera alia, Tyraq. resoluit in d. tit. de re. lig. §. j. glo. ij. num. 10. in venditione simulata retractui consuetudinario locum non esse. Et quia nos hic, vt ille ibi, cum qui simulatè contraxit de simulatione excipientem poteramus non admittere, quòd turpitudinem suam impudenter proferat, tamen ille à turpitudine simulationem exceptam probat per Bald. in l. filios. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. & in l. post contractum. vers. & ex hoc infertur. ff. de donatio. Item & secundo turpitudinis exceptionem aut replicationem admitti probat per Bart. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. ff. de iureiurand. Atque hæc quamuis vrgeant vehementer, ac ferme trahant sua vi, videndum est tamen casus nostri causam omnino diuersam esse: & eodem iure metiri ambos casus, atque vna, quod aiunt, fidelia dealbari æquum non esse: cùm scilicet ius ex re petitur, vt in casu nostro, & cùm res ipsa omnino prætenditur, vt in casu Tyraq. dominus enim laudemium petens, si ex re ipsa & accidenter ratione contractus, attamen substantialiter extra rem petit: rem ipsam autem neque

Laudemiorū causa eadem non est qua retractus aut cōmissi.

neque petit,neque afficit. Imo prorſus variè. Nam in caſu Tyraquelli res immobilis petitur,hoc verò quid mobile,quodq́; in pecunia conſiſtit.d.l.ij.C.de iur.emphyt. & ſic de modico quæritur.item caſus à Paulo & Tyraquello deducti rem ipſam pro ſolido non tantùm afficiunt, ſed & abſtrahunt. Paulus enim emphyteotam aut vaſallum ſimulatè vendentem à commiſſo excuſat: Tyraq.à retractu. Vtroque enim caſu res omnino aufertur, ſi venditio non excuſetur ob ſimulationem. Et hæc quidem vt grauiora ſpeciali iure moderari æquum fuit,& veritas tantum attendi debet. Credo igitur dominum laudemium petentem ſimulationis exceptione non repelli, cùm huius diſcuſsio eſſet maioris expenſæ quàm laudemium ipſum. argu.eorum quæ notat idem Paul.in conſil.74. volu.ij. & Alex.197.volu.vij. Nam fraudis autorem lex ciuilis non excuſauit contra tertium.l.ſi actu.C.de reuo.his quæ in fraud.credit.& pro ſolido tenetur qui ſimulauit,perditq́; priuilegium ne conueniatur niſi quatenus poteſt. l.j.reſpon.primo. ff.illo titu. facit expreſsius ad caſum noſtrum textus in l.filios.C.eod.& in l.cùm profitearis. C.de reuo.dona.& l.venditrici. C.de reb.alien. non alien.

Laude.petẽs domi.ſimulati contrahẽtis exceptione nõ repellitur.

§. CCCXCVIII.

LE TENENCIER qui tient vn heritage en fief, cens, rente, ou taille daucun Seigneur, il le peult meliorer et non pas empirer: & ſil ha baſty ou fait de nouueau melioration ou augmentation audit heritage, il ne peult demolir, vendre, ou exploiter ladite melioration ſans le congé dudit Seigneur.

DIXIMVS ſuprà,§.cccliiij.

§. CCCXCIX.

QVI TIENT & porte heritage à cens, rente deüement conſtituee ou preſcrite es cas ou rente ſe peult conſtituer, taille, ou autre deuoir, il le peult, ſi bon luy ſemble, quitter, & guerpir au Seigneur en payant les arrerages deuz, & deliurant à ſes deſpens lacte & inſtrument de la guerpine, & laiſſant ledit heritage en bon & ſuffiſant eſtat. Et quant es vignes, on les peult auſsi guerpir apres y auoir fait les labeurs & façons qui ſe doiuent faire parauant ladite guerpine: ſinon que ledit deuoir fuſt conſtitué ſur certaine choſe, & generalement ſur tous ſes biens: car en ce cas ledit Seigneur de la choſe particuliere ne receura ladite guerpine ſi bon ne luy ſemble.

Refutari fundus & guerpiri quã possit, & an deterioratione differat.



VM FRVCTVARIVS, inquit Vlp. paratus est vsumfructum relinquere, non est cogendus domum reficere.in l.cùm fructuarius.ff.de vsufruct. Tamen,inquit alibi Pomponius, cùm fructuarius debeat quod suo, suorumq; facto deterius factum est,reficere,non est absoluendus, licet vsumfructum relinquere paratus sit.in l.sed cùm fructuarius.illo titu. Debet enim id quod diligens paterfamil.in sua domo facit,& ipse facere. vt ibidem in text.& no.Bartol.in l.is cum quo. ff.de aqua plu.arc. Masuer.in tit.de loc.& iur.emphyteo. versic.item cùm res datur. refutationem hanc prædij censualis deterioratione differri noluit, & domino tantum actionem dari in emphyteotam sensijt in id quod illius interest prædium integrum non esse.alleg.not.in l.si finita.§.eleganter.ff.de dam.infect. Formam refutationis ille præscripsit extraiudicialem cuilibet personaliter reperto. Negauit autem valere in domo eius factam,si absit:aut vniuersitati,aut capitulo, nisi Consulibus fiat,aut capitulariter congregatis. Quòd si absenti facienda sit, iudicialiter vocato domino facienda est.l.ij.cum authen.sed periculum.C.sine cens.vel reliq. Nec valeret procuratori facta,domino non vocato:vt per Bart.in l.vectigalia.§.igitur.ff.de publica. Impeditur autem per dominum, si cum prædio refutato cætera refutantis bona tributo obligata sunt,vt in fi.§.nostri.& per Bart.in l.si quis opus.§.fi.ff.de dam.infect. Item & secundo, si census idem debeatur super duobus, aut pluribus prædijs, vnum sine alio refutari inuito domino non potest.sed aut vtrunq; prædium relinqui,aut vtrunque retineri debet.tex.est in l.hæredes scripti. de om.ag.desert.lib.xj.C.& infrà dicemus,§.ccccix. Tertiò,si aliquando conuenerit rem refutari non posse ad certum tempus.vt per Bart.in l.is cum quo.ff.de aqua plu.arc. Quartò, si res deterior facta est, refutatio vt fraudulenta recusari potest,vt statuto nostro hic dicitur,& suprà dictum est.& no.in d.§.eleganter. Quintò,si reliqua non soluantur, quia his tanquam reali oneri prædium subijcitur & deterius est: igitur ante omnia eo onere euacuandum & liberandum est,& inde refutandum.tot.titu.sine cens.vel reliq. idq; nominatim scripsit Ioan.Fab. in d.l.ij.versic.quid si emphyteota velit rem domino dimittere? C.de iure emphyteo. Non omittendum quod scripsit Zas.in tract.feud. in secunda parte. tit.de feud.degenerantibus.fo.115.feudum refutari non posse,si certa seruitia promissa sint, quæ vasallum plus obligent, quàm feudum ipsum: tamen vbi incerta seruitia promissa sunt,posse. Zasius autem post quandam breuem huius rei altercationem, suæ priori sententiæ diffidens rem in dubium reijcit,dicitq; siue certa siue incerta seruitia promissa sint,feudum semper liberè dimitti posse.per c.j.ad fi.de vasal.qui contra constitu.Loth. vbi indistinctè & verbis apertis generaliter vasallo feudum recusandi facultas datur:ideo si lex non distinguit,nec nos distinguere debemus.l.de pretio.ff.de public.in rem actio.

Refutatio cui, ubi, & quomodo fiat

Refutatio quot casibus possit impediri.

Feudum an refutari possit ratiõe cuius quadam obsequia certa uasallus iurauit.

§. CCCC.

SI AVCVN Seigneur direct achete aucune chose en sa directe,& ladite chose soit retraite par aucun lignager, lods & ventes sont deuz audit Seigneur direct par le retrayant.

Laudemiũ ex retractu ipsõ debetur quũ ex cõtractu q deberi nõ potuit, cũ do. ipse emit.

IVRE communi ex his duobus, contractu & retractu vnum tantum debetur laudemium,quia de vno ad alium fit transfusio.arg.eorum quæ de gabella not.Bald. in l.cùm

in l.cùm dotem.C.de iur.dot. idq́; laudemium sumitur ex primo contractu, vt suprà diximus,§.cccxcviij.& non ex retractu, qui fit ex necessitate & primo emptore inuito,igitur ea causa non debetur laudemium.vt dicit Masuer.tit.de empt.& vend.vers. item in casu. Non videtur igitur iniquum quod hoc §.nostro statutum est:nam consanguineus qui retrahit,debet restituere quę emptor nomine laudemij domino soluit, item & cætera alia iustè impensa. l.debet. in fi.ff.de ædil.edict. Indemnis enim emptor discedere debet. vt dicit Bald.in l.si pretium. C.de ædilit.actio. si igitur dominus,qui ab alio emptore laudemium exigere potuit,à seipso non potuit.l.vti frui. ff.si seruit.pet. & l.si communi. ff.de seruit.rustic.præd.retractu ipsa re priuetur, æquum est huic rem restituere coacto,à consanguineo retrahente tantum præstari, quantum alij præstandum fuisset à consanguineo:cui incommodo domini fauendum non erit eatenus,vt id lucretur quod domino deperiret.Ideo neuter grauabitur si laudemium semel præstetur,idq́; ex retractu,cùm ex contractu minimè possit. Retrahentis enim nihil interest, cùm huic laudandum sit, ex quo ipse laudet, cùm de vno ad alium transfusio sit facilis.vt per Bald.in d.l.cùm dotem.

§. CCCCI.

EN SVPPLEMENT de iuste prys, ou acquisition de plus value, soit par transaction ou autrement, lods & ventes en sont deuz tout ainsi que du prys & sort principal.mais en donation de plus value que se fait en contract de vendition, lods & ventes nont point de lieu quant à ladite plus value.

Laudemiũ ex suppleto pretio.



HIC §.tantum expressit casum,quo de perficiendo iusto pretio rei prius,minoris quàm erat, venditæ, transactum est: nihil autem subnotauit casum alium hactenus parum facilem: cùm scilicet de re contenditur & super contentione transactum est. Prior enim de quo hic statutum est,sine dubio fuit:cùm nihil referat an vltro, an lite coactus emptor pretium compleat, quia vtroque casu domini ius liquidum est. nam cùm id quod supplendo pretio datur sit additamentum pretij,debet eodem iure laudemij censeri.l.cum qui.§.item si iumenta. ff.de fur. l.si ego.§.idem ait ædibus emptis. ff.de pub.l.item si fundi. §.sed si & metalla.§.huic vicinus.ff.de vsufr.& l.si conuenerit.ij.§.si nuda.ff.de pigno.actio.idq́; siue venditori siue alij numeratum sit id pretij supplementum:& etiam siue voluntariè siue necessariò, idest ex sententiæ præscripto: de quibus plura dicturi sumus infrà §.ccccxxxj.

Laudem. an debeatur ex eo quod trãsigẽdo datum est, cùm de prædio lis esset.

Sed maius dubium erat, cùm super rei possessione, aut proprietate contenditur & transigitur. Qui id discusserunt,voluerunt inspici, vtrum'ne fundus ex transactione ei expediatur qui actor erat dato pretio,an verò reus illum retineat: multumq́; inter vtrunque interesse per l.si pro fundo. C.de transact.Tyraq.in titul.de ret.lig.§.j.glos. xiiij.num.60. inquirit, an cùm ita transigitur, consanguineus rem dimittentis possit retractu vti.post peritissimam contentionem resoluit posse. sed cùm illo consanguineum admittens eum tantum dicat subingredi ius & actionem dimittentis.& sic esse adhuc concertandum, laudemij petitio eo casu lucida non esset, vbi principale lucidum non est.Pet.Iacob.in tit.de act.in rem pro re emphyt.col.12.vers.item si res datur ex

tur ex causa transactionis. tenuit in distinctione suprà facta : si res actori expeditur accepta pecunia, laudemium deberi. habet enim transactio speciem quandam venditionis: ad instar possessoris qui litis æstimationem obtulit, & tunc incipit pro emptore possidere. l.j. ff.de vsucap.pro empt. nam ea litis æstimatio emptionem ipsam refert. l.litis.illo tit.& l.sed & si.§.si lis.ff.de public.in rem actio. Quòd si res apud possessorem remanet, non idem erit, quia laudemium non debetur, etiam si actor pecuniam non receperit. idq; ex æquitate quæ sustinetur, quòd possessor pecuniam non offerat rei quærendæ gratia, sed redimendæ litis. per ea quæ no. Chassa.tit.des ret.§.j. in verbo, vendu.vers.quid si dimittatur. Aliud dubium est, cùm socij licitatione vtuntur earum rerum quas commodè diuidere non possunt. ex qua laudemium deberi tenuit Guid.Pap.quæst.xlviij.in fi.post Bart.in l.fi.ff.de condict.furt.

Laudem. ex licitatiõe inter socios facta.

DONATION DE PLVS VALVE.

SOLENT notarij quibuslibet ferè contractibus huiusmodi donationes pluris valoris item & alias clausulas, singularia, priuilegia, & quicquid in illis præcipuum est, nullo delectu congerere & coaceruare, sua magis consuetudine, aut vt tumidiores contractus plus reportent commodi, quàm partium certa scientia & expresso consensu : idq; etiam si veneat res pluris quàm valeat : ideo parum solent istæc attendi, vt not.Bart.in l.j.in 3.colum. ff.de iur.codicill.& Bald. in l.quotiens. C.de hæredib. instit.distinguit tamen Franc.de Cur. in cons.76.colum.6.quòd si apponantur actui qui ex voluntate vnius dependet, vt testamento, tales clausulæ nihil operantur. exemplum dat in clausula codicillari à notario apposita, ex qua verisimile non erit testatorem huius efficaciam tantum considerasse, vt extraneos præponeret suo sanguini. l.cum auus.ff.de condit.& demonstratio. Si autem agatur de actibus qui ex duorum voluntate dependent, tunc quia alterius vtilitatem respiciunt, magis attenduntur, per no.in l.fi.C.de fideiussorib. Sed per ea quæ no. Anto.de Butr.& Abbas in c.quintauallis.de iureiurand.& Alciat.in repetitione l.si stipulatio.§.si quis ita.num.7.in fi.de verb.obligat. quam repetitionem retulit Io.Mont. eius discipulus, si illæ tendant ad alium effectum quàm contractum confirmandum, nihil attendi debent : adeo vt si læsio venditorem grauet, aut vsu regionis donatario laudandum sit : tunc verisimile non est partes ad hos casus attendisse. l.si libertus operas. ff.de oper.libert. Et hodie hæc doctrina obseruatur, vt scilicet non obstantibus huiusmodi donationibus ad pretij modicitatem venditori succurratur. Notarius enim sæpius illas inserit à partibus neque prolatas neque auditas : nec ex eo solet redargui: imo præsumimus illum de his rogatum esse. d.l.fi. C.de fideiussorib.Ang.tamen in l.quicquid astringendæ. ff.de verb.oblig.tenet notarium id non debere facere, prout nec hanc dictionem, & cætera, his ampliare.c.pe.de iureiurand. Ideo licet de iure communi donatarius non debeat laudemium, secundum Pet.Iacob.vbi suprà, & Guid.Pap.quæst.xlviij.tamen in regionibus vbi ex more laudandum esset, ex hac donatione accessoria laudandum non erit. Casum longe diuersum expressit Tyraq. in titul.de ret.ligna. §.j.glo.xviij. num.9. cùm scilicet emptor in contractu aut incontinenti pòst, vltra pretium donat certam summam venditori ob merita, an huius causa laudare debeat ? asserit ille debere : non tamen simpliciter, sed cum reputatione valoris rei venditæ, ex qua conijci poterit fraus, aut veritas. nam si sufficiat pretium constitutum sine additamento pecuniæ donatæ, non deberi laudemium : item & contrà, si vtrunque non excedat, de-

Notarij ex more magis quàm ex uero plura scribunt.

Clausula codicillaris.

Donat.plur. ual. quando attendatur.

Donat.plur. ual.nõ impedit restitui ex decep.ultra dimid.

Laudãdũ ne sit ex donat. facta pecunia p empt. uẽditori post contract.

beri.allegat glo.notabilem in l.j.§.j.in verb.agendo. & ibi Barto. ff.de superficieb.& Bald.in l.ex conuentione.C.de pact.

§. CCCCII.

EN VENTE faite par criees de biens immeubles, lods & ventes sont deuz.



Hic §.contra ius commune est, vt infrà declarabimus, §.sequent.in j.glos.ad vtriusque §.intellectum.Bart.in l.sed si hæc cuidam.in princip.ff.de condit. & demonstratio.aliàs est §.l.si vir vxori.statuto præsupposito,quo tributum quadragesimæ pretij venditionis ab emptore offerendum est, ponit fundum publica auctione centum libris venditum, viginti tamen libras erogatas in subhastationum sumptus : dicitq; tributum ratione octuaginta lib. quæ supersunt, reputandum esse, non autem ex xx.impensis. idq; ad laudemia aptissimum est, modo id moderatè assumamus. Ecce, si agatur de his quæ emptor in re sibi retinenda expendit, verum est, quod Bart.censuit, ea scilicet distrahenda esse ex laudemij computatione : Cùm id sit duntaxat pretium quod recepit venditor, non autem quod omnino numerauit emptor : & sic non est de pretio id, quod causa venditionis expediendæ impensum est.l.sancimus.§.sed in computatione.C.de iur.deliber.& l.quantitas.ff.ad leg.Falcid. Si verò agatur de his quæ proclamando,significando, exequendo, & alijs necessarijs erogata sunt ad auctionem complendam : quia ea de pretio sunt,& eadem manu, & in eandem causam ab emptore numerantur,estq; pretium idem sine delectu impensæ : verum est ex eo toto quod ab emptore numeratum est,laudemium deberi.argu. l.Plautius.§.item scinditur.ff.de condit.& demonstra.& per not.in l.qui fundum. & in l.quarta.ff.ad leg.Falcid. Quòd si quid extra pretium proxenetis datum est, eius causa laudandum non erit,licet à retrahente restituendum esset, si venditore consentiente datum sit,non aliàs.l.debet.ff.de ædilit.edict.Io.de Plat.in l.j.de fund.patrimo. lib.xj.C.tenet neque retractum neque laudemium peti,cùm à iudice in causam iudicati fundus addicitur creditori. per l.cùm fidei hæredis. ff.de fideicommiss.libertat. infrà,§.seq.dicemus,in j.glo.

Laudemiũ an reputandum sit ex impensis per emptorẽ pro ut ex uero pretio.

Laudãdum ex impens. subhastationum.

Laudand.nõ esse ex addictione.

§. CCCCIII.

LODS & ventes sont deuz pour lheritage ou rentes baillees en payement de deniers,soient dotaux,ou autres. Toutefois si au contract de mariage vn pere constitue vne somme de deniers en dot, dont la moitié ou autre partie doiue estre conuertie en heritage propre, & ledit pere ou autre constituant en ensuiuant ladite constitution, baille heritage, en ce cas ne sont deuz lods & ventes.

EN PROPRE HERITAGE OV RENTE.



QVANTVM ad fundum nemo hactenus id non probauit, sed quantum ad vectigal, distinctum est, an generale sit, an particulare : quia hoc casu laudandum est, illo verò non est. diximus supra, §.cccxcvj.in fi.ij.membri.nec dubium est quin insolutum datio vicem venditionis referat. l.si prædium. C.de euictio.& sic laudemium ex eo debeatur. vt consuluit Guid.Pap.consil.46.versicul.plus posset considerari. Notandum tamen hic est pro intellectu §.huius & superioris, multum differre, an sponte id fiat, an necessariò. quia primo casu, insolutum datio venditio est, & id non habet dubiū respectu laudemij. l.in numerationibus. in prin. ff.de solutio. Secundo verò casu, cùm datur à iudice in causam iudicati, venditio non est, aut certè necessaria est. & sic cum adiuncto variatur : nec sub simplici venditionis appellatione continetur. vt not.Doctor.in l.Senatus. ff.de leg.j.ideoq; ex ea, laudemia non debentur. vt per Bart.in l.si ideo. ff.de condict.furt.& Ias.in l.fi. C.de iur.emphyteo. & in hanc sententiam omnis scribentium cohors inclinauit : adeo vt superior §.sit contra ius commune, quamuis ratione non destituatur. Nam iudex licet hanc alienationem inuito debitore decernat, tamen cùm aliquando sponte obligationem debiti debitor subijt, censetur facere quæ ad executionem sponsionis suæ fiunt. & sic in solutum dare, quod à iudice datur licitatori aut creditori : Ideo de euictione tenetur ac si ipse fecisset. l.si ob causam.C.de euictio.l.si pignora.ff.eo.titul. l.eleganter.de pignor.actio.& l.si ego tibi mandauero.ff.mand.

Laudem. an debeatur si vectigal detur in solutum datu pecuniaria.

In solutū datio libera uēditio est, coacta non est.

Laud.nō debetur ex addictione subhastationis.

EN PAYEMENT DE DENIERS.

APPOSITE dictum est en payement de deniers : quia si non debeatur pecunia, sed species, licet eius speciei nomine in solutum prædium detur, & sit in solutum datio, quæ cuiuslibet debiti soluendi causa fieri dicitur. l.vel soluendi. ff.de public.in rem actio. tamen ea nullo modo venditio est : quæ nisi pretio pecuniæ numeratæ fieri non dicitur. l.j.§.pe.& l.inter patrem & filium. §.fi. ff.de contrah.empt. Actus enim qui initur, cùm quid pro soluto datur, necessariò ad contractum eum referendus est, cui magis videatur accedere, & cuius naturam propius referat : Ideo si quid aliud quàm pecunia debeatur, dato prædio est permutatio : vt dilucidè per glo.& Bart.in l.si quis aliam.ff.de solutio. Quòd si mobile detur pro immobili & econtrà, vide quæ suprà diximus, §.cccxcvj.

In solutū datio alia non est uenditio quā ea quæ pro pecunia numer. debita facta est.

CONSTITVTION.

DOTIS agrariæ æstimatæ non idem fauor fuit, qui cæterarum : cùm æstimatio dotis periculum in maritum reijciat, videaturq; magis emptor quàm administrator, & pretij restitutione liberetur. l.quotiens. & ibi glo. C.de iur.dot.& l.plerunque. §.si ante. ff.eo.tit. vbi dicitur quòd est vera venditio, ideo laudemia eo casu deneganda non sunt. Ias.in l.fi. C.de iur.emphyteo. tenet contrà, non eo quidem quòd fauorem habeat, sed quòd alienatio ex necessitate fit. eius tamen opinio recepta non est. Quòd si dos hæc agraria æstimata non sit, laudemium non debebitur, vt tenet Guid.Pap. quæst.xlviij.& Masuer.tit.de empt.& vend. §.item si res detur. sed casus huius §.nostri diuersus est, cùm pro soluto dotis pecuniariæ constitutæ pater tradit prædium: & videretur laudemium domino deberi, vt ex in solutum datione, quæ venditionem refert.

Dotis agraria æstimatæ quantus fauor.

Laudādum ne sit ex æstimati agri in dotē datione.

Laudādum ne sit ex prædij datiōe in solutum dotis pecuniariæ.

refert. l.si prædium. C.de euictio. Item & si constituendo pecuniam conuentum sit, vt partis pecuniæ dotalis solutio sit agraria : & sic ex post facto hæc in solutum datio fit necessaria, ex qua laudemia non debentur, vt suprà diximus, in j.glo.huius §.tamen quia soluens, ipse sibi ab initio hanc necessitatem sciens imposuit, alterum horum videbitur complere : aut dotem agrariam dare & æstimatam quidem, & eo casu laudandum erit.d.l.plerunque.§.si antè. Aut in pecuniæ solutum agrum tradere, & æquè laudandum erit. d.l.si prædium. Item attentius consideranti casus hic de vtroque participare videbitur, & sic laudemium non denegandum. tamen mihi videtur vtroque excludi. Ecce, hoc casu æstimatio non facit emptionem propter hæc verba, en heritage propre. sic enim maritus ipse pretium pro dote offerre non potest, prout posset.d.l.quotiens. Secundo, licet pro soluto datio sit venditio, tamen hoc casu inuicem colligantur hæc, datio & promissio prima, videnturq́; vnus & idem contractus, & maximè quia initio ita conuentum est, in idq́; recidit, vt videatur ager ipse in dotem datus, quia promissus est nominatim. argu.eorum quæ not. Alex.in l.cùm fundus.§.seruum tuum imprudens.ff si cert.pet.not.Alciat.referente Montag.in l.j.in princ.num.15. de verb.oblig. Quòd si promisi vendere, alius emere, videmur quodammodo ego vendidisse & alius emisse. quòd si promissio compleatur, vnus & idem actus est.faciunt no.Bart.in l.debitor. §.fi. ff.de leg.ij. Nec ij actus separari debent, sed eodem iure censeri.l.eum actum.vers.planè.& l.atqui melius.in princ. ff.de nego.gest.

Pro statuto.

Promissio actus ineundi, actus esse videtur.

§. CCCCIIII.

SI LE Seigneur hault iusticier vend heritage vacant assis en sa haulte iustice, & il est de la censiue & directe Seigneurie dautruy Seigneur, le Seigneur direct duquel est ledit heritage porté aura les lods & ventes de ladite vente.

VIDE quæ suprà, §.cccxxxj.& §.cccxxxij.annotata sunt.

§. CCCCV.

QVAND le frere, sœur, ou autres heritiers en tout ou en partie, moyennant la constitution de dot ou reception de deniers, en faueur de mariage, ou en partage quittent ou transportent leurs biens ou portions à autres freres & heritiers, nen sont deuz aucuns lods & ventes.

IDEM tenet Guid.Pap.quæst.xlviij.in fi.& amplius quæst.cccxxij.numer.2. Noua hic videtur species alienationis de qua & cæteris plura dicturi sumus infrà, §.ccccxc.in glo.ij.

§. CCCCVI.

SI LHERITAGE est racheté dedens le temps de la faculté

accordee

accordee en faiſant le contract de vendition, ou depuis prorogé dedens ledit temps, ne ſont deuz aucuns lods & ventes pour le rachapt, mais ſeulement pour la premiere vendition. Mais ou ladite faculté ſeroit donnee par interualle de temps apres ladite vendition, & non en faiſant ladite vente, ou apres que ledit rachapt ſeroit paſsé, lods & ventes ſont deuz comme de la premiere acquiſition.

HOC iudicium retractus ex naturali affectione sumptum est, qua causa rem, quæ maiorum fuit,prosequimur: quam lex diuina etiam maiori pretio prætulit: vt III. Reg.XXI. Achab rex ad Naboth: Da mihi, inquit, vineam tuam, & pro ea dabo tibi meliorem: aut,si mauis,argenti pretium quantum digna est. Cui Naboth: Propitius,inquit,sit mihi dominus,Ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.Eandem affectionem vbique probauit lex ciuilis.l.j.ff.de priuileg.credito.l.Imperator.de pact. l.qui officij.de contrah.empt. l.milites prohibentur.de re milit. l.si in emptionem.de minorib.plenè in l.lex quæ tutores. C.de administratio.tuto. Igitur si rem ab extraneo emptore consanguineus redhibuit,eadem ratione quòd maiorum fuit, & ne extra familiam alienetur: consequi dicimus,rem ita retractam in familia esse & remanere: & ideo si per eum, qui retraxit, rursus alienetur extra familiam, eadem durat ratio: possuntq; cæteri consanguinei eodem iure retractus vti:aliàs causam retractus confundimus: & cùm ad certum effectum inducta sit, contrarium subijcimus, contra l.legata. ff.de leg.j.& l.cùm tale. §.fi.de conditio. & demonstrat. ff.& l.legata.de adimen.leg. Postremò causa superiori cessante,idest, si res maiorum non fuit, sed ab extraneo empta est: æquum erit,cessare iudicium retractus.l.qui liberis. §.testamento.ff.de bono.poss.& c.cessante.de elect.lib.vj. nam pleniori iure quæstus nostros tractare licet,quàm quæ à familia excepimus.l.si quid in bello. & ibi glos.ff.de capti.& postli.reuers.per Tyraq.in tit.des donations.§.j.glo.ij.& in titu.de ret.lig.§.xxxij.glo. vna.num.3.& seq. *Retractus unde exigat quam habet causam.* *Quæstus nō retrahūtur.*

§. CCCCXXXV.

HERITAGES & autres choses sont censees & reputees estre de lestoc de celuy qui veult retraire, quand ilz viennent par succession en ligne directe ou collaterale.



RGO non satis est, se consanguineum simpliciter afferere, etiam in gradu successibili: sed duo hæc considerantur: Primum,vt citra sextum gradum non sit: ita fuit statutum suprà §.præcedenti. Secundum,vt ex eo stipite sit consanguineus,ex quo res vendita processit: & is etiam magis propinquis præferendus erit.l.is qui complures.iuncta glo.in fi.ff.de legat.iij.& Tyraq.tit.eod.§.xj.glos.j. nume.12.& 18.vbi retractum successionis iure omnino metiri dicit, quantum ad stipitum prærogatiuam.quod ille ex Pictonum consuetudine obseruat, quæ venditoris *Retrahēs sit in sexto gradu lineæ rei redhibēda.*

proximos ſimpliciter obſeruat. ſed noſtro ſtatuto non ſic : cùm illi tantum admiſsi ſunt, qui ex rei venditæ ſtipite progeniti ſunt. §.ccccxxij ſuprà ibi, il eſt loiſible au parent & lignager dudit vendeur du coſté & ligne, dont eſt venu & eſcheu ledit heritage.

§. CCCCXXXVI.

QVI NEST habile à ſucceder, comme vn baſtard, ne peult venir à retrait lignager.

Exempla nõ reſtringunt regulam.

REGVLA generalis huius §.naturalium exemplo nihil reſtringitur. l.damni infecti.ij.in fi.ff.de damn.infect.& l.j.§.idem Labeo ſcribit. ff.de aq.quot.& æſti. Et cùm ferè per omnia,iura ſucceſsionis & retractus exæquata ſint,generaliter tenendum eſt,eos,quibus ſuccedere non licet, nec & retrahere poſſe. Adde monachos & alios religioſos, qui ex conſuetudine non ſuccedunt, vt latè diximus ſuprà, §.cccxix.Tyraq.eo.tit. §.j.glo.viij.num.19.& ſeq.nouitium & nondum profeſſum excipit.num.31. cum cautione ibi notabiliter inſerta. hi enim ſiue naturales, ſiue religioſi, omnino mihi videntur deſtituti rationibus ſuprà ſæpe declaratis, quibus ius retractus ſubſiſtit. Primò, non ſunt amplius de familia : vt per Bart.quantum ad naturales,in l.pronunciatio.§.familiæ. ff.de verb.ſignificatio.dici item poteſt de religioſo, quod de fœmina dicit Iuriſconſultus in d.l.pronunciatio. in fi.eum finem eſſe ſuæ familiæ. Secundò, neuter ſuccedit. de monacho ſuprà diximus. de naturalibus item,§.clxxxv. facit l.humanitatis.C.de natur.lib.Maſuer.tit.eo. §.pen.addidit §.noſtro naturalium liberos legitimos ad id ius retractus rerum ab ipſorum conſanguineis venditarum non admitti. Ad marg.repet.Bened.verb.& vxo.no.Adelaſ.nu.715. adnotatum eſt, inter naturales & matrem id ius retractus liberum eſſe, & exerceri in prouincijs in quibus conſuetudo inter hos inuicem ſuccedendi iura ſublata non ſunt. Poſtremò poſſunt hi quæ vendita ſunt à ſuis liberis legitimis retrahere : & ipſi liberi denuo quæ à patre diſtracta ſunt:quia inuicem ſibi ſuccedunt:vt dicit idem Maſuer. loco ſuprà alleg.& Bened.num.716.

Monachus nondũ profeſſus an retrahat.

Religioſus ſinis eſt familiæ.

Retractus exercet̃ inter matrem & filios naturales.

§. CCCCXXXVII.

SI LE baſtard legitimé vend ſon heritage à luy aduenu du coſté de celuy qui l'aura fait legitimer, il eſt ſubiet à retrait.

Legitimatus per ſeq.matrimo.nõ differt à legitimo.

MVLTVM referre viſum eſt, an naturalis fuerit legitimatus per matrimonium ſequens,an verò per principem. Primo enim caſu, cùm magis legitimus,quàm legitimatus dici debeat : c.tanta.qui fil.ſint legit. & quia matrimonium retrahitur ad conceptionis tempus, fingitur legitimè natus : abſolutè inter eum & conſanguineos exercetur ius retractus ſine differentia : vt dicit Benedict. vbi ſuprà,num.181.& in additio. id expreſsius deſcribitur. Secundo verò caſu, per principem legitimatus,quia tantum patri,aut alijs, qui legitimationem ſollicitauit, aut approbauit,agnaſcitur & ſuccedit : vt not.in l.nam & diuus.ff.de adoptio. Ita & retrahere non poteſt res ab alijs conſanguineis venditas : vt dicit idem Benedict.ibidem. num.187.

Legitimatus per principẽ quando retrahat.

num.187.Ij enim inuiti eum hæredem habere non debent: & ideo legitimationi adesse non coguntur. d.l.nam & diuus. Et idem hoc textu à contrario sensu statutum est.ab ijsdem enim vendita potest ille retrahere,qui ab eo vendita possunt: quemadmodum succedere potest ijs,quos ex lege successores habiturus est.

§. CCCCXXXVIII.

LE LIGNAGER est preferé quant à ladite retenue aux Seigneurs feodaux censiuiers & directs:soient que lesdits Seigneurs ayent acquis la chose subiette, ou que lacquereur la leur eust delaissée par droit de prelation.

SVPRA diximus,§.ccccxxxiiij.circa finem glo.

§. CCCCXXXIX.

LIGNAGER sur lignager nha point de retenue,tellement que si vn vendeur ha vendu vn heritage à vn homme de son lignage & de lestoc, dont meult ledit heritage: vn autre lignager ne peult vser de retenue,combien quil soit prochain lignager du vendeur: ou si aucun du lignage vient premierement à la retenue de la chose vendue à personne estrange, il aura la retenue contre vn plus prochain dudit estoc,qui viendroit apres.

ERGO satis est, ad retractum omnino compescendum, consanguineo etiam remotiori vendidisse. Causa enim id inducendi illa speciosior fuit,quam suprà diximus, §.ccccxxxiiij. ne scilicet extra familiam maiorum res alienentur: quòd si emptor consanguineus extraneo vendat rem quæsitam,licet consanguineis redhibere ex statuto:imo etiam primo venditori ipsi id licet:nec ex eo venditionem priorem reuocat, sed tantùm posteriorem, quæ in tantum diuersa est, quantum differt qualitas emptoris, scilicet consanguinei & extranei, item & causæ superioris. Neque enim argui debet de vno contractu ad aliũ.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pact. *Venditor primus potest retrahere ab extraneo.*

§. CCCCXL.

SI PLVSIEVRS lignagers concurrent en telle maniere quon ne puisse dire lun diceux auoir preuenu, le plus prochain aura la chose vendue: & si lesdits lignagers sont en pareil degré, ilz lauront par moitié.

OLIM æqualiter & pro virili omnes admissi sunt, nulla graduum prærogatiuæ habita ratione: sed cùm hoc modo res venditæ in tot particulas distributæ deperirent magis, quàm conseruarentur: ex bono & æquo correctum fuit statutum: & *Consanguineor.plur.parator.ad retractũ quis præferatur.*

hodie ex pluribus concurrentibus ille in totum erit præferendus,qui proximus videbitur. Quòd si gradu nihil differant,ad diuisionem res necesſitate coacta est. Huius statuti meminit Ioan.Fab.in §.si plures.num.2.Instit.de legit.agnato.success.Idq; asserit ille iuri communi esse conforme. Idem dicit Bened.in sua repetit.verb.& vxo.no.Adelas.num.607.& sequen. Et licet alterius festinatione, ius alterius offendi non debeat.l.edicto.§.cùm ante.ff.de iure fis.& l.cùm solus.ff.de acquiren.hæredi. tamen hoc nostro statuto,qui præoccupauit in totum præferri debet,cæteris etiam tempore redhibitorio se offerentibus. Nam qui potest aliquid sibi quærere, idq; non agit, vt acquirat,excluditur.verba sunt Vlp.in l.qui autem. in princ.ff.quæ in fraud.credito.

Vigilāti lex detulit. Vigilantioris enim conditionem meliorem esse ius voluit,eiq; fauit, cæteris expulsis. l.pupillus.in fi.eodē.& l.non enim negligentibus.ff.ex quib.cau.maio. Quòd si æquè

Cōcursus diligentiū quomodo decidatur. diligentes sunt,& nemo præuenit,concurrere dicuntur.Quidam tenent neutrum admitti,per l.si fuerit.ff.de reb.dub.& l.ij.§.cùm singulis.ff.quib.mod.vsusfr.amitta.Tamen res ita debuit temperari,vt proximus quisque videatur præferendus. dicit in simili tex.in l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij. Quòd si proximus non sit,sed æquè omnes de familia sunt,pro rata in diuiduis admittendi sunt:arg.l.cùm ita.§.in fideicommisso.& §.fratre.ff.de lega.ij.facit id quod refert ex Bald.Io.de gradib.in addit.ad Io.Fab.in d.§.si plures. Quòd si propositum sit brauium ei,qui primus attigerit, & duo aut plures cucurrerint,&ita attigerint,vt primus dignosci non posſit: tunc quilibet primus dici debet,& omnes simul brauium consequi debent. Si autem res vendita in-

Sortis iudicium quādo adhibendū. diuidua est, idest plurium esse non potest: Tyraquelli post Math.de Afflict.opinio fuit, sorte rem esse dirimendam. Pro his text.est quem neuter allegat, in l.si duobus vel tribus.in prin.C.commu.de leg. vbi Imperator in huiusmodi casibus tam dubijs, rei iudicem fortunam esse, & sortem inter altercantes adhibendam sancijt: vt quem sors prætulerit, eum oporteat iure præferri. In simili Caius in l.si quæ sunt.ff.famil.erciscun.respondit hæredes, inter quos non conuenit,sortiri debere. Sed hæc opinio

Sortis iudicio rarò vtēdum. apud me valde esset dubia,si tam graui autore non niteretur. Sortis enim iudicium periculosisſimum est:& eo magis fortunæ, quàm rationi conceditur: ea propter eo vtendum non est.neque vt dicit Bal.in l.meminimus. C.quand.& quib.quar.pars.& Ias.in d.l.si.trahendum erit ad consequentias. Ideo in hoc casu, in quo neque de facto neque de iure tertium contingente quæritur, sed tantum de iure contendentium sortiendum tunc demum erit,si partes petant, aut expresſè velint: vt dicunt Imo.& Salyc.in d.l.si duobus.in prin.ff.commu.de leg.& Ang.Aret.in §.j. Instit.de satisdat. tuto. Quòd si dissentiant,& sortis iudicium non petant,aut recusent: tunc se impediunt inuicem,& tandiu vacabit retractus,resq; apud emptorem extraneum residere debet, quandiu dissenserint. Ita loquitur text.in l.si duobus separatim. §.cum singu-

Licitationis iudicium aquius. lis.vsque ad finem. ff.quibus modis vsusfruct.amitta. Sed altero petente iudex debet interponere partes suas, & concurrentes cogere in vnum consentire aut licitari, & ea licitatione vnum proferre, qui quatenus cæterorum intererit, reipsa carere, deducta pretij æstimatione, singulis sit refusurus. aut ad extremum omnino sortiri, si superiora recusent: argumen.l.huiusmodi. §.finali. ff.de legatis primo. & notatorum per Alciatum, Ioan.Montag. referente, in l.secunda. §.ex his. numero 28. ff.de verborum obligatione. facit l.hæredes. §.non tamen. versiculo si in certo. famil.erciscundæ.ff.

§. cccc.

§. CCCCXLI.

VN RETRAYANT est reputé diligent, & estre venu dedens le temps de la coustume, si dedens ledit temps il fait adiourner, par adiournement libellé, lacheteur de la chose quil entend retirer: pourueu, que lassignation soit baillee dens dix iours, pour le plus: & sert tel adiournement au retrayant, en maniere que sil fait donner iour à lacquereur, par adiournement libellé comme dit est: & apres vn autre fait poser semblable adiournement libellé à plus bref iour: neantmoins le premier sera preferé, quelque offre, consignation, ou deposition que ayt fait celuy qui ha fait faire le second adiournement à plus bref iour.

HIC §.præcedentem interpretatur. Nam is diligentior reputandus est, & præuenisse dicitur, qui primus emptorem citatione prouocauit. Ita specialiter in hoc casu dicit Bened. in sua repetit. verb. & vxo. no. Adel. num. 607. ibi, Parisius. tamen satis non est, simpliciter eundem emptorem citatum esse, sed nominatim in retractum ipsum: cuius causa omnino proponenda est ex statuto nostro. *Citatione speciali lis cæpta dicitur.* tunc enim videbitur lis cœpta, & actor ius suum intentasse. l. fi. C. de annal. exceptio. Aliàs autem citatione simplici & generali neque præuenisse, neque litem cœpisse dicitur. c. proposuisti. & ibi Ioan. And. & Panor. de for. competen. Adde, quòd si alio *Citatiõe nulla nihil agitur.* defectu citatio inualida sit, nihil egisse actor videbitur: vt per Bart. in authen. offeratur. C. de præscript. xxx. vel xl. anno.

§. CCCCXLII.

EN ASSENSE perpetuelle daucun heritage baillé à perpetuel tenement, pour aucun cens ou rente, supposé quil y ayt entrages dargent, ny ha point de retenue au Seigneur direct ou lignager: sinon que lesdites entrages en argent excedassent la charge ou deuoirs perpetuelz: auquel cas y aura retenue.

IOAN. FAB. in §. adeo. nume. 10. Institut. loca. nostri statuti casu expresso, scilicet, si trado fundum accepto pretio, & annua pensione: quærit an sit *Contractus emphyteosis & venditionis quomodo discernãtur.* emphyteosis, an venditio? resoluitq́; ita, vt si maius sit pretium, quàm pensionis æstimatio, dici debeat venditio: quemadmodum, si nullo accepto pretio, vno nummo fundum quis conduxerit: donasse magis, quàm conduxisse videbitur: vt dicit tex. in l. si quis conduxerit. ff. locat. Ita & si accepto pretio, vendidisse videbitur. text. est in l. si quis ante conduxit. §. fin. ff. de acquir. possess. & pro vtroque casu tam donationis quàm venditionis, facit tex. in l. si quis donationis causa. ff. de contrah. emptio.

Quòd si pensionem competentem retineat tradens, pretium verò minus accipiat, tunc emphyteosis, non venditio censendus est actus.d.l.si quis donationis. Adijcit statuto nostro idem Fab. Quòd si pensio perpetua non est, sed appositum est pactum de illa redimenda, eo casu venditionem esse, & sic redhibendum fundum. Si verò pensio sit perpetua, venditionem non esse. quæ vt maximè notanda, pro statuti interpretatione sufficiant.

Cõtr. emphyteosum pacto de redimenda pensione est uenditio.

§. CCCCXLIII.

EN TOVTES donations remuneratoires, & autres faites sans fraude, retenue nha lieu: ny en choses mobiliaires, noms, debtes, & fruits pendans.

Donationes reciproca in casum incertum.

ID VIDEBATVR sine dubio: quid enim consanguineus restituturus est, quando pretium nullum interuenit? hæc in simili exprimuntur in l.ad res donatas.ff.de ædil.edict. Nec obstat, quòd dicit Ioan.Fab.in l.j.num.4.C.de inofficio.donatio.de donationibus quæ à duobus reciproca liberalitate fiunt, horum superstiti: cùm fortunæ euentus incertus alio incerto euentu ematur, & qui obtinet, titulo oneroso, non lucratiuo videri debet obtinere.arg.l.fideicommissa. de transactio. vterque enim spem rei futuræ, tanquam aleam, aut rhetis iactum emere & vendere videtur.l.nec emptio.ff.de contrah.emptio.& l.emptione.§.fin.ff.de actio.empt. Sed nemo dicet donationem etiam remuneratoriam, donationem esse.l.Attilius Regulus.ff.de donatio. Item & quod benemerentibus sponte donatur, donari, non vendi dicitur.l.viuus.ff.si quid in fraud.patro. Secus autem si non sponte, sed iure cogente donetur.l.non videtur. ff.illo titu.& l.non videtur.de reg.iur.qua ratione Labeo ait, extra donationum causam esse officiorum mercedes.l.hoc iure.§.j.ff.de donatio.talia enim cùm nos teneant, si quid horum nomine tradiderimus, in solutum magis dedisse quàm donasse videbimur: eritq; contractus innominatus, do vt facias, aut quia fecisti.l.naturalis.§.at cùm eo. & §.quòd si faciam. ff.de præscr.verb.& d.l.hoc iure. §.fi. Quantum verò ad fructus & mobilia, intellige retractui illa non subijci, si principaliter vendantur: non autem, si rei immobili accedant, & in consequentiam vendita sint: eo enim casu eodem iure censeri debent, vt pecora, serui, instrumenta, fructus, & cætera.l.j.§.planè si quæ.& l.merito.ff.de vi & vi arma.& l.longe.ff.de diuer. & temp.præscript.suprà diximus, §.cccxcvj.in iij.& fi.membro.

Donatio remuneratoria quæ non est donatio.

Mobilia quæ retrahŭtur.

§. CCCCXLIIII.

LES Iuges, greffiers, aduocats, & procureurs des parties, parens, enfans, ou freres ne peuuent receuoir consignation de deniers: & sont telles consignations reputees nulles: & ont les consignans leurs recours contre le Iuge qui les prendra, ou fera consigner de tous leurs interests & dommages.

IVDICI



IVDICI commissa est electio depositarij, eaq; ratione seipsum eligere non potest, vt dicit Accurs. in l. planè. in verb. potest. Ibi, sed quid, si vni fuerit commissa? ff. si quis cautio. per l. cùm tutoribus. ff. de transact. de filio autem iudicis notauit Pomponius, suffragium patris illi prodesse, & filij patri: cùm quasi decurio videatur elegisse, non autem vt domestica persona, neque vt pater: nisi tamen id lex municipij, aut perpetua consuetudo id prohibeat. verba sunt text. in l. illud. & in l. item eorum. illo tit. Ideo iure probatur statutum hoc. Tyraq. tit. eo. §. iiij. glos. vij. num. 2. iudici consulit, vt ab huiusmodi prouincia abstineat, nec malæ suspicionis occasionem in seipsum substruat. Curare autem debet, vt partes eligant, quem ipse committat. l. postquam. in princ. ff. vt legato. no. cau. Quòd si dissentiant, eliget ipse. l. acceptam. C. de vsur. illumq; etiam inuitum committet, si causam probabilem recusandi ille non proferat. Idem Tyraq. consulit depositario, vt non voluntariè, sed iudicis iussu depositum acceptet: Nam primo casu gratis id exequitur. l. Lucius Titius. §. j. ff. de leg. ij. Secundo verò, mercedem petere potest.

Consignationem qui recipere nō debeat.

Consignatarius inuitus committitur.

§. CCCCXLV.

POVR retenue par proximité de lignage, ne sont deuz aucuns lods & ventes: mais si lacquereur ha payé aucuns lods & ventes au Seigneur direct, le retrayant est tenu les rembourser: & silz nont esté payez, il est tenu les payer audit Seigneur direct, en acquit de lacquereur.

SVPRA abundè satis dictum est de prima parte §. huius. in §. ccccvj. & de secunda, §. ccccxxx. cum notabili dubio, an si gratis emptor sit inuestitus laudemia sibi restituenda sint à retrahente.

§. CCCCXLVI.

SI PAR faulte de payer par lacheteur les lods & ventes au Seigneur censiuier dedens le temps de la coustume, en sont deuz au Seigneur censiuier doubles ventes: le lignager retrayant nen doit que lods & ventes simples: Et sil paye au Seigneur censiuier les doubles lods & ventes, il defalquera sur son prys la moitié desdits lods & ventes.



TEMPVS id quadraginta dierum est. vt suprà §. cccxciiij. Cæterum, æquum non est, vt consanguineus qui nihil peccauit, pœnam emptoris, qui dominum contempsit, ferat. pœna enim suos sequi debet autores. l. sancimus. C. de pœn. & c. quæsiuit. de his quæ fi. à maio. parte capit. Item & culpam vnius, alius suo sumptu reficere non tenetur, etiam si res ipsam in qua peccatum est sibi derelicta sit, vt in casu nostro. text. est in l. si finita. §. si quis damni infecti. ff. de dam. infect.

Pœna personalis est etiā si de re agatur.

§. CCCC

§. CCCCXLVII.

QVAND il y ha plusieurs heritages vendus par mesmes vendition, & dun mesmes estoc, le lignager nest receu à demander la retenue de lun, ou de partie desdites choses vendues : mais il fault quil retire le tout.

Retractus aut redemptio partis quando fiat, & quando non.

MATERIA huius §. & duorum sequentium eadem propè est. Ita puto subducendum negotium. Aut enim res vna vendita est, aut plures eodem contractu. Primo casu, si ab vno, ipse aut eius hæredes singuli ex conuentione retrouendendi, aut consanguineus ex statuto ad retractum partis non debent admitti : nisi totum suscipere parati sint. l. communi diuidundo. §. si debitor. ff. commu. diuid. & l. si ex toto. §. si ita legatum. ff. de legat. j. Quòd si à pluribus socijs res illa vna vendita est, partibus sigillatim designatis, vno tamen pretio : multum referet, an ex statuto consanguineus velit retrahere, an verò vnus ex venditoribus ex conuentione & pacto retrouendendi. Nam primo casui à statuto hoc nostro data lex est, vt scilicet consanguineus totum teneatur retrahere, aut totum deserere: partem autem distrahere non potest. Quòd si ex venditoribus vnus, cum quo emptor de retrouendendo pactus fuerat, maius erit dubium. Videretur si contra conuentum non est, quòd si forte singuli vendiderunt singulas partes licet eodem contractu, & eodem pretio: ita & singulos posse partes singulas retrahere. arg. l. nihil est tam naturale. ff. de reg. iur. & ideo vnum socium partem suam, quamuis alter nolit prosequi, posse petere. text. est in l. vxorem & filium. §. agri plagam. ff. de leg. iij. Tamen si emptor verisimiliter partes non fuerat ita empturus, vt totum emit à conuenientibus socijs : cogi non debet partem reuendere & partem retinere. l. cùm eiusdem. §. interdum. ff. de ædilit. edict. & l. si ex toto. §. si ita legatum. ff. de leg. j. & d. §. si debitor. Facit apertius l. planè. ibi, singulis pro solido, & alijs attribuat : quia sæpe solutio & exactio partium non minima habet incommoda. ff. famil. ercisc. dicam infrà, §. ccccxlix. in glo. ij. Secundo casu, aut plures res venditæ vnum habent pretium, aut his sigillatim distincta pretia data sunt. Et tunc vt in primo casu vna est venditio, ita & in secundo plures sunt : tex. est expressus in l. prædijs per præceptionem. §. Titio. & §. seq. & §. appellatione. ff. de leg. iij. text. & glo. vnica. ibi, & etiam vnicè. in l. & si vno pretio res plures emptæ sint. ff. de act. empt. Quòd si vnum sit plurium rerum pretium, hæ retractu diuidi non possunt. text. est in l. si plura. ff. de ædilit. edict. Sed si singulis rebus pretia distributa sunt, adhuc distinguitur : Aut connexæ sunt, aut separatæ. Si connexæ, redhiberi omnes simul possunt : separatim non possunt. l. cùm eiusdem. & l. ædiles. §. si forte. vsque ad fi. ff. de ædil. edit. Quòd si separatæ, & nihil contra conuentum est, cuiusque rei redhibitionem oblato particulari pretio licere. d. l. si plura. ff. illo tit. Quòd si contrahentes pacti sunt, nisi pro solido, redimi non posse : conuentionem sequi oportet. l. j. §. si conueniat. ff. depos. idem erit, si manifestum est, emptorem non nisi res omnes fuisse empturum. verba sunt Africani in d. l. cùm eiusdem.

DVN MESMES ESTOC.

ERGO, si ex diuersis stipitibus res emptæ comperiantur, contra est : quia separatim con

tim consanguineus partem illam quæ sui stipitis est,potest retrahere : aliam item deserere. Et eum casum Tyraq.exceperat à Pictonum statuto. eo.tit. §.xxiij.glo.fi.nu.6. per c.constitutus. de in integ.restitutio. Alium casum similem subijcit ille ibidem, num.8. Quòd posito statuto, quo quæsita non redhibentur, sed tantum patrimonialia:si eodem contractu res patrimonialis & res quæsita venditæ sunt : consanguineus patrimonialem retrahere potest,& quæsitam deserere. Postremò subijcit,vtroque casu, primum emptorem audiendum, si velit totum consanguineo deserere, si totum numerare velit pretium : eumq; emptorem ita à retractu partis liberari, per l.tutor. §.j.ff.de minor.& §.si debitor.suprà alleg.idq; apertè satis declaratur alio nostro statuto infrà,§.ccccxlix. ibi, soit de son estoc, ou non. Ideo hæc adiectio, dun mesmes estoc,superflua fuit:cùm id totum voluntati & arbitrio emptoris concessum sit. *Retractus plurium rerum diuersa linea.*

§. CCCCXLVIII.

SI LACHETEVR par vn seul contract acquiert heritages diuers procedans de diuers estocs : & il est poursuiuy par lignagers de chacun estoc, dont procedent lesdits heritages : il est en loption dudit acheteur, delaisser à chacun desdits poursuiuans lheritage de son estoc, en le remboursant par eux pro rata de son prys & loyaux coustemens : ou delaisser à lun desdits poursuiuans tel quil luy plaira tous lesdits heritages,à la charge du proces contre les autres lignagers. Et en ce cas celuy auquel sera fait ledit delaissement,est tenu rembourser ledit acheteur delaissant,de son prys principal & loyaux coustemens.

LEX FAVORE emptoris particularem redhibitionem rerum distractarum non admisit.l.planè.ff.famil.ercisc. Ille igitur, siue sibi sit commodum, siue non sit,liberè potest,vt volet,eo beneficio vti,aut non vti.l.penul. C.de pact. ideo pro parte remittet emptor,si velit,aut in totum. text.est in l.in executione.§.pro parte.ff.de verb.obligatio. Quòd si singuli consanguinei offerant totum pretium, & rem pro solido velint retinere,offerantq; cum cæteris congredi periculo suo, emptor poterit,cui volet,fauere accepto pretio,cùm nisi vni id solidum deferre possit.l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.ij.& l.si vt certo.§.si duobus.ff.commod. *Fauori licet renuntiare.*

§. CCCCXLIX.

ET NEST tenu lacheteur delaisser au lignager vne partie des choses à luy vendues par vn mesme contract : sinon que ledit demandeur en matiere de retrait rembourse ledit acheteur, de tout son sort principal & loyaux cousts. Et en ce faisant, est lacheteur tenu delaisser audit demandeur en matiere de retrait,tout

ce que luy auroit esté vendu:soit quil soit de lestoc dudit demandeur,ou non.

LIGNAGER.

Feudi dominus directus tantũ partẽ ei iuratam retinere potest.

Emphyteoticaria non retinentur.

NOTANTER hic dictum est, lignager: quia in domino feudi contra est: qui rerum venditarum illam tantum partem potest sibi retinere, quæ in feudo ipsius est:non autem cæteras,quæ ab alio mouentur.vt per Guid.Pap. quæst.ccccxj.num.3. ibi, si sint duo domini directi, quorum vnus vult retinere, alter nolit: dic quòd vterque vtetur iure suo, per l.j.§.quòd si alter ex hæredibus. ff.quor. legato.in emphyteoticarijs autem aliud est, quorum partem dominus ab inuito emptore non auferet iure prælationis: sed aut totum cogitur suscipere, aut totum deserere.vt per eundem Guid.Pap.quæst.ccccxviij. Et hanc sequitur Ias.in l.fi. C.de iur. emphyteo. Et licet hodie feudi dominus,apud nos, qui iure scripto vtimur, ius prælationis & retinendæ rei venditæ habeat vt suprà §.ccccxxiiij.diximus: tamen emphyteoticarius id non habet.nisi inuestitura nominatim reseruatum sit.

DE TOVT SON SORT.

Venditionis natura indiuisa est.

Socij uendentes cum pacto redimendi an singuli redimant.

Dandi obligatio diuidua.

Venditio cũ pacto redimẽdi pignus est.

PRETIVM pro solido à singulis restituendum est: quia solutio partium incommoda est: dicit text. in l.planè. ff.famil.ercisc. facit l.si stipulatus sim. §.qui decem. ff.de solutio. Item & secundo, venditio insolidum defendenda est: cùm eius natura indiuidua sit. verba sunt text. in l.cùm ex causa. ff.de verbo.obligatio. & in l.si quis aliam. ff.de solutio.id notat Alciat. in l.eadem dicemus. §.Cato.num.47.versicul.tu cogita.de verb.obligat. vbi & num.57. dubium mouit idem Alciat.materiæ nostræ aptissimum. Ecce,duo fratres fundum indiuisum & communem possidentes vendiderunt certo pretio, pactiq; sunt cum emptore, sibi licere intra certum tempus pretium restituere & fundum redimere:vnus ex his redimere paratus est,partemq; suam pretij præsentem habet & offert:alio recusante,emptor renuit partem reuendere:quid iuris? Idem mouerat Bar.in l.cui vsufructu. ff.de vsufr.legat.tenuitq; partem ab inuito rettahi non posse:cùm natura venditionis diuidi non debeat.d.l.cùm ex causa.ita subducam negotium. Potest interesse an venditores fuerunt domini rei venditæ: an verò alius. Primo casu, si de retrouendendo pactum est, quia illa prima venditione emptor dominium nactus est,tunc retrouendere erit rem dare.l.cum manu sata. §.fi. ff.de contrahen.emptio. dandi autem obligatio est sine dubio diuidua: l.ij. §.j. ff.de verb.obligatio.eaq; ratione posset retractu negotium diuidi. Præterea vrget glos.in d.§.fi.in verb.genus: quæ huiusmodi venditiones cum pacto retrouendendi,pignoris contractum magis referre dicit: cùm enim cum de rei venditæ dominio id agitur, vt apud emptorem omnino non transeat, aut certè apud eum modico tempore resideat,debeatq; venditori restitui:non poterit dici vendidisse,sed potius pignorasse rei dominus.vt d.§.fi.iuncta glo. Et ex his notabiliter inferri potest ad casus vsu frequentissimos venditionum,quas creditoribus suis, cum eo pacto redimendi, debitores transigunt,& nihilominus possident: videntur enim magis hi contractus habere naturam pignoris quàm alienationis: & ideo pecuniam conductionis creditori numeratam in sortem computandam esse. Idq; sæpius Arresto iudicatum audiui,duobus tamen alijs interuenientibus, pretij modicitate & fœnerandi consuetudine per creditorem,cum redimendi pacto: per glo.in c.conquestus.de vsur. Vbertim tractat

Ias.con

Iaſ.conſil.151.volum.iiij. Ad rem venio. Nam pignoris luitio diuidua eſt,cùm dandi obligationem contineat.d.l.ij.§.j.ff.de verb.obliga. Item & pignus pro parte lui poteſt,& plurium pignotum ſortem, pro modo pecuniæ, creditor accepto ferre debet: nec in arbitrio eius electio erit: cùm debitor pretium pignoris ſorti omni ſubiecerit. verba ſunt tex.in l.pupilli debitor.§.cùm eodem tempore pignora.ff.de ſolutio. Idq; verum eſt,cùm pro diuerſis debitis pignus acceptum eſt:ſecus autem,ſi pro vno,quia, etiam ſi plures res acceptæ ſunt,non cogitur creditor vnam liberare,niſi accepto vniuerſo,quantum debetur.verba ſunt tex.in l.qui pignori.ff.de pignorib. Et his rationibus & alijs, quas ſuprà §.ccccxlvij.deduximus, teneri poſſet partem ab vno ex ſocijs redimi poſſe: & pro hac parte tex.videtur expreſſus in l.vxorem & filium.§.agri plagam.ff.de lega.iij. Quòd ſi res aliena vendita eſt,& idem pactum retrouendendi ſubiectum eſt:ex eo venditoribus ſingulis contra emptorem actio competit rem tradi,cum dari non poſſit.l.rem alienam.ff.de contrahen.emptio. & l.Iulianus. §.offerri.de actio.empt. Obligatio autem rem tradi indiuidua eſt.l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verbor.obligatio.Et eo caſu ſine dubio,emptor retradere pro parte non tenetur:aliàs reſultaret inconueniens,quòd ſcilicet partim in eo quod intereſt,& partim in re ipſa fieret ſolutio: quod non poteſt contingere.l.in executione.§.pro parte. ff.de verb.oblig. Si verò re cognita,& periculo euictionis imminente,emptor vnum ex venditoribus prouocet tanquam autorem,ille pro rata tantum, non autem inſolidum tenebitur:nam vterque erit denuntiandus, & debet ſubſiſtere:vnicuique tamen pro parte ſua,euictionis præſtatio iniungitur.verba ſunt tex.in d.l.in executione.§.inſolidum.Idq; ita notat Aufrer.in ſtyl.parla.in titu.de dilatio.quæ dat.pro gar. verſic. item ſi plures.in glo.per d.l.cùm ex cauſa.de verb.obliga.Ego tamen in ea ſum ſententia,vt nullo omnino caſu ex pacto ſuperiori, teneatur emptor vni ex ſocijs partem reuendere, per ea quæ ſuprà diximus,§.ccccxlvij. Quòd ſi ex cauſa euictionis contendendum ſit, partis ſolutionem vni ſociorum liberationem parere, non diſſentio. d.§.inſolidum. Quòd ſi res in parte tantum euicta eſt,pro ſolido in venditorem datur actio,cùm rem non erat emptor accepturus,niſi pro ſolido eius fieret.dicit text.in d.l.ſi quis aliam.ff.de ſolutio.

Pignoris luitio an diuidua.

Tradendi obligatio indiuidua.

Euictionis executio diuidua.

TOVT CE QVE LVY AVROIT ESTE VENDV.

SED quid fiet,ſi repulſus ſocius à retractu partis,velit totum conſequi, pretiumq; integrum offerat? Paul.Caſtr.negauit emptorem teneri totum reuendere. d.l.ſi quis aliam.cùm vtrique ſit obligatus,& alteri non teneatur inſolidum præſtare: & maximè cùm poſſit in futurum contingere,vt ab altero conueniatur:allegat l.deberi.C.de fideicom. Sed ſi puncto temporis conceſſi obtulit & conſignauit pecuniam ille alter, & tranſacto tempore redimendi contendatur: euanuiſſe videtur Paul.ratio:cùm iam pet temporis lapſum nulli teneatur præterquam ei qui obtulit. Rapha.Fulgo.aliter ſentijt,& forte conſultius,in l.quòd ſi nolit.§.idem Marcellus. ff.de ædil.edict.ſcilicet optionem emptoris eſſe, aut totum, aut partem reuendere, cogi tamen alterum præſtare ei qui totum pretium numerare paratus eſt:idq; elicit ex ratione d.§.idem Marcellus. Alia fuit diuerſa ſententia, qua optio ſuperior emptori primo ſublata eſt, eiq; neceſſitas data totum vni id petenti reuendere:ſecundum quam conſuluit Soci.conſil.16.volum.iiij.& apertius declarat in l.j. §.ſed & quotiens.ff.ad Trebellia. facit l.in bello.§.ſi ſeruus plurium.ff.de capti.videtur facere text.in d.l.quòd ſi nolit. §.ſi venditori.

Socius, alio recuſante, ſi totū velit redimere, qd iuris.

ditori.ibi,sed si insolidum emant,vnusquisque horum redhibebit. ff.de ædilit.edict. Substinebitur hæc sententia, si obligatio reuendendi sit respectu venditorum indiuidua,quia eo casu poterit vnus agere insolidum:cùm in indiuiduis locus sit præoccupationi.l.si pluribus.ff.de lega.j. & l.ij.§.si duo.de donatio. Quòd si hæc opinio parum tuta est,iuuabitur duabus cautionibus. Prima,vt socius recusans redimere partem suam, cogatur iudicis officio cedere alteri socio ius sibi ad redimendum competens.Idq; notant moderni nostri in l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli. Secunda,vt,si emptor excipiat se timere, ne ab altero pro parte conueniatur in futurum:offerat is,qui totum consequi vult,satisdare de restituenda parte socio,si tempore præfinito pretij partem ille numeret. & pro hac facit text.in l.j. §.si pecuniam in sæculo.ff.depos.vbi cohæres eius qui deposuit,id totum, quod depositum est consequi debet,si caueat se cohæredibus portiones restituturum.Alcia.in l.eadem. §.Cato. num.59.in fi.& sequen.in princ.Fulgo.opinionem tenet,quæ certè magis æqua mihi videtur : cùm emptoris commodo & fauore omnia inducta sint, quibus reuenditionem partis recusare potest:quæ contrarium effectum non debent producere,vt suprà §.cccclxlviij.diximus.Satis enim erit socio,si quod vendidit,redimat:nec sua interesse putet ab alijs venditum sibi non quæri: cùm de lucro contendens esset in hoc dubio repellendus. Hæc autem non tam sollicitè erunt inquirenda his prouincialibus, qui ius retractus ex statuto habent:nisi socius extraneus esset:nobis vero,etiam si inter fratres res agatur,cùm retractum non exequamur,superiora in vsu sunt.

Indiuidua quæruntur præoccupatione.

Vnus qua cautione ad totum redimendũ admittatur.

§. CCCCL.

PROPRE heritage vendu & adiugé par decret en iugement par criees & subhastations chet en retrait.

ALIENATIO huiusmodi licet necessaria est, tamen à retractu libera non est.vt tenet Tyraq.eo.tit.§.j.glo.xxiij.num.109. Neque item à laudemijs, vt suprà suo loco diximus,§.ccccij.

§. CCCCLI.

QVAND en contract de vendition dheritages ou choses immeubles y ha donation de plusualue : telle donation nempesche le droit de retenue, en payant par le retrayant le prys de la vente, & loyaux cousts seulement.

TANTVM enim dicimus venditionem non esse, quotiens vniuersa venditio donationis causa facta est. Quòd si viliori pretio res donationis causa distrahitur,dubium non est,venditionem esse,etiam si donationis causa minoris ematur.verba sunt Vlpia.in l.si quis donationis causa.ff.de contrahen.emptio. Et quàm parum huiusmodi donationes attendantur,aut non retractum,laudemij solutionem,item & restitutiones ex capite læsionis vltra dimidiam iusti pretij,suprà diximus,§.ccccj.in glo.ij.

Venditio facta minori pretio donandi causa.

§. cccc

§. CCCCLII.

DROIT de retenue ha lieu en contract de permutation dheritages, à biens & choses mobiliaires : en payant par les lignager, Seigneurs feodal, censiuier, ou direct dedens le temps dessusdit la valeur & estimation desdites choses mobiliaires : car tel contract est reputé contract de vendition.

PERMVTATIO non fiet, si mobilia loco pretij dentur pro re immobili. Ideo quemadmodum ex eo contractu, tanquam ex venditione, dominus laudemia consequitur: ita & consanguineus retrahere potest: idq; maiori ratione, cùm verum sit rem immobilem extra familiam alienari, aliamq; non subrogari. diximus suprà, §. cccxcvj.

Permutatio immobil. cũ mobili est uẽditio.

§. CCCCLIII.

EN CONTRACT de permutation faite de chose immeuble à immeuble, droit de retenue nha lieu : sinon, quil y eust soultes & retour dargent ou meuble excedant la valeur de lheritage baillé par celuy qui feroit ledit retour.

LICET permutatio pro venditione sit, & huic accedat : l. ij. ff. de rer. permut. & l. ij. C. eod. tit. tamen si causam sæpius relatam, qua ius retractus fundatum est, ne scilicet res immobiles extra familiam alienentur, sequamur : dubitandum non erit, rem permutatam à consanguineo retrahi non debere : quum in huius locum, eadem manu, alia accepta est, quæ prioris naturam suscipit, dicendaq; est, vt prior, patrimonialis : vt dicit Masuer. tit. de societ. §. item dicuntur conquæstus : idq; infrà expressum est, §. cccclxij. vbi dicturi sumus.

Permutatio uẽditioni ac cedit.

§. CCCCLIIII.

SI LVN des permutans acquiert à deniers meuble, la chose par luy baillee & contreeschangee : en ce cas le lignager de celuy qui vend aura son choix & election, de retraire la chose vendue, ou la chose dudit eschange.

HIC §. videtur subobscurus, iccirco quòd nullam temporis habeat præfinitionem : & tamen alius est infrà numero 459. qui fraudem & simulationem permutantium statuit, si horum alter intra annum possidere videatur rem ab eo permutatione relictam : ideo prima facie videretur quocunque tempore, etiam post annum, consanguineo dari facultatem optandi, quam rem ipse velit, aut eam

quæ reuera de familia fuit, aut aliam quæ postremò alienata est. quod tamen admittendum non est. Primò, quia post annum alienatio amplius suspecta non est, hac consuetudine: & ideo per annum hæc optio satis videtur sublata. Secundò, si post annum detur respectu primæ rei patrimonialis retractus: iam confunditur tempus redhibitorium, quod trimestri conclusum est. §.j. hoc tit. Ideo, fraudis odio, intra annum talis optio, etiam post menses redhibitorios datur: aliàs fraus admittitur commodo autoris sui, contra l. itaque. in princip. ff. de fur. & l. si remunerandi. §. Maurus. mand. l. ita demum. de arbit. & l. verum. §. tempus. pro soc. Ergo tempore quo fraudis cognitio constituta est, idest anno integro, optio huiusmodi durat, idq; speciali ratione fraudis: nam ea semota consanguineus rem à suo consanguineo permutatione quæsitam iure communi retrahere potest: vt infrà §. ccccLxij. optat autem hic iure speciali.

Fraus non debet autori suo prodesse.

§. CCCCLV.

LACQVEREVR à la requeste du lignager, Seigneur direct, ou feodal, est tenu declairer par serment la verité du prys, pour lequel la chose aura esté reaulment vendue: & aussi le lignager tenu daffermer par serment, si requis en est, sil veult la chose pour luy & demeurer en sa famille: & que la poursuite quil en ha faite, est pour luy, à son nom, & à son proufit, sans fraude, & de ses deniers. & nha fait conuenance, promesse, & nha intelligence auec autre de luy delaisser, bailler, ou mettre en ses mains la chose quil veult retirer.



IVSIVRANDVM hoc, licet de re notoria & euidenti, vtpote de re quæ instrumento constat, exigatur: tamen quia sæpe contingit, vt introuertendi retractus studio, aliud scribatur, quàm actum sit: necessarium & rationabile est, ad instar iurisiurandi calumniæ, quod etiam post oculatissimas probationes actoris reus potest exigere: neque admittitur contradicens: vt dicit Bald. in l. j. §. sed quia veremur. C. de iura. cal. Tyraq. in §. ij. id statutum ampliat. Primò, vt tale iusiurandum ab emptoris hærede exigi possit, arg. tex. in c. si quis se. & §. seq. qui finalis est. si de inuestit. inter do. & vasal. lis oriat. Secundò, à cessionario & secundo emptore, quem primus emptor elegit antequam à consanguineo conueniretur: tamen vtrunq; tam hæredem, quàm emptoris emptorem iurare satis esse, se credere pretium scriptum verum esse: per glo. in c. requisisti, in verb. qui iurauerunt. xxxiij. quæst. j. Adde & tertiò ad statuti intellectum, eos in tantum iurare teneri, vt si recusent, à possessione repelli possunt: imo & dominio in postremum priuari, si id iudex iubendo comminatus est, per not. in l. qui restituere. ff. de rei vend. Item & quartò, si emptor iurauerit pretium verum esse: consanguineum nihilominus admitti, si contra probare velit. Item & si consanguineus iurauerit se syncerè & sine dolo redhibere velle, emptorem æquè admitti ad doli probationem: vt per Chass. eod. tit. §. xij. glo. ou par le serment. num. 10. & sequent.

Iusiurãdum calũniæ non recusandũ.

Iusiurãdum facti alieni quomodo præstetur.

Iurare recusantis pœna.

§. CCCCLVI.

LACQVEREVR adiourné en cas de retrait, qui par ſerment nie iudiciellement auoir aucune choſe acquiſe, ſil ſuccombe, lamendera, & ſera condemné es deſpens dommages & intereſts: & pareillemēt, ſi par ſerment nie auoir baillé deniers, ou choſe equipollent, & il ſuccombe, il lamendera comme deſſus, & payera les deſpens dommages & intereſts.



IN ASTVTE negantem grauius animaduerterunt leges. per has enim, ille qui ſe poſsidere negauit, poſſeſsionis iacturam facit. l. ſi. ff. de rei vendicat. & auth. item profeſſor. C. qui potio. in pig. hab. alios decem ſimiles caſus enumerauimus ſuprà, §. ccclxxxvj. Guid. Pap. quæſt. clxxj. ad ſi. tenuit emptorem prædij, qui pretium verum domino, aut conſanguineo mentitus eſt, prædium perdere. Hoc ſtatuto humanius cum eo actum eſt. *Negantem lex edit.*

§. CCCCLVII.

LE DROIT de retenue ou prelation de choſe feodale ou cenſiue, eſt ceſsible par le Seigneur feodal & direct: & non par le lignager, ſinon à meſmes lignager de meſme eſtoc.



HOC STATVTO ius prælationis domino directo competens cedi poteſt: *Prælationis ius à domino de iure poteſt cedi.* ius autem retractus à conſanguineo non poteſt: horum primum ius commune non admiſit: ipſum enim dominum tantum retinere, non alium ſuggerere voluit. arg. text. in l. ſi. §. ſed ne hac occaſione, ibi, ipſum dominum omnimodo hoc comparare. C. de iur. emphyteo. magis exprimitur in §. de cætero autem, ibi, vt perpetuo apud imperium maneant, & non transferantur ad priuatum. in auth. vt de cætero commutatio. eccleſ. rer. & ita ſæpius in Delphinali ſenatu iudicatum retulit Guid. Pap. quæſt. ccccxj. & l. allegat vltra ſuperiora, l. ſi mulier. §. ex affe. ff. de iur. dot. l. iij. §. j. de leg. præſtand. & l. ſi pluribus. de adminiſtrat. tuto. SECVNDVM autem de iure retractus non ceſsibili amplia ſecundum Tyraq. eo. ti. §. xxvj. gl. j. nu. 3. vt habeat locum, etiam ſi conſanguineus iam conuento emptore & ei oblato pretio, & petita rei traditione deceſſerit relicto hærede extraneo, qui admitti non debet: idq; in ſpecie tenuit Io. Fab. in §. ex contrario. in ſi. Inſtitu. de legat. quod tamen eo moderamine erit intelligendum, vt oporteat eundem extraneum ſcriptum hæredem eſſe, non autem legitimum, & abinteſtato aliàs ſucceſſurum: quia hic etiam ſi de familia non ſit, in ius iam quæſitum, & peti cœptum ſuccedere debet. vt per gloſ. & Dyn. in l. pater. §. Iulianus. ff. de leg. iij. Limita item ſecundum eundem ſtatutum hoc noſtrum in ſua finali parte dupliciter. PRIMO, ius retractus, aut rem retractam conſanguineum cedere poſſe extraneo: ſi in familia nullus alius exiſtat. arg. l. cùm pater. §. libertis. in ſi. & l. qui ſolidum. §. prædium. ff. de leg. ij. Cui limitationi, quoad ius retractus *Retractus ius non eſt ceſsibile neq; item tranſmiſsib. in hæred. extran.* *Retractus ius quãdo cedi poſsit.*

ctus non executum dissentio: sed quoad rem retractam consentio. SECVNDO, posse in rem iudicati, & sic in necessariam causam alienari & in solutum dari: vt notauit Paul.consil.primo. in fi.vol.ij. quod erit verisimilius, si debitor consanguineus ære alieno compressus, aliàs soluendo non sit. ad aliàs extremas necessitates extendit Tyraq. præclaris rationibus.

§. CCCCLVIII.

QVAND aucun lignager, Seigneur feodal, ou direct ha fait adiourner ou ha commencé proces cõtre lacquereur pour auoir, par droit de retenue, la chose vendue: le vendeur & lacheteur ne peuuent apres faire conuention ensemble à son preiudice.

Litigiosa hodie liberè alienanť præterquã duobus casibus.

IDEM suprà fuerat constitutum, §.ccccxxxj. vbi diximus rem factam litigiosam præiudicio actoris introuerti non posse.l.ij.C.de litig. adde hic iure communi alienari non posse: & in alienantem grauissimas pœnas scriptas esse: l.censemus.illo tit.quæ leges hodie in vsu non sunt in regno Franciæ, vbi liberè alienantur litigiosa, præterquam in potentiorem, aut iudicij mutandi causa. Et ita semel iudicaui: cumq; prouocatum esset, confirmato iudicio, obtinuit reus.

§. CCCCLIX.

CONTRACT de permutation est presumé simulé & frauduleux, si lun des permutans est trouué saisi possesseur & detenteur de la chose quil auroit baillee par permutation dens lan apres ledit contract.

TEMPORIS huius præfinitionem ius commune non fecit, sed iudicis arbitrio remisit: vt dicit Ang. in l.si ventri. §.fin. ff.de priuileg.credito. suprà diximus, §.ccccvij.

§. CCCCLX.

LES diligences faites par les lignagers, Seigneur feodal, ou direct alencontre de lacquereur dedens le temps de la coustume, seruent & proufitent en telle maniere, que en quelques mains que ledit heritage soit ou puisse estre transporté, le detenteur diceluy est tenu le laisser au retrayant, sil est capable le faire: en payant par le retrayant seulement, les deniers, fraiz, & loyaux coustemens de la premiere vente: sauf le recours audit second acheteur, contre son vendeur: & recouurer alencontre de luy, si plus payé en ha que de la premiere vente.

SI IS qui emerat, inquit Vlpianus, ab hostibus, pluris ius pignoris quod in redempto habet cesserit: non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet: emptor verò actionem ex empto habet aduersus eum qui vendidit. l. postliminium est. §. pe. ff. de capti. & postli. reuers. similis est text. in l. debitor. §. fi. ff. de pigno. actio. Igitur prioris venditionis tantum pretium erit restituendum secundo emptori, non autem pretium posterioris, quod non attenditur: nisi tamen idem esset & nihil ea nouissima venditione plus numeratum esset quàm prima. Item & secundò, nisi primus emptor pro retractu nullo modo à consanguineo fuerit interpellatus, aut circa id negotium ille non fuit vigilantior: quo casu, consanguineo obdormiente emptor nihil impeditur sibi prodesse, & conditionem pretij meliorem admittere, si ab alio offeratur. arg. l. nos videamus. Ibi, si dominus insulæ habitare nouissimum conductorem non vetuisset. relatione facta ad legis verba superiora. ff. loc. quæ autem diligentia desideretur, suprà §. ccccxlj. satis expressum est. Tyraq. §. xij. glo. j. num. 7. Tertio notat quòd si consanguineus satagat circa retractum, & pendente contentione emptor secundus se offerat, qui pretium maius numeret, & qui consanguinei prosecutionem notam habuit, sciensq; & prudens emit: nihil ei tenebitur primus emptor, nisi nominatim id vendendo conuenit. l. si fundum sciens alienum. C. de euictio.

Res à secundo emptore auocatur eadem conditione qua à primo.

Scienti nihil refunditur.

§. CCCCLXI.

LA PERSONNE franche ne peult retirer, par retrait lignager, la chose mouuant de son estoc, vendue par son lignager serf & de serue condition. Mais la personne serue peult retraire la chose, mouuant de son estoc, vendue par son lignager de franche condition.

HOC STATVTVM probatur per text. in l. dudum. in fin. ibi, nisi lex. C. de contrah. emptio. & in l. quibuscunque modis. de sacrosc. eccles. facit text. in l. vnica. C. non licer. habitato. metroco. lib. xj. & in l. licet. & in l. milites. & l. curialis. C. loc. tex. expressus in l. fi. §. si autem duorum. Ibi, his tamen personis, quæ non solent in emphyteoticis contractibus vetari. C. de iur. emphyteo. suprà diximus §. ccj. vbi causam huius inhibitionis notauimus.

Retrahere nō potest qui emere prohibetur.

§. CCCCLXII.

QVAND aucun ha eschangé sa propre chose alencontre dune autre, la chose eschangee est le propre heritage de celuy qui lha eschangee, & est subrogee au lieu de celle de celuy qui lha eschangee, en maniere que sil la vend, elle chet en retrait.

VICEM enim permutati dominij refert, quod inde habitum est, dicit tex. in l. sed quod inde. relatione facta ad l. superiorem. ff. de lega. ij. & id tenet Masuer. in tit. de societate. §. item & dicuntur conquæstus. Et inde sumpta est causa, qua non re-

Permutatorum loco accepta subrogari.

trahuntur permutata. Quòd si retractus interuertendi consilio quid actum est, suprà §.ccccvij.& §.ccccliiij.& §.ccccliх.satis diximus.nouum casum Tyraq.eo.tit.§.xxxij. glo.vnica.num.10.& seq.post Benedict.in repetit.sua,verb.& vxo.no.Adel.num.791. prosequitur:an si de pretio rerum venditarum alias comparauit venditor,videatur ne facta subrogatio,vt in permutatione,& an retractus impeditus sit? post longissimam disputationem in ea ille est sententia: vt si ea intentione fundus vendatur,vt alius ex eius pretio quæratur,idq; confestim fiat:ille alius fundus habetur lôco patrimonialis. & pro eo tex.est expressus in l.si & rem & pretium.& in l.sed & si lege.§.j.ff.de petit. hæredi.tamen contra statutum nostrum est, quo is casus neque expressus neque subintellectus videtur.Ideo etiam si incontinenti alius emptus subrogetur,tamen primus venditus nihilominus redhibendus erit.nam si patrimonialis vẽditur ad id vt nouus ematur,nouus erit quæstus:nec censendus erit patrimonialis.l.si à me. ff.ad leg.Falci. Item & secundo contingere potest, vt postremò emptus à venditoris consanguineo retrahatur ex statuto nostro.

Vendita rei loco q̃ alia emitur quid iuris.

Patrimonialis nõ est res ẽpta de pretio patrimonialis.

§. CCCCLXIII.

SI AVCVN vend lusufruit de son propre heritage à personne estrange: telle vendition dusufruit ne chet point en retrait: sinon que apres il feist vente à lacheteur de la proprieté: car en ce cas il y ha retrait de la proprieté & vsufruit.Et sil vend à lun lusufruit,& à lautre la proprieté,ladite proprieté gist en retrait: & sera consolidé ledit vsufruit auec ladite proprieté,iceluy finy.

Chassan.ipse.



CHASSAN. simili titulo,§.j.glo.son heritage.num.14. post Math.de Afflict. tenet vsumfructum venditum,à consanguineo redhiberi posse,nulla alia ratione,quàm quòd vsusfructus pars fundi est,& icirco immobilis.allegat l.si fructuarius.ff.vsufruct.quemad.caueat. quæ mihi videtur nullo modo id significare. Tyraq.eo.titu.§.j.glo.vij.nume.54.eundem Chassan.allegat & refellit, dicitq; vsumfructum non retrahi:quòd si vsufructuarius acquirat proprietatem,imo si alius solam proprietatem,locum esse retractui.vide quæ ille ibidem,num.61.notat.

Vsusfructus non redhibetur.

§. CCCCLXIIII.

QVAND aucun heritage est acquis constant & durant le mariage,de deux conioints mariez,ou de communs personniers, par lun desdits communs,ou conioints,dont lun des deux est parent lignager du vendeur, du costé,& ligne,dont lheritage meult:lheritage ainsi vendu ne gist en retenue durant & constant iceluy mariage,ou communauté:mais apres le trespas de lun desdits con ioints ou communs, si ledit lignager commun ou ses heritiers

nont

nont remboursé les autres communs non lignagers ou leurs heritiers, dedens trois moys, à conter du temps de la ſocieté diſſolue: la portion eſcheant auſdits communs non lignagers, ou leurs heritiers giſt en retrait, trois moys apres leſdits trois moys paſſez. Mais ſi ladite ſocieté eſt diſſolue par contract, & conuenance faite entre leſdits communs, leſdits trois moys ne courent contre ledit lignager: ſinon apres que declaration aura eſté faite par deuant le Iuge ordinaire deſdits communs, de ladite diſſolution de communauté.

TYRAQ. hoc eo.tit.§.xxvj.glo.j. nume.35. hoc Burbonium ſtatutum nominatim commendat: aſſeritq; per id cæteras Galliæ conſuetudines declarari. Idemq; ille repetit alio loco, §.xvij.num.1.& diffuſius in §.xx.num.1. Nam cum ſtatutum Pictonum coniugalem ſocietatem tantum exprimat, ratiocinatione conijciendum fuit, an ad reliquas ſocietates id aptari poſſet: & ad id abſoluendum, ille maximè mouetur hac noſtra conſuetudine Burbonia, vt optima interprete.l.ſi de interpretatione.ff.de legib. Hic quæſo attende. Statutum eſt, quòd ſi ex ſocijs vnus prædium emat, quod aut ſuorum, aut alterius ſocij maiorum fuit, id poſt diſſolutam ſocietatem, tribus menſibus exactis poteſt retinere, pretium ſocio pro rata reſtituendo. Quòd ſi id diſtulerit, alij conſanguineo etiam non ſocio licet eam partem retrahere, quæ ſocio extraneo quæritur, pretium pro ea rata numerando. Alio ſtatuto ſuprà §.cclxxiij.tit.de communautez. eodem facto poſito, annus integer datus eſt ei ex ſocijs, ex cuius ſtipite prædium exigit, pretij portionem, quæ alterum ſocium cõtingit, præſtandi: quæ contraria videntur: niſi tu dicas annum reſpectu ſociorum datum eſſe.d.§.cclxxiij.trimeſtre verò reſpectu conſanguineorum non ſociorum: quibus tam longa dilatio obeſſe non debet: ſed his poſt illud aliud trimeſtre ſe non offerentibus, ſocio debet remanere annus integer: hic autem ſibi poteſt cauere breuiori tempore, ſi rem ſibi velit. Aut forte id trimeſtre noua conſuetudine inductum eſt, & priori §.cclxxiij. derogatum eſſe: annumq; veteri vſu obſeruatum ad illud tempus reſtrictum fuiſſe hoc noſtro §.quæ tamen vtroque loco aptanda fuerunt. quæ ſi non placent, lector ipſe ſcrupulum ſibi explicet. *Cõtraria ſtatuta huius ſtatutarij.*

NOTA ex verbis nouiſsimis §.quotiens ſocietatem diſſolui, non tantum eorum qui diſſociantur intereſt, ſed & quorundam extraneorum: id in iudicio abſoluendum eſſe, vt notius fiat, & dolus abſit. per text. & notata in l.ſi filius qui abſtinuit.in princ.ff.de interrogato.actio.& in l.qui ſe patris.C.vnde lib. *Iudicialiter acta notiora ſunt.*

§. CCCCLXV.

LE MARY à cauſe de ſa femme peult faire offre de retrait, & requerir en iugement pour ſadite femme le retrait, ſans le conſentement & procuration de ſadite femme.

Qualitas qua agit nō debet omitti

AEC notantur in l.maritus. & in l.ij. C.de procurato.& in l.iij. §.ſed & ſi. ff.iudic.ſol.debet autem maritus nomine vxoris id perſequi, & non ſimpliciter, quia niſi qualitate adiecta, cenſeretur, ſuo non alieno,nomine agere. l.pro hærede. ff.de acq.hæredit.& l.j.ff.de offic.procurat.Cæſ. Tamen mihi videtur hæc adiectio ſuperflua, & ſollicitè quærendum non eſſe, quo nomine agat maritus, ſuo,an vxoris:quia vtcunque fiat,in idem res recidit. Si enim pro vxore retrahit,nihilominus communicandum eſt marito,cui finito matrimonio,aut ſocietate diſſoluta ab vxore,aut hęredibus eius,pręſtāda erit dimidia pars pretij:ſuperiore §.ccccلxiiij. alioqui ſibi quæritur portio. Quòd ſi ſuo nomine id maritus egerit, aut ſimpliciter: nihilominus vxori eodem onere quæritur.§.cclxxiij.

§. CCCCLXVI.

SI LE mary & femme, & chacun d'eux pour le tout vendent aucune rente, es cas ou il eſt permis, tout ainſi que le crediteur la peult demander pour le tout, à celuy qui bon luy ſemble: pareillement le lignager de lun ou de lautre peult inſolidum venir au retrait de ladite rente. Et ſi leſdits deux lignagers concurrent enſemble, le plus prochain lignager du vendeur ſera preferé. Et ſilz ſont en pareil degré, ilz ſeront receuz chacun par moitié.

HIC §.reſoluir dubium,quod in eodem caſu mouit Io.Fab.in §.fi.Inſtit.de duob. re.reliquitq; indeciſum. Huic omnino ſimile ſtatutum Pictonum eſt eod.titul. §.xxxj.vbi latè Tyraq. Et apud Burgund.vbi Chaſſa.§.viij.eo.tit.

§. CCCCLXVII.

LES lignagers du mary peuuent auoir par droit de retenue la choſe mouuant de leur eſtoc, & ligne, baillee par aſsignal à ſa femme, quand elle le vend, & met en autre main. Mais, ſi ledit aſsignal, apres le treſpas de la femme, vient par ſucceſsion à ſon frere ou couſin: & ledit frere ou couſin le vend:en ce cas le lignager dudit vendeur, & de leſtoc de la mere, ſera receu à le demander par retrait.

Aſsignatio retractui nō ſubijcitur. Succeſſore extraneo ſcripto alienationis prohibitio offendit.

IC ADVERTE duas alienationis ſpecies variè tractatas:primam aſsignationis: ſecundam ſucceſsionis. Quantum ad aſsignationem attinet, ſuprà §.ccliiij. clarè docuimus dominij cauſam habere, poſt Bald.in l.ordo. C.de executio.rei iudic. Succeſsio autem aut ex ſcripto, aut abinteſtato eſt. Prima ſpecie ſi extraneus inſtituitur & quí abinteſtato non erat ſucceſſurus,alienationis prohibitio offenditur: Secunda verò, ideſt,ſi legitimus ſcriptus ſit, aut ſi ſine ſcripto & abinte-

ſtato

ſtato ſucceditur, vtroque caſu per hæredem legitimum nihil offenditur. vt latè per Iaſ.conſil.4.vol.j.& conſil.142.vol.ij. Item & conſ.101.vol.j. & alio conſil.164.vol.iiij. notatur in l.ex hoc.§.alienare. ff.de alienat.iud.mut.cauſ.fact.& per glo.in verb.loca. in l.j.C.ne lic.habitato.metroco.lib.xj.facit l.pater. §.Iulius.ff.de leg.iij. Prima autem ſpecies quæ aſsignationis eſt, retractui nihil ſubditur: nec item ſecunda, inquantum legitimam continet ſucceſsionem: Statutum autem ſubnotauit, in hærede extraneo quid varium eſſe. Nota poſtremò, legem retractus id habere obſtinatum, vt huic tantum loco ſit, cùm quid venditum eſt, non autem cùm aliàs alienatum eſt. vt ſuprà,§.ccccxxij. Aduerte huic §.noſtro dictionem mere, ſi non corruptè, at certe ineptè legi, cùm nullum habeat correlatiuum hoc loco relatum,& forte legendum fuit, femme, non autem, mere.

§. CCCCLXVIII.

SI PERE, ou mere en contract de mariage donnent aucune choſe immeuble à leurs enfans, de quelque coſté quelle ſoit venue: icelle choſe eſt reputee heritage auſdits enfans: & ſi elle eſt vendue, elle ſera ſubiette à retrait de leſtoc & coſté de celuy, qui laura donnee.

HIC §.multum facit ad interpretationem tituli huius, cùm eo duo declarentur valde vtilia. Primum, quid dicendum ſit patrimoniale & non quæſititium. Secundum, vnde ſumamus proximum ſtipitis: an vnde res vendita res exijt: an verò à venditore.Io.Fab. in procemio Inſtitut.in verb.Alemanicus. notauit id non eſſe acquiſititium etiam emptum ab eo cui emptor erat abinteſtato ſucceſſurus, ſed patrimoniale dici, & includi ſtatuto prohibitiuo alienationis. allegat l.primam.§.ſed ſi libertus.ff.ſi quid in fraud.patro.facit optimè l j.C.de impo.lucrat. deſcript.lib.x.quod tamen intellige verum eſſe pro ea parte, pro qua erat ei, à quo res exijt ſucceſſurus. Ad ſecundum, ſtipitem dici, vnde ea de quorum retractu agitur, exierunt: & ad retractum admitti eos, qui ex eo ſtipite deſcenderunt, præferriq; his, qui venditori propinquiores ſunt. l.is qui complures. iuncta glo.in fi.·ff.de leg.iij. & l.peto.ff.de leg.ij.

Patrimoniale qd ſit aut quæſititiũ.

Stipes qui dicatur.

§. CCCCLXIX.

SI AVCVN baille pour ſa nourriture & vie aucune choſe, ladite choſe ainſi baillee neſt retrayable.

SVPRA, §.ccccxliij. de donationibus remuneratorijs expreſsè dictum eſt, quæ ſi non venditioni, at certè in ſolutum dationi multum accedere videntur, vt per Io.Fab.in l.j.numer.4. C.de inoffic.donatio. hic autem de multo onerosiori agitur, & ex qua laudemium debetur: vt expreſsè reſoluitur deciſionè Capell.Tholoſ.cclxxviij. mirum eſt igitur ita donatum nou retrahi. Sed quia dubium eſt quandiu alendus erit donator, dubiaq; eſt æſtimatio oneris, iccirco ſciri

Donatũ ut alatur donator non retrahi: licet de eo ſit laudãdum.

non poteſt, quod oporteret conſanguineum reſtituere, quando nullum notum pretium interuenit. vt in ſimili dicit tex. in l. ad res donatas. ff. de ædil. edict.

§. CCCCLXX.

EN CHOSE achetee pour certain prys payable à certains termes, le retrayant ha leſdits termes, en donnant bonne ſeurté au vendeur de payer eſdits termes. Et ſi ledit retrayeur ne le fait, il neſt receu ſil ne baille argent ou gage à lacheteur, ou au vendeur.

VIDEAMVS, inquit Caius, ne iniquum ſit emptorem compelli rem dimittere & ad actionem admitti, ſi interdum nihil præſtatur propter inopiam venditoris: & potius res ita ordinanda ſit: vt emptor caueat, ſi intra certum tempus pecunia ſibi ſoluta ſit ſe mancipium reſtituturum. debet enim, inquit Vlpia. in l. ſeq. pecuniam recipere quam dedit. l. videamus. cum l. ſeq. ff. de ædil. edict. Iniurium enim erit emptori obligato non caueri, qui cùm nihil aliud pati debeat, quàm vt res ab eo auocetur, futuro periculo obligationis liberandus eſt. Quod ſi non fiat, rei habet retentionem, vt in ſimili text. eſt in l. quòd ſi poſſeſſor hæreditatis. & in l. ſi quid poſſeſſor. in princ. & §. ſed & ſi ipſi prædoni. in fi. ff. de petitio. hæreditat. notatur in l. cùm putarem. ff. famil. erciſc. Item & quotiens quis ſimul debet dare, & recipere, prius eum dare oportet, quàm recipere. l. cùm autem. §. fi. & §. Iulianus. ff. de ædi. edict. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Nec erit conſiderandum, indemnitatis præſtandæ actionem eidem primo emptori ſaluam eſſe, & ideo videri rem habere: per l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. quia ipſi emptori vtilius multò eſt non omnino ſoluere, aut non teneri ſoluere, quàm ſolutum ab alio repetere. l. ſi cùm legetur. §. Titio. ff. de leg. j. & l. ſi ſtipulatus eſſes. ibi, intereſt eius. de fideiuſſorib. poterit enim occurrere conſanguineus proletarius, aut alioqui non facilis, qui indemnitatem præſtare nequeat. In ſimili loquitur text. in d. l. quòd ſi poſſeſſor. Ibi, periculum eſt ne propter inopiam eius, cui ſolutum eſt, nihil repeti poſsit. In ſumma omnino indemnis emptor diſcedere debet. l. debet. ff. de ædil. edict. Item & neuter amplius conſequi, aut perdere debet, quàm ſi venditio facta uon eſſet. verba ſunt text. in l. cùm autem. §. primo. & in l. facta. eo. tit.

Dare & recipere debẽs, prius dare debet.

§. CCCCLXXI.

EN HERITAGE propre vendu par executeur de teſtament y ha retrait.

EXECVTOR vniuerſalis, nullo dato hærede vendere poteſt, vt ſuprà §. ccxcv. abundè diximus. Ex hoc textu igitur notandum erit, quod ſuprà §. ccccclxviij. notauimus in lege retractus rei venditæ qualitatem magis attendi, an maiorum fuerit eius quæ retrahit, quàm eius qui vendidit: an ſcilicet retrahens ſit ei proximus. vt in l. fi. à contrario ſenſu. ff. ad Trebell. Executor enim teſtamentarius extraneus eſſe poteſt, & vt liberè volet teſtator: rem verò ipſam de familia eſſe ſatis eſt.

Retrahentis perſona & rei qualitas rarũs attendũtur.

§. CCCCLXXII.

COMBIEN que contract de vendition, ou autre alienation de meubles, ou choses mobiliaires ne soient de soy subiettes à retrait: toutefois, si par contract de vendition, ou autre alienation de chose immeuble subiette à rerrait, y ha par mesme moyen alienation & transport de meuble: il est au choix de celuy qui est adiourné en matiere de retrait, de delaisser seulement ledit immeuble, & retenir les meubles: ou de delaisser meuble & immeuble, & prendre son prys principal, ensemble ses loyaux cousts.

DIXIMVS suprà §.ccccxliij.mobilia quæ immobili accedunt, legi retractus subijci.per l.primam.§.planè si quæ. & l.fi. ff.de vi & vi arma.& l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pigno.act. Et ideo ea mobilia hinc puto excipienda, de quibus alio loco diximus suprà §.cccxcvj.in tertio & fi.membro glossæ. Cætera verò, sine quibus res immobilis satis stat, ab emptore inuito distrahi iniquum esset: & quæ illa sint, latissimè persecutus est Tyraq.eo.ti.§.x.glo.vij.& eo lectorem reuoco. *Mobilia quæ retrahãtur.*

§. CCCCLXXIII.

QVAND le proprietaire ou Seigneur vtil daucun heritage assis en ville close & franchise, acquiert vne rente, autre que fonciere, sur sondit heritage, es cas esquelz ladite rente peult estre constituee, en ce cas ny ha point de retrait de ladite rente.

PLEBS vrbana, tam Romæ quàm in orientalibus prouincijs, olim semper habita est ab omni censu & capitatione immunis: dicit tex.in l.vnica.de capitatio.ci.lib.xj.C.quam Accurs.ibi dicit habere locum in plebe cuiuslibet vrbis, & pro eo facit l.Pamphiliæ.de diuers.præd.vrb.idq; maximè verum est respectu vrbanorum prædiorum, quibus lex ciuilis maxima commendatione fauit.l.priuilegio.de incol.lib.x.C.Igitur, si libera fiant, luaturq; vectigal, res ad statum naturalem remissa videtur. Status autem is debet esse perpetuus: & licet immunitatis beneficium personis datum cum his extinguatur, tamen ciuitati datum aut locis, perpetuum est.dicit tex.in l.forma.§.quanquam.ff.de censib.Contra esset in prædijs rusticis à contrario sensu. *Vrbana tam persona quã res debet esse immunes.*

§. CCCCLXXIIII.

SI AVCVN baille sa terre, fief & Seigneurie à ferme, ou la vend à tiltre de reemeré, à certain temps: tel fermier, ou acquereur

peult

peult auoir par droit de prelation les choses acquises mouuans & tenues dudit fief, ou censiue par contract subiect à retrait durant le temps de sadite ferme, ou vente : & en peult iouir & prendre les fruits, comme des autres choses de ladite ferme, ou Seigneurie acquise. Et ladite ferme finie, ou en rachetant par ledit vendeur la chose par luy vendue audit tiltre : les acheteurs ou fermiers sont tenus exhiber ausdits Seigneurs, vendeurs, ou qui ont baillé à ferme, les contracts desdites acquisitions par eux faites: apres laquelle exhibition, ilz peuuẽt recouurer dedens le temps de trois moys introduits par la coustume, sur ledit fermier, ou acheteur, lesdites prinses par puissance de fief, ou droit de prelation, en luy rendant le principal & loyaux cousts, & en luy payant les ventes qui en eussent esté deuz si ledit retrait de rachapt neust esté fait. Et si ledit Seigneur ne le fait dedens ledit temps, lesdites choses demeureront à perpetuel audit fermier, ou acheteur : en payant audit Seigneur les charges anciennes, & accoustumees des choses ainsi acquises : sinon que ledit Seigneur eust reserué lès droits de retenue, en faisant ladite ferme.

Retrahẽs ea debet consequi quæ rei accesserunt post venditionem.



QVEMADMODVM, si res quæ redhibetur dolo emptoris deterior facta est, id quod consanguinei interest iudicis arbitrio æstimandum & pręstandum est, ita & iusserunt ædiles id restitui, quod rei venditæ accessit : vt vterque nihil amplius consequatur, quàm haberet si venditio facta non esset. dicit text. in l. cùm autem redhibitio. in prin. & §. j. ff. de ædil. edict. & in l. facta. illo tit. Alius in simili tex. est in l. si fundus hypothecæ. in princi. ff. de pignorib. vbi si fundo pignoris causa à creditore detento alluuio quid adiecerit, id à creditore æquè posside bitur, vt pars pignoris: tamen quicquid est, totum debitori luenti restituendum erit. Et de hoc posteriori dicto text. est in l. si inter. §. quicquid commodi pignori accesserit, id ad debitorem pertinet. ff. de pigno. facit l. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluit. & l. j. §. quæ depositis. ff. depos. Quòd si res fortuitò & sine culpa aut conductoris aut emptoris diminuta sit, neuter tenebitur. §. fi. Instit. quib. mod. re contrah. obli. & l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & d. §. quicquid. facit l. ij. §. fi. cum l. seq. ff. de peric. & commo. rei vend. pro conductoribus autem hoc statuto expresśis facit tex. in l. j. §. ex diui. & in l. in iudicio. & in l. cùm conductorem. C. loca.

Detrimentũ rei retractæ quis ferat.

§. CCCCLXXV.

ET EST obserué le semblable quant es douairieres & vsufruitieres : & se contẽt lesdits trois moys apres lusufruit et douaire finy:

finy : ſi neſt, que les lettres dacquiſition euſſent eſté exhibees par leſdites douairieres ou vſufruitieres audit Seigneur proprietaire: auquel cas le temps de trois moys court du iour de ladite exhibition.

MATERIAM huius §.abundè explicuimus ſuprà §.cclvij. ideo hic non immoror.

§. CCCCLXXVI.

ET SI durant ladite ferme, le fermier achete aucune choſe ſubiette à retrait, à cauſe de ladite Seigneurie, le Seigneur bailleur peult, trois moys apres lexhibition du contract à luy faite, recouurer leſdites choſes ainſi vendues, en payant les lods, ventes, ſort principal & loyaux couſts audit fermier. Et ſi leſdits Seigneurs bailleurs acquierent pendant ladite ferme aucune choſe mouuant du cenſif comprins en ladite ferme, ilz en doiuent lods & ventes : mais ne peult le fermier la prendre par droit de prelation, ſil ny ha conuenance au contraire.

QVIA ius retentionis ex cauſa prærogatiua in fructu eſt, conductor quandiu ei fructus leuare licet, in eo turbari non debet. l. ſi olei. cum l. ſeq. C. loca. Quòd ſi cum ſua cauſa res conducta poſt finitá conductionem locatori ſalua eſt, vt certè eſt, §.ccccIxxiiij. ſuprà. non eſt dubium, quin conductor rem emptam domino reſtituere debeat, omnia, quæ eo nomine erogata ſunt accipiendo: cùm inter cauſas huiuſmodi retentionis ea videatur præcipua, vt ſcilicet dominia conſolidentur, etiam ſi ſit illa ceſsibilis : vt ſuprà §.ccccIvij. dictum eſt. Id ſtatutum autem tam hoc §. quàm ſuperioribus in eo trimeſtri addito nouam continet conſuetudinem, cùm ex veteri vſu id non eſſet.

Côductor ab actiones debet reſtituere locatori.

§. CCCCLXXVII.

SI AVCVN prend à ferme & à cenſe aucune choſe, & toſt apres durant le temps de ladite ferme il lachete, le lignager Seigneur feodal & cenſiuier qui retraira & aura ladite choſe achetee par retrait, neſt tenu de garder & entretenir le marché de ſadite ferme audit acquereur: mais eſt eſteinte telle ferme par la preſumption de fraude, qui eſt contre le fermier. Autre choſe ſeroit, ſi par apres la moitié du temps de ladite ferme ledit fermier achetoit la

terre à luy accenſee, tellement quil ny ha preſumption de fraude: car en ce cas le lignager ſeroit tenu entretenir ledit fermier en ſa ferme ou accenſe.

Succeſſor particularis non tenetur ſtare colono.

DVOBVS modis videbatur emptor rei conductæ à conductione ſua excluſus. Primò, quia emptione ipſa conductionem extinctam oportuit denuò repeti cum eo qui retrahit: alioquin extincta non reuiuiſcit. l.ſi quis ædes. ff.de ſeruitu.vrba.prædio. Secundò, quòd emptor ſiue primus ſiue redhibitorius non tenetur ſtare colono, cui prior dominus locauit, niſi ea lege emerit. l.emptorem. C.loca.l.Iulianus.§.penul.ff.de actio.empt.& l.ſi merces.§.primo.ff.loc. Idem & cuicunque ſingulari ſucceſſori licet.l.qui fundum.in fi.ff.illo tit.l.arbores.§.primo. ff.de vſufruct.& l.nihil proponitur.§.fi.ff.de leg.j. Sed ſtatuentes fraude ſola moti ſunt, & vt ab ea emptores diſtrahantur. Lex ciuilis enim ſubdolos eo tantùm mulctare regulariter ſolet, vt eo commodo careant, quod fraude conſequi voluerunt. l.prima.in princ.& l.ne ex dolo.ff.de dol.mal.l.verum.§.tempus.ff.pro ſoc.& l.ita demum.ff.de arbit.l.dubium.C.de repud. Nota poſtremò ex hoc ſtatuto, quòd ex ſola præſumpta fraude conductori infertur plaga & nouum damnum: iuxta l.ſed & partus. §.primo. ff.de eo quod met.cauſ.

Subdoli quo plectantur.

§. CCCCLXXVIII.

QVI veult auoir retrait daucune rente ou elle ſe peult conſtituer, neſt contraint à prendre par ſondit retrait les arrerages eſcheuz, ny les payer ſil ne luy plaiſt.

Arreragia mobilia ſunt

HAE REDITVVM reliquiæ, quas arreragia dicimus conſuetudine noſtra inter mobilia computari ſolent. vt ſuprà §.cclxxxj. Idem fuit de iure communi: vt declarat Alciatus in l.mouentium.ff.de verb.ſignifi. Nam reditus ipſe immobilis eſt: vt dicit Io.Fab.in l.hac edictali.per illum text.C.de ſecund.nup. num.5. Item & penſiones eius antequam harum dies ceſſerit, inſtar fructuum pendentium immobilium appellatione continentur.vt per Bald.in c.primo.in fi.de pac. tenen. Quòd ſi harum ceſſit dies, à principali ſeparantur, & harum cauſa amplius eadem non eſt: imo mobiles ſunt. vt per eundem Alciat.in d.l.mouentium. Ideo tanquam quid ſeparatum à re, quæ retrahitur conſanguineus accipere cogendus non eſt: vt eſt text.ſi bene perpendatur in l.ædiles etiam. §.præterea in edicto. in primis verbis §.ff.de ædilit.edict.

Pẽſiones quã mobiles.

§. CCCCLXXIX.

LESGLISE nha point de retenue: mais ha droit de lods & ventes pour raiſon de ſes cenſiues es lieux ou elle ha accouſtumé les auoir dancienneté.


VIC statuto, cùm publicaretur, ab ecclesiasticis assensum non est: sed vehementius reclamatum, propterea quòd libertatem ecclesiasticam imminuat: quæ iure vtroque tam ciuili quàm pontificio præcipuè commendatur. l.decernimus. & l.placet. C.de sacrosf.eccles.& toto titul.extra.de immu.eccles.& alio simili titu.lib.vj.vbi in c.primo.fit mentio similium statutorum Franciæ: diciturq;, ecclesiam nihil teneri alium dare possessorem. Item ex constitutione Frede. Imperator. si quæ statuta facta sint contraria, deleri debent vt cassa & irrita. authen. cassa & irrita.C.eo.tit.de sacrosf.eccles.vbi Accurs.in glo.in verb.per Italiam.authenticam illam,vt rationabilem, vbique obseruandam asserit. Ias.in l.filiusfamil.§.diui. in prima lectur.num.82. & seq.& in secunda lectura,num.107. ff.de leg.primo. istud disputat. tandem resoluit multum referre an loquamur de priuilegio ecclesiæ, aut aliter. Quòd si de priuilegio: id certè tolli ecclesiæ non debet. Ecce, priuilegio ecclesia sine traditione dominia rerum acquisitarum solet nancisci. l.fin. C.de sacrosf. eccles. Si statutum traditionem necessariam dicat, illamq; in ecclesiasticis quæstibus desideret, id erit contra priuilegium ecclesiæ. Quòd si verò ecclesiam simpliciter quicquam quærere aut retinere, nolit & inhibeat, non est contra priuilegium ecclesiæ:quia in eo priuilegium dici non potest. Hæc ille hactenus. Sed nemo non videt, quantum id sit inane: si enim emere posse priuilegium non est,at certè libertas est:& cuilibet iure communi regulariter & liberè licet. l.acquiritur. ff.de acquir.rer.do. Imo,& his licet acquirere quibus alienare interdictum est.l.pupillus.illo tit. Igitur si ecclesia impediatur emere,id erit contra libertatem,& eo offenditur constitutio Frede.suprà alleg.Ias.in ij.lectur.d.§.diui.fatetur communem esse sententiam, tale statutum non valere, & ab ea diuertendum non esse, & maximè contra ecclesiam, cui in dubio iura vbique detulisse non negat.l.sunt personæ.ff.de religios.& sumptib.fune. & c.fi.de re iudic.tamen apertè statutum substinuit contra ecclesiam tribus rationibus, quarum vna speciosam habet faciem: cæteras nihil probo. Prima illa fuit ex Bald. in c.clerici. de iudic. statutum enim, inquit ille, contra libertatem ecclesiæ conceptum non est, neque huius odio: sed pro bono publico cùm Reip.intersit ne ecclesia plura immobilia sibi cumulet cæterorum detrimento, qui iccirco minus habituri sunt. Ecclesiæ item non licet quæsita alienare pro succursu Reip.& etiam horum ratione munera nulla feruntur. Altera fuit Ias.ratio,quam tamen primam ordine posuit,ex Iacob.Buttig.in l.assiduis.C.qui potio.in pigno.hab.statutum enim, inquit,directè ecclesiam non afficit, sed laicos, quibus potest prohiberi alienatio in ecclesiam. Sed hoc nostrum statutum & alia plura similia coniecerunt prohibitionem directè in ecclesiam. Nam etiam si indirectè id agatur, nemo non videt ecclesiam solam affici, statutumq; principaliter & omnino in eius iniuriam conceptum: nullamq; aliam causam huic inesse, quàm ne ecclesia acquirat. quæ causa, cùm dispositioni causam dederit, sola attendenda est. l.regula. §.si quis. ff.de iur.& fact.igno.& notat glo. in l.is qui animo. ff.de acq.poss. Et eo modo statutum distorquendo, vt distorsit Butrigar. in d.l.assiduis. & in authen.cassa. suprà alleg. causa finalis prorsus confunditur,parum quidem subtili velamento: quod fieri non debet: vt dicit idem Ias.in consil.xxiiij.num.2.vers.quarto,pro ista parte.vol.primo. Posterior Iasonis ratio & eius propria fuit, quòd priuati inter se possunt pacisci alienationis prohibitionem in ecclesiam, per l.si ita quis. §.ea lege.cum glo.prima. ff.de verbor.obligatio. Ergo,inquit,id statui potest.allegat glo.in rubr. C.de decret.decurio.lib.x. Sed hæc

Ecclesiasticæ libertati quantū detulerit ius commune.

Priuilegiū diuersum à libertate.

Ecclesia cur acquirere nō debeat.

Alienatio ualet etiam contra prohibitionem cõtractus.

ratio perpetua non est: cùm alienationis prohibitio, qualem posuit Iason, dominij translationem in ecclesiam, aut alium quemuis nihil impediat: & ea non obstante valent alienationes rerum, de quibus non alienandis conuenerat. l.& si dotis. vbi Bart.& Bald. C.de iur.dot. Et ita consuluit Ias.ipse cons.157.num.3.vers.condescendo ad quartam & vltimam difficultatem. vsque ad fin.vol.ij. & idem in d.§.diui.in secund.lectur.num.155. Sed si ex statuto illa fiat,non ita est.vt in l.non dubium. C.de legib. Non refero quæ huc pertinentia à nostris scripta sunt, quorum tamen plures sunt,qui statutum refellant, quàm qui probent. Sed videamus quid eo vetitum sit. Dictum est,lesglise nha point de retenue. quæ verba ad familiarem retractum aptari non possunt. Eo tantum pertinent,vt siue sit feudum quod venditur,siue prædium censuale, licet ecclesia horum dominium directum habeat, tamen ea iure prælationis nullo modo retinere potest, quemadmodum cæteri domini possunt. vt suprà §.ccccxxxiiij. Ecclesia primitiua res immobiles sibi delatas non detinuit, sed protinus vendidit,aut aliter tradidit possidendas:vt dicit glo.in c.primo.in fi.de priuileg. Post hæc regis Philippi quarti exijt constitutio publicata mense Februa.anno 1303. in hæc verba. Permittimus & volumus,quòd ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ possint acquirere in suis feudalibus & censiuis, & cætera. quæ directò reclamant statuto nostro. Cætera autem quæ ipsi ecclesiæ neque feudalia neque censualia sunt,constitutione eiusdem regis ecclesia non potuit emere,acquirere, aut donata perpetuò retinere: sed intra annum dare clientem,qui obuentiones patroni aut noxas commissorias non impediat. Duos casus rex Philippus excepit:Primum,eorum quæ ante constitutionem ecclesiæ erant quæsita.neque præteritis legem dicere noluit. c.vt animarum periculis.& ibi Docto.de constitutio.& l.de quibus.& ibi Bald.ff.de legib. Secundum, vbi ea immobilia quæruntur ecclesiæ pro dotatione: iuxta l.placet. cum glos. in verb.dedicata. C.de sacrosl.eccles. Verba constitutionis hæc sunt. Ex nunc etiam concedimus, quòd possessiones quas pro ecclesijs aut domibus ecclesiarum de nouo fundandis aut applicandis infra villas, non ad superfluitatem, sed ad conuenientem necessitatem acquiri continget, de cætero apud ecclesias remaneant absque coactione vendendi,vel extra manum ipsorum ponendi: quodq; possessores illarum possessionum ad eas dimittendum pro iusto pretio compellantur.& ad hanc constitutionem facit d.l.placet.Tertius est casus,quem induxit vsus,cùm scilicet morticinij ius à principe concessum est: quia ea concessione alienationi solet consentire, nihil iuris retinendo.idq; ius fundatur in l.fi.ff.vt in possessio.lega.& in l.sacram. §.sciendum. ff.de rer.diuis. & c.inter dilectos.de fid.instru. Alioquin autem vsu Franciæ vniuersali ecclesia nihil potest liberè quærere quocunque titulo: sed quæsita aut vendere,aut relinquere cogitur. vt dicit Ioan.Fab.in authen.ingressi. num.24. C.de sacrosl.eccles.idq; vulgò dicimus,dare hominem viuentem, morientem, & confiscantem.huicq; rei expediendæ annus præfinitus est.vt dicit Bened.in sua repetit.verb.& vxo.nomi.Adelas.num.564. Qui quidem vsus forsan non videbitur iniurius, cùm ecclesia non moriatur: secundum Masuer.titul.de loc. & iur.emphyteo.versic.item, si res quæ data fuit.& alio titul.de præscript. §.item,si ecclesia. Secundo, regulariter ecclesia non alienat.vt tot.titul.de reb.eccles.non alien. Præterea noxam commissoriam non committit. Ex his autem notorium est, dominis siue feudalibus, siue iurisdictionalibus incommodum afferri, etiam si quæsita allodialia sint. vt dicit idem Masuer.quia & inuestituras & confiscationes,& alia iura, quæ quoniam feudi patrimonialis

Statuti declaratio.

Ecclesia primitiua usus circa nouos quæstus.

Philip.4.cõstitutio circa ecclesiasticos quæstus.

Ecclesia potest acquirere pro dotatione.

Morticinij iure firmata ecclesia.

Ecclesiæ manus dicitur mortua.

monialis pars ſunt, domino depereunt eo morticinio. Imò nec princeps ſolet priuilegium id morticinij concedere,niſi quatenus eius intereſt: neque cæterorum ius remittere videbitur conceſsione generali.l.nepos.ff.de leg.præſtand.vbi certarum corruptè hactenus lectum eſt, cùm cæterarum legi debeat. eoq; maximè illa vera ſunt, cùm ea,quibus eccleſia impeditur quærere & ſibi retinere,non ſoleant cauſari ex publicorum munerum immunitate: per d.c.j. de iur.immu.lib.vj. Sed magis ex iure dominorum directorum ordinario, qui nullum detrimentum propter eccleſiæ patrimonium pati debent. Imo & pro horum publicorum munerum immunitate Rex Franciæ ius habet certum quid ab eccleſia exigendi,quod vocant Financiam nouorum quæſtuum. eaq; exactio rerum ab eccleſia præſcriptarum poteſt repeti. vt dicit Bened.in ſua repetit.ſuprà alleg.eod.verb.num.567.in fi. Ideo aut oportet morticinij priuilegio ea obſirmata,aut præſcripta quadraginta annis. vt per Maſuer.d.§.item ſi eccleſia. Primo caſu,nullum tributum nouorum quæſtuum debebitur, ſi id priuilegium morticinij in acta curiæ ratiociniorum relatum ſit, & ibidem laudatum: alioqui non ſolet attendi. vt per Bened.ibid.num.594.ibi,quæ parum prodeſt. Puto tamen id expediri in camera theſauri,cui talia initio regni huius ſunt demandata. Secundo verò caſu,debebitur tributum,cùm ſcilicet præſcripta ſunt ab eccleſia ea quorum retinendorum aut quærendorum non erat capax. Id autem tributum ſæpius repetitur,aut regis nouo ſucceſſu aut ſingulis quadraginta annis. Excipienda ſunt ab eo onere ea quæ ante conſtitutionem reg.Philip.cuius verba ſuprà retulimus, acquiſita ſunt: item & ea quæ eccleſia tenuit quadraginta annis quietè poſt tributum petitum & recuſatum: quia ab ea contradictione cœptum eſt præſcribi. per text.præclarum in l.hæc autem iura. ff.de ſeruitu.vrbano.prædio. & eo caſu neque tributum neque coactionem timere debet eccleſia. vt notatum eſt per eum,qui Benedicto addidit: ibidem ad num.567. Noto poſtremò, quòd vbi eccleſiæ quædam quæſita ſunt, quæ alijs poſsidenda traduntur, reſcripto principis ſolent proximi huius à quo exierunt præferri extraneis, nihil minus eccleſiæ offerendo. vt tenet Bald. in l.ij.de comm.rer.alie.C.hoc ſtatuto autem, vt ad id veniam propius, non licet eccleſiaſticis Burbonijs retinere res venditas etiam ſibi aut feudales,aut cenſuales. Sed quærere ex quocunque contractu nihilominus licet: hac tamen lege, vt infrà annum alium ſibi quærant poſſeſſorem,ſi ad id interpellati ſint. Id autem tam variè,quod primo caſu retentionis triplici circuitu res agebatur: quod admitti æquum viſum non eſt. l.dominus teſtamento.ff.de condict.indeb.& clem.auditor.de reſcript. cùm id quod per pauciora fieri poteſt,per plura fieri non debet,ex Ariſtot.ſententia,quam probat Bal. in l.fi.C.de compenſatio. Sed forte ea cauſa parum moti ſunt ſtatuentes, cùm nihil ex re ſit. Circuitus enim his tantum caſibus euitandus eſt, cùm omnino inutilis eſt: non autem cùm ex eo circumeunti reſultat vtilitas: vt per Card.Flor. in d.clem.auditor.xiiij.quæſt.per tex.in c.tuam.de ordi.cognitio. & c.lator.qui fil.ſint legit. Hic autem circuitus inutilis non eſt, ſi eccleſia feudum aut prædium vili venditum retinet,alij, commodo ſuo, pretio maiori traditura. facit quod notat in ſimili Tyraq.tit. de ret.conuent. §.ij. gloſ.vnica. num.71. Ideo mihi videtur iure conqueſtam fuiſſe, hoc ſtatutum publicari: & maximè cùm offerret retenta quæcunque protinus & intra tempus legitimum alijs tradere. idq; ſtatutum nullo iure magis ſubſtineri potuit, quàm quod veteri vſu id erat inductum & ita obſeruatum: à quo ſine magna cauſa eaq; ſpecioſa abeundum non fuit.l.in nouis.ff.de conſtit.princ.

Morticinij iure à principe conceſſo priuatorũ iuri nihil detractum eſt.

Munus nouorum quæſtuum quomodo cedat, aut quando debeatur.

Eccleſia familiares rerum quæſitarum, quas remittit debet præferre.

Circuitus debet euitari.

Circuitus utilis nõ eſt euitandus.

§. CCCCLXXX.

PAR reception de foy & hommage par le Seigneur feodal, & aussi par reception de lods & ventes ou recongnoissance nouuelle faite au Seigneur par lacquereur, sont forclos lesdits Seigneurs feodaux censiers ou directs du droit de retenue.

Optionem habens quã uariare possit, & quã non.

IVRE communi, quotiens lex optionem defert, variare licet. l.si quis stipulatus. in princip. & apertius in l.eum qui certarum. in fin. ff. de verb. obligatio. Quòd si ex facto hominis illa optio defertur, variare non licet. l. huiusmodi. §. Stichum. ff. de leg. primo. Hic tamen casus est, quo licet domino lex dederit optionem, aut nouum vasallum emphyteotam'ue inuestiendi, aut rem sibiipsi retinendi inuestitura denegata: vt suprà notauimus §. ccccxxxiij. Tamen si vnum electum sit ad aliud dominum non admitti. Id autem effici videmus nedum simplici electione, sed & plena executione, ibi, par reception de foy & hommage, & par reception de lods. Vbi igitur electio adimpleta est, factumq́; secum traxit, indubiè dominus vasallum aut emphyteotam probauit: iccirco mutare sententiam in horum iniuriam sibi non licet. c. mutare. c. non licet. & c. quod semel. de regul. iur. lib. vj. facit l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. & l. si is qui. ff. de procurato. Limita hoc statutum. Primò, quando dominus simpliciter elegit aut declarauit, tantumq́; dixit se velle inuestire, non tamen inuestierit: nam hoc casu, si volet, variabit, eligetq́; denuo retentionem: iccirco quòd primam electionem executus non est, & sic res est adhuc integra. d. l. eum qui. in fin. & l. mancipiorum. ff. de optio. lega. Superiori verò casu statuti nostri res non erat integra, cùm omnia, quæ ad rem optandam faciunt, expleta videntur, autoramento inito & præstita fide: igitur dominus siue vasallo, siue emphyteotæ ex inuestitura tanquam ex contractu tenebitur: nec si meliorem conditionem agnoscat, ij à rebus, quarum illos fecit possessores auelli possunt. vt est text. expressus in l. eos qui auctione. de diuers. præd. vrba. lib. x. C. Omitto hic variandi in optando casus diuersos, quos clarè distinxit Bart. in d. l. eum qui. in fi. Limita & secundò variandi facultatem domino sublatam non esse, si neque dixerit se optare inuestituram, neque item promiserit inuestire: sed tantùm distulit, gratiamq́; temporis inuestituræ petendæ fecerit emptori nouo: id enim liberè potest: vt suprà §. ccclxxv. diximus. quo casu poterit alterũ quod volet eligere. & de eo expressus est tex. in §. cccclxxxvj. infrà. idq́; notat Bart. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. oblig. Nullos enim actus vltra agentium intentionem interpretari licet. l. non omnis. ff. si cert. petat. Limita tertiò & aptius, licere domino variare, etiam si fidem præstitam admiserit & inuestierit, si à nouo emptore falsus est: vt qui dixerit maius pretium: vt per Guid. Pap. quæst. clxxj. aut immutauerit titulum suæ acquisitionis, & verum titulum non exhibuerit. text. est in l. scyphi electione data. ff. de optio. leg. Non ita si mero suo errore falsus est dominus, neque emptoris dolus adsit: quia sibi errat non emptori. Idq́; maximè si sciat contractum talem esse, ex quo optare sibi licet. l. mater decedens. §. cæterum. à contrario sensu: ibi, cùm & ij qui nesciant ius suum, eligentes id quod sibi putant competere, non amittant. ff. de inoffic. testa. secus erit post noxam vasalli commissoriam, quam

Variare alterius iniuria non licet.

Limitatiões ad statutũ.

Differens ofsferentem in aliud tẽpus non uidetur admittere.

Falsus à nouo emptore sibi nõ præiudicat.

Errans sine dolo partis nihilominus excluditur.

quam tamen ignorat, eum recipiat, quia non videtur remisisse. vt dicit Bald. in c.j. versicu.sed pone quòd annum.quo temp.mil. vbi probat neminem ignorantem ius remittere videri. Limita postremò, quòd dominus censum à nouo emptore, non tamen inuestito recipiens emptionem ignorans à iure prælationis non excluditur. vt tenent Dyn.Bal.& Imo.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de leg.ij.& supra §.ccccxvj.

Census receptione nouus colonus non probatur.

§. CCCCLXXXI.

L'ACHETEVR daucun heritage conuenu en retrait lignager ne peult repeter les reparations par luy faites en la chose achetee, & dicelles nest tenu le demandeur en matiere de retrait, sinon que lesdites reparations fussent necessaires & faites par autorité de iustice.

QVOD igitur impensum est in reparationem rei,id necessario & autore prętore impensum esse oportet:quia alterum non sufficit ex natura copulatiuæ: &, l.si hæredi plures. ff.de conditio.& demonstrat. & §.si plures.Institut.de hæred.instituend. Cùm enim trimestri aut semestri tantùm duret ius redhibitorium,emptor ab impensis quantum poterit abstinere debet: nec,nisi magna necessitate cogente & iudice consulto his onerare consanguineum debet: quem ab initio non ignorat ius habere rem emptam sibi auocandi, atque ita se in ius & locum emptoris immittendi. Et pro hoc statuto nostro æquo certè & rationabili, textus est præclarus in l.si quis domum. §.idem erit. ibi, si sumptus fecit in fundum, quasi quinquennio fruiturus,ait non recepturum,quia hoc euenire posse prospicere debuit. ff.loca. facit l.si creditores. ff.de priuileg.credito. Et ideo etiam vtiles non repetuntur,ne harum onere consanguineus prægrauetur,& cogatur rem relinquere,& ita rebus auitis carere. l.in fundo. ff.de rei vend. Has tamen tollere emptori licere debet, modò id sine rei detrimento posit.l.vtiles.in fi.ff.de petit.hæredit. Quòd si consanguineus paratus sit tantum numerare, quantum ea vendi possent si ablata essent, audiendus est.d.l.in fundo. In retractu conuentionali contra est:quia necessariæ & vtiles repetuntur.l.intra vtile.§.vendentibus ff.de minor.facit l.Imperator.ff.de in diem addict.limita §.hunc per §.ccccluxxj.infrà,vbi notauimus.

Dominus reuocabilis rē impensis onerare nō debet.

§. CCCCLXXXII.

SI LACQVEREVR dedens le temps du retrait fait aucune demolition en diminution de lheritage, cueille les fruits, ou pesche les estangs ou viuiers auant le temps accoustumé, il est tenu restablir au retrayant lesdits demolition, fruits, & estimation diceux, auec dommages & interests. Mais si telz fruits ou poissons sont prests à cueillir ou pescher, & nest ledit acquereur adiourné auant que les cueillir ou pescher, ilz demeurent audit acquereur.

quereur. Mais ſil eſtoit adiourné deüement au parauant, il eſt tenu de les rendre.

SVPRA, §.cccclxxiij. de materia primæ partis huius §.ſatis diximus. ſecundam partem item attigimus ſuprà §.ccclxxiij.

§. CCCCLXXIII.

QVI ha labouré & ſemé terre retraite auant le temps de recueillir les fruits ou ladiournement poſé, le retrayant aura leſdits fruits en payant les labeurs & ſemences ſeulement : ne fault prouiſion de iuſtice pour faire leſdits labeurs & ſemences, pource quilz ſont des loyaux couſts & miſes.

Sata aut tollenda aut restituenda.

HIC §.limitat §.cccclxxxj. ſuprà, quo ſtatutum fuit eas tantùm impenſas emptorem repetere, quas neceſsitate & iudicis præcepto aut autoritate erogauerit. Hic enim caſus eſt, quo etiam vtiles repetuntur, modò ex his ſperetur præſens commodum. Idq; ex neceſsitate fuit ſtatuendum : alioquin emptori ſata tollere licere debet. l. Iulianus. in fi. ff. de rei vend. & l. domum. C. eod. tit. l. ſi ſine. §. interpoſito. verſic. item reſpondit. ff. de adminiſtratio. tuto. Debetq; conſanguineus patientiam præſtare. l. vnica. in princ. ff. de glan. leg.

§. CCCCLXXIIII.

SI LA choſe vendue à tiltre & faculté de reemere eſt retraite par le lignager, Seigneur feodal, ou direct auant ladite faculté expiree, & apres ledit vendeur vend ladite faculté de reemere, elle eſt retrayable dedens trois moys apres ladite faculté de reemere expiree.

SVPRA §.cccxxiij. diximus in ſecunda parte, vbi eadem materia eſt.

§. CCCCLXXXV.

LE LIGNAGER neſt empeſché dauoir & pourſuiure dedens le temps de la couſtume la choſe vendue par ſon parent, combien que depuis ladite vente il ayt eſté heritier du vendeur en tout ou partie.

Hæres uendi ri non debet uolens factũ à defuncto reuocare.

RATIO dubitandi huius ſtatuti fuit ex l. venditrici. C. de reb. al. non alie. quæ locum habere debet, ſiue cùm reuocatio venditionis petitur ex propria perſona venditoris, ſiue per eius hæredem. l. cùm à matre. C. de rei vendicat. ij enim vna eademq; perſona cenſeri debent. in authen. de iureiur. à morien. præſtit. in princip.

princip. & ea ratione hæres necessariò factum defuncti probare tenetur : improbare autem aut reuocare nullo modo potest. l.si ab ea. ff.de neg.gest.& l.successores. C.de solutio.& nominatim de facto defuncti per hæredem non reuocando.tex.est in l.Polla.ff.de ijs quib.vt indig.Item hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit,& omnia eum tenent,quæ defunctum tenuerunt.l.si ab eo.C.de liber.caus. Item mala administratio defuncti, qui aut decoxit , aut alienauit nocet hæredi : qui & culpæ & pœnarum successor est.l.eum qui.§.in hac.ff.de Publicia. Sed hæc nihil obsunt, quin hæres rem venditam à defuncto possit sibi auocare ex manibus extranei,si ille de familia sit : quia non vt hæres, sed vt alius : nec item occasione hæreditatis , sed familiæ: nec postremo à decessore,sed à consuetudine & statuto id consequi debet. text.est in l.debitor sub pign.§.fi.in fi.ff.ad Trebell.Ius enim retractus si successorium est,facile immutari,aut ad extraneos transmitti potest.l.extraneum. C.de testa. Sed non prorsus successorium est,imo magis ius sanguinis,& iccirco immutabile.l.ius agnationis. ff.de pact. Et sic non semper vera est regula d.l.cùm à matre. sed pluribus casibus huic detractum est.vt declarat Ias.amplissimè cons.56.vol.iij.& maximè cùm agitur de antiquo & familiari feudo per defunctum alienato , in quo filijs etiam hæredibus præiudicium inferre ille non potuit.Imo ipsi contra factum defuncti feudum reuocare possunt.ita tenet glos.ordinaria in c.j.§.hoc quoque. in verb.inuestituræ. de success. feud. & idem in casu simili & fortiori contra dictam regulam tenet Bald.ibidem. versic.pone ego recepi feudum. & Ias. in d.consil.versicul.tertio principaliter facit, quia in feudis. Aliud multum mouet,quòd defunctus dissipando consanguineis nocere non potuit in his quæ iure familiæ ijs sunt specialiter à consuetudine & statuto affecta:vt ibidem dicit Bal.contra glo.in l.j.C.de inofficios.donat. Tyraq.per triginta numeros glossæ ix.§.j.eo.ti.quorum primus numerus est xlvj.disputat, An filiusfamil.rem à patre alienatam possit suo iure retrahere. Cuius contentio si longior est,at certè minimè tædiosa,vt plena eruditione,& quæ lectorem alliciat magis quàm grauet. Nam, vt vir ille veritatis est amicissimus, & laudis alienæ non inuidus, iccirco fuit prolixior , quo Chassanæum , à quo temere fuerat lacessitus , doceret sæpius lapsum & iure reprehensum. Tria ex eius disquisitione huc congerenda mihi visa sunt. Primum , filium emancipatum sine dubio posse retrahere ea quæ à patre sunt alienata. Secundum,filiumfamiliàs in ijs regionibus, in quibus iura patriæ potestatis eadem sunt,quæ ius commune dictauit,non posse.l.cùm oportet. in princ.C.de bon. quæ lib. In Francia autem vbi quæ filiofamiliàs quæsita sunt, patri non quæruntur, etiam quoad vsumfructum,ex regni vsu generali,retrahere posse. Eaq; veritas est,& in simili iudicatum scio Paris.arresto in causa appellationis à patria iuris scripti eo deuoluta super testamento facto per adultum commodo filij tutoris & curatoris,contra regiam constitutionem : quod iustum compertum est. suprà diximus alio loco. Tertium,filium hæredem posse.vt suprà initio huius glossæ diximus. pro his Tyraq. allegat tex.valde notabilem in c.constitutus.de in integ.restitu. & per hæc expeditus est hic §.nisi velimus addere quartum casum,cùm scilicet filius aut alius consanguineus cœpit conuenire emptorem , & interim decesserit venditor, cui aut abintestato aut ex testamento successit. Sed quia hic casus mixtus est, sub superioribus simplicibus resolutus videtur.l.quid ergo.§.ait Prætor.ff.de his qui not.infa.& l.ita scriptum. ff.de lib.& posthu.Excipio hic hæredem non posse retrahere aut cœptum retractum continuare, si nominatim defunctus rem emptori vacuam & liberam à retractu fore promisit.

Hæres quando contra factum defuncti audiat.

Feudum antiq. alienatũ per hæredẽ filium potest reuocari.

Tyraquellus.

Filius quando possit retrahere à patre vendita.

Filiofamil. quæsita patri nõ quæruntur in Franc.

Mixtus casus sub simplicibus includitur.

promisit. vt dicit Masuer. in tit. de retr. vers. item secundum opinionem. Et ita puto eum intellexisse. Quòd si generaliter euictio promissa est, non oberit retractui. Si verò expressè de retractu cautum est, tenebitur hæres, vt defunctus tenebatur. l. pactum. ff. de pact.

§. CCCCLXXXVI.

SOVFFRANCE & respit de faire foy & hommage nempesche droit de retenue.

SVPRA §. cccclxxxij. diximus ad huius §. intellectum in secunda limitatione.

§. CCCCLXXXVII.

EN HERITAGE vendu & adiugé par criees & interposition de decret solennel, le remede de recision doultre moitié de iuste prys nha lieu.



Subhastatione expedita renocandam nõ est. HIC §. appositè hic insertus non est: cùm nihil conueniat materiæ huius tituli. sed conuenientius fuit hunc legere post §. lxxxvj. suprà, vbi est materia propria. Secundum ius commune est: quo si eo tempore, quo prædium distrahitur programmate admoniti hi quorum interest ius suum executi non sunt, possunt videri ius id amisisse. l. si eo tempore. C. de remiss. pigno. Alius est text. & melior, in l. eos qui auctione. de diuers. præd. vrba. lib. xj. C. vbi prædium fisci publica subhastatione venditum non debet ab eo cui addictum est auelli, etiam si meliorem conditionem aut maius pretium alius offerat. Similis est in l. fundi reip. de loca. prædio. ciuil. eo. lib. ibi, semel tantum licẽtia addictionis indulta. facit l. si tempora. de fid. instru. & iur. hast. fiscal. lib. x. C. vbi intra tempora auctionis plus offerens auditur: his *Subhastatione decreta pretij maioris oblatio nõ auditur.* verò elapsis audiri non debet. Et ea fuit hactenus forma tenacior, vt etiam vilissimo pretio res sub hasta venditæ nunquam reuocentur, prætextu alicuius deceptionis, aut minoris ætatis, aut rescripti autoritate. Et hoc iure vtimur in Francia. text. est expressus in l. quæcunq;. de fid. instru. & iur. hast. fi. eo. lib. & in l. Lucius Titius. in fi. ibi, non posse recedi à venditione perfecta: tempora enim addictionibus præstituta, & cætera. ff. ad municip. Sed perfecta omnia & solenniter acta oportet. *Subhastatio non solemnis reuocatur.* Quòd si minus solenniter & clam quid actum est, fiscus circa pretium deceptus venditionem retractabit, vt dicit Io. Fab. in l. rem maioris pretij. num. 4. C. de rescind. vendit. allegat notata in l. j. in verb. magni pretij. ff. de iur. fisc. Sed mihi videtur textus expressus, quem non allegat, in l. hi qui imposita. C. de rescind. vendit. & alius in l. prima. C. de administrat. rer. pub. lib. xj. & in l. prima. & secunda. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. x. Idem erit in priuatorum rebus: nam si alioqui, quàm solenniter auctio expedita sit, debitori licet quicquid actum est persecutione sua retractare. l. si quos. C. de rescind. vend. Aliàs autem non est probabilis eius persecutio, etiam si vili res vendita est: modò omnia absoluta sint, & nihil aliud superfit. l. non est probabilis. illo tit.

DE TAILLES REELLES.

TITVLVS XXX.

§. CCCCLXXXVIII.

IL Y HA audit païs & Duché de Bourbonnois vn deuoir annuel, que lon appelle taille. Et ſont les tailles audit païs en double difference, car les vnes ſont reelles, & les autres ſont tailles perſonnelles. Les tailles reelles ſont deües ſur pour raiſon & à cauſe de terres & heritages : comme prez, terres, maiſons, tenemens, & autres heritages: & enſuiuent la terre & heritage. Les autres tailles perſonnelles ſont deües ſur le chef & ſur les perſonnes: deſquelles tailles ſera dit cy apres ce que la couſtume du païs de Bourbonnois en veult & donne.

SVPRA titul. xviij. à §. clxxxix. vſque ad §. ccviij. incluſiuè de perſonalibus tallijs tractatum eſt : vbi realium materiam, vt coniunctam, oportuit attingere. His duobus prioribus paragraf. dilucidè quantum inter ſe differant talliæ id genus præmiſſum eſt.

§. CCCCLXXXIX.

QVICONQVE doit au moys d'Aouſt pour raiſon daucun heritage argent, blé, & geline, ou des trois les deux, dont largent ſoit lun, ledit debte eſt deuoir de taille reelle : & eſt ledit heritage taillable pour raiſon duquel ledit deuoir eſt deu. & eſt le droit de directe Seigneurie.

§. CCCCXC.

QVICONQVE porte aucun heritage taillable & à taille, il ne le peult, ou partie diceluy, vendre, eſchanger, tranſporter, y aſſocier autruy, ny autrement laliener ſans le congé & licence du Seigneur, de qui il eſt tenu à taille : Et ſil le fait, ledit heritage, ou la partie alienee, changee, ou tranſportee eſt acquis & commis audit Seigneur : & ſen peult dire le Seigneur eſtre ſaiſi & veſtu, par ladite couſtume, dedens lan, que celuy qui vend, change, ou tranſporte ſen ſera deſparti & deſſaiſi. & que lacquereur en pren-

dra possession reelle. Et pource que aucuns retiennent le bon vouloir & plaisir du Seigneur direct, & auant que auoir son gré & consentement, celuy qui vend, change, ou transporte sen dessaisist, & lacquereur en prend possession reelle, ladite reseruation nempesche point, que lheritage vendu, eschangé, ou transporté ne soit acquis au Seigneur, tout ainsi que sil ny auoit point eu de reseruation du bon plaisir & volunté du Seigneur.

Alienatio rerum tall. aut aliarum per perso.tal liabil.

DIVERSVM est in personaliter talliabili, cui ex statuto licet alienare: modò eligat emptorem suæ conditionis. vt suprà §.ccj. diximus. addo tex. in l. quotiens. C. de agrico. & mancip. domi. lib. xj. rem verò talliabilem, siue liberis, siue conditionis talliabilis hominibus alienare non licet. per l. coloni. in quib. casib. colo. domi. accus. poss. cod. lib. c. si quis. vj. quæst. ij. & c. si quis obligatus. distin. liiij.

NY AVTREMENT LALIENER.

Alienationis species. Venditio. Donatio. Permutatio. Locatio in perpet.

ALIENATIONIS verbum hic latè acceptum est, & generali clausula post nominatim quasdam species expressas, quo significarent statuentes prohiberi actus omnes, seu venditionem, donationem, commutationem, & in perpetuum extensam locationem: quæ non procul ab alienatione consistit, seu alios quoscunque actus quibus res alienari dicitur. similis est text. in §. nos igitur. vers. alienationis autem nomen generalius ideo posuimus. in auth. de non alienand. aut permut. reb. eccles. text. similis in c. nulli liceat alienare; cum glo. in verb. alienationis. de reb. eccles. non alie. Item lex xij. tabul. alienationis effectum tantum inspexit, specierum delectu non considerato: nec interesse putauit, quo modo quisque dominus fieret. dicit text. in l. statuliberi. §. j. versicul. sed verisimum est. ff. de statulib. Imperator vltra progressus est in l. sancimus. C. de reb. alie. non alien. vbi vsusfructus dationem & hypothecam seu pignoris nexum, item & seruitutis impositionem prohiberi, generaliter prohibita alienatione sancijt. Addo in solutum dationem, qua res solet alienari. l. prima. ff. pro solu. & l. vel soluendi causa. ff. de public. in rem actio. ex eaq; alienatione laudemia debentur, vt suprà notauimus, §. cccciij. in glo. ij. Sunt & aliæ pleræque, vt vsucapio, noxæ deditio, donatio causa mortis, legatum, hæredis institutio, in dotem datio, & aliæ quæ enumerantur in l. prima. ij. iij. iiij. & v. & seq. ff. de publicia. Aliam statuentes expresserunt suprà §. ccccv. Postremò, mihi videtur non omittenda bonorum cessio siue necessaria, siue voluntaria. Chassanæus in §. x. tit. Des mains mort. num. 29. tenuit, quòd si rusticus bonis cesserit, non licere creditoribus res talliabiles in causam iudicati aut crediti nancisci, domino reclamante, in cuius præiudicium colonus non potuit rem æris alieni, pignoris, aut seruitutis nexu deteriorem facere. l. lex vectigali fundo dicta est. ff. de pigno. l. tutor. §. fi. ff. de pignor. actio. facit expresius l. fin. C. de reb. alie. non alie. Id not. Ioann. Fab. in §. item Seruiana. Instit. de actio. vbi si res à colono potest oneri subijci, id est quantum ad eum attinet, non autem respectu iuris dominici. Notat Boër. decis. clxxxj. num. 1. 2. & 3. in j. par. facit c. j. an agna. vel fil. hæred. repud. vbi si vasallus tenebatur creditoribus, dominus feudum occupans non tenetur soluere.

Vsusfructus datio. Hypothec. Seruitus. Vsucapio. Noxa deditio. Donat. caus. mort. Legatum. Hæred. instit. Dotis datio. Cessio bonor.

SEN

SEN PEVLT DIRE LE SEIGNEVR SAISI.

LEX ciuilis id domino dedit,vt ſuo iure poſsit colonum depellere. l.ij.& fi. C.de iur.emphyteo.iccirco quòd ipſo iure res committitur eius commodo.Sed Pet.Iacob. in form.libell.pro re emphyteo.verſ.conſulo tamen, quòd non repellat eum. dominum mitius agentem laudat, conſulitq́;, vt iudicem adeat, & eo autore rem exequatur. Accurſ.in glo.in verb.repellere. in princip. in l.ij. C.de iur.emphyt. & Innoc.in c.potuit.de loca.conſulunt,vt libellus edatur,petaturq́; rem commiſſam pronuntiari.

Colonus quo modo iure à domino expellatũ à re commiſſa.

LADITE RESERVATION NEMpeſche point.

ACTVS hi alienationis deueſtituræ & inueſtituræ rerum talliabilium regulantur in ſuo effectu à ſtatuto, quo ius domino quæritur. Et ideo contrahentium reſeruatio aut proteſtatio contraria in his nihil efficit: ſed præualent actus:vt dicit Abb. in c.cùm M.Ferrarien.de conſtitutio.Ang. in l.iuriſgentium. §.quod ferè.ff.de pact. & Bald.in l.vt debitum. C.de hæreditar.actio. Contra eſt, ſi agatur de actibus, qui ex voluntate contrahentium legem accipiunt. l.pacta conuenta. ff.de contrah.empt. tunc enim liberè licet, vt volent partes, proteſtari & reſeruare, cùm iure aut ſtatuto nihil impediantur.Pet.Iacob.in for.lib. pro re emphyteo.fol.mihi 11.verſ. item circa l.fi.C.de iur.emphyteo.dicit quòd emphyteota poteſt ſine domino vendere, ſed non tradere: quia ſi tradat,res committitur.alioquin autem, inquit ille, nudus contractus vt non prohibitus nihil reformidandum profert.

Proteſtatio in actibus in quibus tertio ius quæritur, nihil releuat.

§. CCCCXCI.

SILZ ſont pluſieurs perſonniers qui tiennent communement & par indiuis aucun heritage taillable daucun Seigneur, il ne peult eſtre parti ny diuiſé ſans la licence & congé dudit Seigneur duquel il eſt tenu à taille: & ſilz font le contraire, il eſt acquis au Seigneur,comme en larticle precedent.

NE PEVLT ESTRE PARTI.

IVDEX, inquit Vlpia.abſtinere debet à vectigalis agri diuiſione: alioqui vectigalis agri præſtatio confunderetur.l.communi diuidundo. §.vectigalis ager.ff.comm.diuid. Adde, quòd ſi domino permittente diſſocientur, his non licet denuo,niſi idem dominus velit, ſocietatem repetere. quia diſſociatione ſibi iùs quæſitum eſt ſuccedendi, vt ſuprà §.ccvij. & infrà, §.ſeq.quod ius ſubditi interuertere non poſſunt.arg.l.inſulam.§.fi.& l.ſi mulier diuertit.ff.ſolut.matrimo.

Diſſociatio aut reaſſociatio non fiunt niſi domino volente.

§. CCCCXCII.

NVL ne ſuccede en heritage taillable ou tenancier diceluy, ſoient ſes propres enfans ou autres ſilz ſont diuiſez & ſeparez

 denſemb

densemble, & silz nestoient communs & demeurans ensemble auec le trespassé à lheure de son trespas, & ses prochains habiles à luy succeder, ou ses enfans, ou non separez de luy, posé quilz ne soient communs auec les pere & mere: car eux viuans ilz nont point de biens. Toutefois silz sont tousiours auec eux, ou par leur vouloir en seruice, ou ailleurs sans estre separez d'eux, ilz leur succedent en heritages taillables. Mais silz sont separez voluntairement & sans impresion, ilz ne leur succedent point. Et si par impresion du pere & de la mere ou marastre ou autres, ou par aucun debat & noise ilz demeurent hors dauec leur pere, & il se prouue notoirement quil leur ayt conuenu eux separer, ilz ne laisseront point à leur succeder.

SVPRA diximus, §. cxcvij. & §. ccvij. vbi eadem ferè materia est. Hic tantum lectorem monitum velim, quòd cùm statuto socios & simul commorantes esse oporteat eos qui successuri sunt, alios tamen quàm filios: oportere vicissim illos capaces esse societatis contrahendæ aut continuandæ. alioqui vt non socios non succedere. suprà diximus, §. cclxvij.

§. CCCCXCIII.

LE TENANCIER de lheritage taillable ne peult surcharger de rente ou autre surcharge quelconque ledit heritage sans le consentement du Seigneur: & sil le fait, ledit Seigneur peult faire empescher ladite charge, & la faire declairer par iustice estre acquise à luy.

MATERIA est §. cccxxxiiij. suprà vbi abundè diximus.

§. CCCCXCIIII.

LE TENANCIER de lheritage taillable ne peult hypothequer à personne quelconque son taillable, ou partie diceluy sans le congé du Seigneur.

Pignoratio an permitta tur prohibi to alienare.

CAETERARVM prouinciarum statutis id in specie vbique expressum non est: ideo his ratiocinatione inquirendum fuit, an alienationis prohibitione pignoris causa comprehensa sit. textus est expressus in l. fi. C. de reb. alie. non alie. vbi prohibita generaliter alienatione, prohiberi censetur contractus, quo alteri ius in re quæri posit, & signanter hypotheca & pignoris nexus, etiam si alienationem

nem non contineant. l.alienationis. ff.de re.& verb.signi.& l.prima. & ij. C.de fund. dot.imo tantum interpretatiuè : quod satis est.nos igitur versic.alienationis.& §.quia verò Leonis.in auth.de non alie.aut permu.reb.eccle.diximus suprà §.ccccxc.in glo. ij.Chassa.§.x.num.23.& seq.id facit controuersum in simili casu : & quia contra statutum consuluerat in priuato casu, veritus est sententiam veram publicè eloqui, & dissimulatione quadã rem omittit,præfatus tamen se satis scire,quã opinionẽ esset delecturus,si iudicis partes in eam rem ageret.miror hominẽ in re tam lucidã cõflixisse.

§. CCCCXCV.

QVICONQVE doit taille reelle à aucun Seigneur, il luy doit trois charrois lan sil ha bœufz, ou autre beste trayant à charrette : & sil nha bœufz & charrette, il luy doit trois coruees de sa personne, pourueu que le tenancier soit basti, & ayt & tienne feu & lieu ou taillable : sinon aussi, que en baillant ledit heritage lesdits charrois & coruees ayent esté abonnees à deux ou à trois, plus ou moins, ou autres charges, ainsi que plusieurs fois entre le Seigneur & le tenancier est accordé. Et le tout selon les modifications contenues au trois cens trenteneuuieme article de ce present coustumier.

DE HIS operis satis abundè diximus §.hic allegato,cccxxxix. Noto hic personaliter talliabilem plures operas debere quàm realiter talliabil. vt suprà §.cxcj.

§. CCCCXCVI.

TOVTES tailles deües en Aoust sont doublans & tierceans au regard de largent : cest a sauoir, quiconque doit taille, il doit vne annee le simple, & lautre annee apres ledit simple & la moitié plus: comme si vn homme doit cinq solz tournois il deura lautre annee sept solz & six deniers tournois: & lautre annee dix solz tournois, qui est communement vne annee le simple, & lautre annee le double. Mais le bled & autres debtes & deuoirs ne doublent ny tiercent.

DECLARATIO est iuris talliæ,quæ dilucidior est quàm vt interprete egeat.

§. CCCCXCVII.

COMBIEN que de leur nature toutes tailles deües en Aoust doublent

doublent & tiercent en la maniere que dit eſt, toutefois il y ha pluſieurs tailles ſimples, qui ne tiercent ne doublent : pource que ainſi ha eſté accordé, ordonné, & conuenu entre les Seigneurs & tenanciers, que lon ne payeroit que le ſimple ſans doubler ou ſans tiercer, ou que ainſi lon ha accouſtumé, que lon ne paye que le ſimple par longue couſtume legitimement preſcripte. Et auſsi ſi conuention ou couſtume legitimement preſcripte y ha, tailles doublans & tierceãs en autre temps que en Aouſt, elles ſe payent ſelon leſdits accords, conuenances & longue couſtume.

COVSTVME LEGITIMEMENT PRESCRIPTE.

Tallia eſt iuris poſitiui et non naturalis.

QVIA, vt dicit Guid.Pap.quæſt.cccxiiij. poſt Guiller.de Mon.Laud.in cle. Paſtoralis.§.rurſus.de ſenten.& re iudic.ius hoc talliæ ſiue perſonarum, ſiue rerum iuris eſt poſitiui, & ex vſu antiquo & moribus magis quàm iure naturali aut gentium exijt, oportet neceſſariò id aut eo inueterato vſu quæſitum, aut expreſsis pactionibus : quorum altero nemo non poteſt obligare res ſuas & perſonam ipſam, conditionemq́; ſuam deteriorem facere.l.cùm ſcimus. de agrico.& cenſ.lib.x. C.Idem Pap. eandem materiam talliabilium præclarè tractat quæſt.cccxij. & tribus alijs ſequentibus. Conſuetudinem hic noto duplicem eſſe, generalem, de qua hic nihil agimus. Specialem item, qua priuato ius quæritur : & huius hic fit mentio, oportetq́; illam inueteratam eſſe, & cœptam ab eo tempore, quod nemo etiam quantumuis annoſus ſciat diſcernere. l.hoc iure. §.ductus aquæ. ff.de aq.quot. & æſtiu. & l.j. §.denique.ibi, ſi tamen agri lex non inueniatur, vetuſtatem vicem legis tenere.& l.in ſumma.in princ.& l.ſi.ff.de aq.plu.arcen.l.ſi quis diuturno. in princ.ff.ſi ſeruit.vend. Item & alia deſiderantur, quæ not.Io.Fab.in l.vnica.num.9.in fi.& xj.& ſeq. C.quæ ſit long.conſuetu.

Conſuetudo ſpecialis qua eſſe debeat.

§. CCCCXCVIII.

ET EST aſauoir que audit païs de Bourbonnois y ha pluſieurs heritages baillez à bordelage, lequel droit de bordelage eſt de pareille condition & qualité que taille : & ſi gouuerne lon par ladite couſtume tout ainſi & en la forme & maniere que lheritage taillable. & y ha du bordelage qui double & tierce : auſsi en y ha de ſimple, comme taille ſimple, excepté en la chaſtellennie de Germigny, en laquelle les bordelages ſont par les couſtumes particulieres & localles de ladite chaſtellennie & reſſort dicelle de la nature qui ſenſuit.

BORDELAGE.

Bordelage, vocabulum frequens eſt, quo ſæpius ſuprà vſi ſunt ſtatuentes. Idq; puto ab eo eſſe compoſitum, quod Bordam Tholoſani vocant, Pariſienſes Firmam, nos Grangiam à granis forte propius dicimus, icircò quòd in hanc grana recollecta conuehantur, euehanturq;, quum væneunt: & ab ea vectura Villa denominatur, vt dicit Varro de Re ruſtic. lib. primo, cap. ij. Nam vt ſcribit Pollio Ciceroni lib. x. epiſt. xxxiij. Frumenta aut in agris aut in villis ſunt. Firmæ vocabulum aptius erit ſi perpetuus colonus eſt. Burgundi in comitatu agros ſolent titulo grengiario (ſic enim vocant) in perpetuum locare, ad inſtar vectigalis agri. vt in l. prima. ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pet. idq; tributum, quod inde penditur, vectigal eſt: & qui conduxerunt, non in totum domini ſunt, ſed tantùm vtiles habent in prędij cauſam actiones. d. l. prima. in fi. & l. cùm ſponſus. ff. de publicia. & l. tutor. §. fi. ff. de pign. actio. & l. prima. §. quod ait prætor. ff. de ſuperfic. facit text. in §. nos igitur. verſic. alienationis. ibi, quæ non procul ab alienatione conſiſtit. in auth. de non alie. aut permu. reb. eccleſ. Tallia hæc noſtra non habet cauſam prorſus diſsimilem, cùm dominus rem nanciſcendi plures habeat caſus, vt hoc titulo, coloni plenum iccirco dominium habere dici non debet: cumq; prædia liberè adminiſtrare non poſſit, vt ſuprà glo. ij. §. ccccxc. Ideo vt ſiue pecuniarium, ſiue frumentarium canonem dicimus, quem coloni ſolent tribuere pro colonis ſiue villis. l. fi. §. neceſsitatem. C. de iur. emphyt. & tot. titul. de cano. frum. lib. xj. C. ita & bordelagium à bordis, & grangiarium à grangijs, ſi illæ perpetuæ ſint: quia ſi partiariæ, alia eſt ratio: harum enim colonos Iaſon vocat maſſarios, conſil. 153. num. 5. verſ. Accedat quod ſingulariter notat Bart. vol. ij. Illi enim qui perpetui ſunt, agro velut aſcripti ſunt: vt in l. cùm ſcimus. C. de agrico. & cenſ. lib. xj. & latè ſuprà diximus §. clxxxix.

Bordelagiũ unde dictũ. *Grangia.* *Villa.* *Firma.* *Vectigalis cauſa an inferat alienati.*

§. CCCCXCIX.

Premierement par la couſtume de ladite chaſtellennie de Germigny quiconque porte heritage ou tenemẽt à bordelage daucun Seigneur, il peult vendre, eſchanger, tranſporter, & autrement aliener tout entier ſans le vouloir & conſentement du Seigneur. Mais il ne peult mie iceluy tenement ſurcharger, partir ne diuiſer, ne partie diceluy aliener ſans le congé dudit Seigneur: & ſil le fait, la portion ainſi alienee eſt commiſe audit Seigneur.

§. CCCCC.

Par ladite couſtume de ladite chaſtellennie toutes & quantesfois que aucun heritage tenu à bordelage eſt entierement vendu, eſchangé, aliené, ou autrement tranſporté, le Seigneur prend

pour ſon droit de lods le tiers denier en montant, qui eſt la moitié de la choſe totalle de lachapt ou eſtimation de la choſe eſchangee ou dudit heritage ſil eſt donné.

§. CCCCCI.

PAR ladite couſtume de ladite chaſtellennie nul ne ſuccede en lheritage de bordelage ou tenancier diceluy, ſoient ſes propres enfans ou autres, ſilz ſont diuis & ſeparez denſemble, & ſilz ne eſtoient communs & demourans enſemble auecques le treſpaſsé à lheure de ſon treſpas, & ſes prochains habiles à luy ſucceder : ou ſes enfans non ſeparez de luy, posé quilz ne ſoient communs auec le pere & mere : Car eux viuans, ilz nont point de biens. Toutefois ſilz ſont touſiours auec eux ou par leur vouloir en ſeruice ou ailleurs, ſans eſtre ſeparez d'eux, ilz leur ſuccederont en heritages de bordelage. Mais ſilz ſont ſeparez voluntairement & ſans impreſsion, ilz ne leur ſuccedent point. Mais ſi par impreſsion du pere & de la mere ou maraſtre ou autres, ou par aucun debat & noiſe ilz demeurent hors dauecques leur pere, & il ſe preuue notoirement quil leur euſt conuenu eux ſeparer, ilz ne laiſſeront point à leur ſucceder.

§. CCCCCII.

PAR ladite couſtume lon tient en ladite chaſtellennie, que ſi le tenancier de bordelage ceſſe par trois ans continuelz de payer au Seigneur le deuoir quil luy doit chacun an à cauſe dudit bordelage, & que du payement ledit tenancier ayt eſté deüement interpellé, ledit bordelage eſt acquis par droit de commiſe au Seigneur de qui il eſt tenu.

Colonus vltro debet ſoluere.

LA FVIT antiqua lex emphyteoſis, vt ſi per totum triennium colonus neq; pecunias ſoluerit, neque apochas tributorum domino reddiderit, potuit à fundo repelli. l.ij .§.j. C.de iur.emphyteo.cuius rigorem ſtatuentes hîc moderati ſunt : qui aliter rem committi, aut colonum expelli noluerunt, quàm ſi ſingulis his annis dominus tributũ petierit leuare paratus ſi colonus non renuat. Illa verò conſtitutione conuentio aut interpellatio domini expectanda nõ fuit, ſed vltrò ſeſe offerre, & debitum ſpontanea voluntate perſoluere oportuit. verba ſunt textus in d.§.j.

DE SERVITVDES REELLES, & rapports de iurez.

TITVLVS XXXI.

§. CCCCCIII.

EN MVR commun on ne peult ſans le conſentement de ſon commun faire veües.



VRE COMMVNI, ſocius aperto pariete communi feneſtras immittere non poteſt.verba ſunt text.in l.eos qui.ff.de ſeruitut.vrba.prædio. facit l.in re communi.illo titulo. Idq; generaliter ſolet extendi ad alia quæcunq;,quibus facies muri communis eſſet immutata: quem alterutri ſociorum demoliri, reficere, aut immutare non licet,quia non ſolus dominus eſt,vt dicit tex.in l.parietem.illo ritu.Paul.de Caſtr.in d.l.eos qui. notat id verum eſſe,ſi immutatio nociua ſit alteri domino: alioqui non eſſe: per l.quidam Hyberus.illo tit. Et licet Cepola in ſeruitu.tractat.c.lxij.col.2. id reijciat,puto tamen admittendum.Si etenim immutanti prodeſt,& nihil alterius interſit, hic vt nimium delicatus,quantumuis muri ſocius,audiri non debet,per notata in l.an vnus. ff.ſi ſeruit.vend. Secundò,ſi ſocius ius luminis immittendi habeat, prohiberi non debet à ſocio. d.l.eos. Poteſt enim ius luminis immittendi habere iure proprio:vt quia aliàs inter ſocios muri conuentum eſt:iure ſeruitutis autem non poteſt,cùm in re communi nemo dominorum iure ſeruitutis quicquam facere , neque prohibere quominus alter faciat poteſt.verba ſunt tex.in d.l.in re communi. Et ea cauſa ſtatuentes mihi videntur incompoſitè hæc & alia plura , quæ paragraf.ſequentibus ſunt inſerta , adſcripſiſſe hoc loco,cùm ad ſeruitutem nihil pertineant.d.l.in re communi. not.in l.ſi communi fundo.ff.de ſeruit.ruſt.præd. Tertiò,ſi murus communis ſit ſimpliciter ad omnia,& non tantum ad certum vſum: vt ad hortorum conſeptum aut diuiſionem, & luminibus immiſſis non debilitetur , & præterea alteri non obſit, poterit liberè aperiri. d.l.quidam Hyberus.§.fi.& l.ſi fiſtulam.§.pen.illo titul. Quòd ſi vtcunque intereſſe videatur eo tempore , aut in futurum , vt quia his luminibus in aream aut hortos alterius proſpici poſsit, ferendum non eſſet. l.Sabinus.ff.commu.diuid. & ſub his aſſumenda fuit ſententia Pauli de Caſt.in d.l.eos qui. Quartò, ſi murum communem vnus ex ſocijs altius ſubſtulerit,licet communis remaneat, tamen in eo quòd altior eſt,aperiri poteſt,& lumen immitti.l.hoc quod dictum eſt.in fi.ibi,altius à domino inferiorum ædium ſublatus ſit: iure eum habitaturum Sabinus ait.ff.de ſeruit. vrba.prædio. Quintò,regula ſtatuti ſuperioris locum habet,cùm de muro communi pro indiuiſo agitur:ſecus ſi pro diuiſo: quia in eo liberè quæcunque facere licet quæ proſunt,etiam ſi alteri obſint.l.altius.C.de ſeruitu.& aqua.l.fluminum.§.fi.& l.ſeq.de damn.infect.ff. An item ſocius in muro communi poſsit ædificare caminum , vide Cepo.in tract.de ſeruitut.c.lxxiiij.

Muro communi quatenus utendū.

Seruitutis ius ceſſat in re cõmuni.

Mur.comm. quãdo poteſt aperiri.

§. CCCCCIIII.

SI EN terres communes lun des communs edifie mur , &

lautre commun ſen vueille ayder pour edifier ou autre choſe faire, il le pourra faire, en payant la moitié pro rata de ce que ioint ſon heritage : Et le pourra empeſcher celuy qui laura edifié, iuſques à ce quil ſoit payé de ladite moitié.

Expenſa in rem communem facta quomodo repetatur.

SOCIO, qui ceſſantem rem communem reſtituerit, lex hoc indulſit, vt aut rem propriam poſsit ſibi facere, aut à ſocio expenſæ ratam conſequi. l.ſi fratres. §.idem reſpondit. primo. ff. pro ſoc. & l.ſi ædibus meis. ff. de dam. infe. Codicis iure, is qui reparauit tenetur quatuor menſes, poſt ſumptuum partem petitam, expectare : his autem elapſis, ſi nihil reſtitutum eſt, fit dominus totius ædificij. l.ſi vt proponis. C. de ædif. priuat. dicam infrà loco proprio, §.ccccccxiij. ad ſtatutum noſtrum facit, quòd murus communis ab altero, ſiue altius ſublatus, ſiue recens ædificatus ſit, nihilominus manet communis. l.hoc quod dictum eſt. in fi. ſecund. lectur. meliorem. ff. de ſeruit. vrba. prædio. Sed æquum eſt impenſarum eum eſſe participem, qui ædificij particeps eſſe velit. arg. l.ſi negotia abſentis. in fi. ff. de nego. geſt. & l.poſt perfectam. C. de peri. & com. rei vend. facit c.qui ſentit. de reg. iur. lib. vj. Sed an vnus ex ſocijs in communi loco, inuitis cæteris, iure ædificare poſsit : ideſt, an ſi prohibeatur à cæteris, poſsit cum his ita experiri, ius ſibi eſſe ædificare : & an ſocij cum eo ita agere poſsint, ius ſibi prohibendi eſſe, vel illi ius ædificandi non eſſe : & ſi iam ædificatum ſit, poſsint cum eo experiri, ius ſibi non eſſe ædificatum habere. notatur per Docto. & tex. in l.an vnus. ff. ſi ſeruit. vendic. & in l.ſi inter te & me. §.ſi. ff. de ſeruitut. vrba. prædio.

§. CCCCCV.

EN MVR commun chacune des parties peult percer oultre le mur pour y mettre & aſſeoir leurs poultres et ſoliues et autres bois en refermant les pertuis, ſauf à lendroit des cheminees ou lon ne peult mettre aucun bois.

INFRA dicturi ſumus, §.cccccvij. nam ambo §.§. eiuſdem ſunt materiæ, & eundem habent contextum.

§. CCCCCVI.

IL NEST loiſible à vn voiſin de mettre ou faire mettre & loger les poultres et ſoliues de ſa maiſon dedens le mur dentre luy et ſondit voiſin, ſi ledit mur neſt moytoien.

SI LEDIT MVR NEST MOYTOIEN.

Tignum in murũ meũ immiſſũ tollere nõ incidere licet.

ITEM & ſecundo, niſi ſit impoſita ſeruitus. l.quemadmodum. §.j. ff. ad leg. Aquil. & l.ſi vitem. §.ſi ad ianuam. ff. quod vi aut clam. facit l.quoſdam. C. de met. & meta. lib. xj. Quòd ſi quis tignum in ædes aut murum alterius immiſerit, licet domino muri propria autoritate tollere : incidere autem non licet,

cùm

cùm potius agendum sit,ius non esse protectum ita habere:nec æquum est damnum dare recisis tignis, quæ sine damno tolli possunt, si citra seruitutem immissa sunt. d.l.quemadmodum.§.si protectum.vbi glo.

§. CCCCCVII.

IL NEST loisible mettre ou faire mettre & asseoir les poultres de sa maison dedens le mur commun, sans y faire ou faire faire ou mettre iambes, peignes ou perpeignes douſſerreſſes, chaiſnes ou corbeaux suffisans, ou fil de pierre de taille pour porter lesdites poultres: & neantmoins celuy qui le fait est tenu restablir le mur.

IN RE communi nemo dominorum prohibere potest, quominus alter quicquam faciat. l.in re communi. ff.de seruit.vrb.prædio. l.hoc quod dictum est.in fi.illo tit.& hunc §.& §.cccccv. intellige procedere, quando paries ad huiusmodi sustentationes destinatus est, & his vsus muri aut vtilitas nihil immutatur: vtpote cùm in locum tignorum vetustate inutilium, noua subrogantur.l.seruitutes quæ in superficie.in princ.ff.illo titul.Idem, si noua necessariò immittantur parieti ita destinato: nec etenim licebit socio prohibere.l.si ædes communes. ff.commun. diuid. Contra est, si muro immittantur, qui alijs vsibus quàm sustentationi paratus est, vtpote delectationi, aut ad conseptam: quia eo casu, eum nec aperire nec onerare licet: & socio id prohibendi ius est.l.Sabinus ait.ff.comm.diuid. Idem etiam si murus ad onera paratus est, sed grauiora quàm pati possit immittantur: Id enim non licet. l.si fratres. §.idem respondit.ij.vers.item Mela. ff.pro soc. & l.cuius ædificium. ff.de seruitu.vrba.prædio. & l.in parietis. cum l.seq. ff.de damn.infect. Et ideo hoc nostro statuto talibus prouisum est, vt scilicet neque socio prohibendi ius sit, neque item alteri immittere liceat nisi parietem columnis fulciat in idq; præparet, vt oneri ferendo aptus sit: quæ omnia iniittentem præstare imprimis oportet. d.l.cuius ædificium.& l.in parietis.& l.inter quos.in princ.ff.de damn.infect. Contrario iure vtimur, si muro seruienti & non communi immittendum sit, quia id citra communionem & iure seruitutis competit: ideo dominum muri, qui seruitutem debet, non eum qui tigna immissurus est, murum aut columnam restituere oportet. l.eum debere. ff.de seruitu.vrba.prædio.& l.sicuti autem.in princ.& l.& si forte.§.etiam de seruitute.& l.harum.ff.si seruit.vend.qua in re notandum, quòd dominus muri, qui seruitutem debet, quando volet murum reficere, eum cui seruitus debetur coget fulcire ædes suas, referreq; tandiu onus quod ferendum est. l.si seruus communis. ff.si seruit.vend. Item & differre seruitutem hanc à seruitute tigni immittendi, quam qui debet, murum reficere non tenetur.l.sicuti.§.competit.vers.distant.ff.illo tit.

Muro cõmuni quando tignum possit immitti.

Murũ oneri aptum tenere quis debeat.

§. CCCCCVIII.

AVCVN ne peult percer vn mur moytoien dentre luy & son

ſon voiſin pour y mettre & loger les poultres de ſa maiſon que iuſques à leſpeſſeur de la moitié dudit mur, & au point du mylieu, en reſtabliſſant ledit mur, & en y mettant ou faiſant mettre iambes, chaiſnes & corbeaux comme deſſus.

Murus communis qui dicatur.

SVPRA ferè vbique de pariete communi actum eſt. Hoc autem §.de medio pariete agitur. Et licet vterque communis ſit, tamen eo differunt, quo genus & ſpecies. Communis enim murus ille eſt ſiue medius, ſiue alius: & ſiue ex conuentione, ſiue vſu: & tam pro indiuiſo, quàm pro diuiſo.l.ſi fratres.§.idem reſpondit.ij.verſ.item Mela ſcribit.ff.pro ſoc.l.in parietis.l.ſed ita. ff.de damn.infect. l.nihil autem intereſt.ff.commu.diuid. & l.vt ſit pro ſocio actio. ff.pro ſoc. Quòd ſi ſimpliciter murus communis pronuntietur, de communi pro indiuiſo intelligendum eſt.l.in reficiendo.ff.de damn.infe.l.ſi ædes.& expreſsius in l.per hoc iudicium. ibi, quare ſi vna res. ff.commu.diuid. Paries autem medius (vulgo, moytoien, vocant) licet vtiq; communis ſit, tamen pro diuiſo communis eſt: & prout ex regione vtriuſque dominorum eſt, ita & pro dimidia parte cuiuſque eſt: tuq; è regione tua, ego è mea pro dimidia, ſiue oneribus ferendis, ſiue aliter vti tantum poſſumus. Nec totum aperire aut onerare licet: quia non in totum communis eſt. text.eſt in l.arbor quæ in confinio nata eſt.in prin.ff.comm.diuid.& in l.adeo quidem.in fi.cum l.ſeq. ff.de acq.rer.domi.notat. in l.hoc quod dictum eſt. §.fi. ff.de ſeruitu.vrba.prædio.& per Bart.in l.damni infecti.§.cùm parietem communem.ff.de dam.infect.

Murus medius qui dicatur.

§. CCCCCIX.

ON NE peult auoir eſgouts & ozines, au moyen deſquelz les eaues & immundicitez puiſſent cheoir ou prendre conduit au puits ou caue de ſon voiſin au parauant edifiees: ſinon quil ayt tiltre expres au contraire.

ARISTO Cerellio Vitali reſpondit: non putare ſe, ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe: niſi eius rei ſeruitutem talem admittat. Idem ait, ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licere. In ſuo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. Et paulò pòſt. Ius illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, vt in meum fundum fragmenta cadant. verba ſunt Vlpiani in l.ſicuti autem. §.Ariſto. & l.fiſtulas. ff.ſi ſeruit.vendicet. Idq; maximè, ſi iniurium ſit & noceat. l.ſi inferiorem dominus ædium.ff.de iniur. Hic adnotabo, hos aquæ fluxus non æquè dirimi: ſed vario iure, vt & varij caſus accidunt. Duobus enim modis, in vicini aream aqua labitur. Primò, per ſtillicidium: huiuſq; ſeruitus eſt duplex. Affirmatiua & negatiua. Illa eſt, cùm ius mihi eſt in aream tuam ex tegulis meis ſtillicidium auertendi. Hæc verò & negatiua, cùm ius econtra tibi eſt prohibendi ne auertatur. Secundò, per aquæ cumulationem aut effuſionem: Illaq; poteſt eſſe, vt ſuperior, affirmatiua & negatiua. De ſtillicidio autem auertendo aut non auertendo textus eſt in l.prima.ff.de ſeruitutib.vrb. prædio.

Aquarum fluxus quomodo aut recipiatur aut abigantur.

Stillicidij auertendi seruitus affirmatiua.

Stillicid. aserten. seruitus negatiua.

prædio.vbi Accurſ.in verb.& officiendi.interpretatur ita,vt per affirmatiuam poſsis iure ſeruitutis auertere ſtillicidium tuum in tectum aut in aream vicini, qui id pati tenetur,quia ſeruitutem debet: nec vetare poteſt,quin aqua in eius tectum aut aream fluat,etiam ſi noceat. Per negatiuam autem,vicinus ille tuus te impedire poteſt,ſi alio fluxum aquæ, quàm in eius tectum tu auertas, cùm ſibi vtile ſit aquam recipere. Exemplum dat Accurſ.in illa gloſſa in fi.de ciſterna, quæ ex tuo tecto repleri aſſueuit: id enim ſtillicidium,auertendo in iniuriam vicini, impedire non potes: isq́; vicinus ſtillicidij non auertendi ſeruitutem habet. Cepol.tracta.ſeruitu. c.xxix. aliud dat exemplum prati contigui imbuendi ex eo tuo ſtillicidio. Alia autem plura dari poſſunt, vt piſcinæ replendæ, aut aquarij familiaris conſeruandi: Item latrinarum abluendarum, aut hortorum aquandorum cauſa: & alia quæ vtilia ſunt. nec minus fauoris præ ſe fert hæc negatiua,quàm ſuperior affirmatiua: adeo, vt ſi ſtillicidium interturbatum ſit vetuſtate aut caſu, is,qui aquas debet recipere,dominum ſtillicidij, iure coget,vt id in primum ſtatum reponat ſarciatq́; ſuo ſumptu.l.& ſi forte.§.etiam. & l.ſicuti autem.in prin.ff.ſi ſeruit.vend.Econuerſo,ſi mihi vtile non eſt,nihil teneor tuas aquas recipere in aream meam, quæ regulariter debet eſſe libera vſque ad cœlum.l.altius.C.de ſeruitutib.& aqua.Idq́;,niſi ſeruitutem debeam,& niſi tibi liberum ſit,ſtillicidium tuum in regionem meam auertere. Cuius tamen ſeruitutis,prout nec cæterarum,vſum inuertere non licet:ſed eo modo,quem docuit vſus aut conſtitutio, duntaxat vtendum eſt.l.qui per certum locum.à contrario ſenſu.ff.com.prædio.Item & ſeruitute quis vti debet eo modo,quo minus nocere videtur. l.ſi mihi conceſſeris. cum l.ſeq.ff.de ſeruitutib.titu.gene.Ecce,ex tegula ſtillicidium fluxit hactenus: ſi tu tabulatum ædifices, ex eoq́; in tectum meum fluere aquæ incipiant, quia grauior multò ſeruitus efficitur, id pati non teneor. text.eſt in l.ſeruitutes quæ in ſuperficie. §.ſi antea.ff.de ſeruitutib.vrba.prædio. Tabulatum,vt id obiter dicam, id eſt, quod nos ſolarium ſiue Terraſſe dicimus, ſumma & plana ædificij ſuperficies tabulis aut quadratis lapidibus conſtructa.ex eoq́; aqua in vnum confluit. Leuior certè ſeruitus eſt, ſi ex tegula & ex alto cadat, quàm ſi in vnum & ex tabulato: qui fluxus grauior eſt, cùm pro ſtillicidio flumen excipiatur. Ideo illius modum variare, vt nociuum eſt,ita & non licet.l.ſi.ff.de aqua quotid.& æſti.& d.l.& ſi forte.§.etiam.verſ.modus. & l.quod in hærede.§.eligere.ff.de tribut. Quòd ſi variando nihil vicino officiatur, id liberè fieri poteſt. Leuius etenim aut æquè facere poſſumus:acrius autem non poſſumus: & omnimodo ſciendum eſt, meliorem vicini conditionem fieri poſſe,deteriorem non poſſe.verba ſunt tex.in d.l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§.ſtillicidium.

Seruitutis vſus nõ debet in grauiorem modũ conuerti.

Tabulatum quid ſit.

Aqua cumulatio aut proiectio è ſuperiore ĩ inferiora.

SECVNDVS caſus principalis eſt, cùm aqua aut cumulatur aut proijcitur è ſuperiore in inferiora,vicinoq́; nocet,muri,ob immenſum humorem,aut aëris, ob fœtorem,corruptione:idq́; niſi ſeruitutis iure non licet.l.fiſtulam.in princ.ff.de ſeruitut. vrba.prædio.& d.l.ſicuti autem. §.Ariſto. & caſus eſt ſtatuti noſtri. Iure communi, non ita ſimpliciter abſoluitur.Nam ſi habitari commodè non poteſt, niſi aquam effundendo,aliusq́; non ſit locus,ex quo effundi poſsit,& lex huius non inueniatur, naturali ratione dictatum eſt,aquam inferiorem partem ſequi,hancq́; partem ſuperiori ſeruire:ne ſuperiorum ædium dominus inutilem habitationem habeat.tex.eſt expreſſus in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arc. Veruntamen poterit vicinus effuſorem cogere incilem canalem ſuo ſumptu ædificare,vt hac deriuetur aqua,fiatq́; eius fluxus innoxius. cuius meminit text.in l.j.§.incile. ff.de riuis.& in l.j.§.caput aquæ. ff.de aq.quotid.& æſti.

Aqua fluxus incili fit innoxius.

æsti. Quòd si alioqui commodè potest per superiorum ædium dominum habitari, id licitum nullo modo est. l. pe. ff. de iniur. Idem si vltra modum effundatur. d. §. Aristo.

Aqua fluxus in præd. rust. In prædijs rusticis diuerso iure vtimur: & incommoda aquarum nocentium cum alio commodo compensamus. Sicut enim pinguedo terræ ad inferiorem agrum decurrit, ita etiam aquæ ius etiam noxia defluit. d. l. j. §. fin. ff. de aq. plu. arc.

AV PRYS.

Puteum in area mea libere possum aperire. Pro his textus est in l. is qui in puteum vicini effuderat. in princi. ff. quod vi aut clam. Contra, si in domo mea puteum aperio: quo aperto venæ putei tui præcisæ sunt, & arescit: an tenear? Trebatius ait, non teneri me damni infecti. neque item existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua iure meo vsus sum. verba sunt tex. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infect. facit l. meritò. ff. pro soc. Cauendum tamen est, ne id animo nocendi fiat, quo casu de dolo actio competit damnum passo. l. j. §. denique. ff. de aq. plu. arc. eius tamen doli intentio non nisi ex magna & euidenti causa præsumitur. d. l. merito.

§. CCCCCX.

Qvand aucun fait edifice & repare son heritage, son voisin luy est tenu de donner & prester patience à ce faire, en reparant & amendant diligemment par celuy qui edifie ce quil aura rompu, desmoly & gasté à sondit voisin. Et ne peult pource le reedifieur acquerir droit de possession contre ne au preiudice de celuy qui ha souffert ladite reparation ou edifice.

Ædificanti vicinus præstare patientiá tenetur.  Virem siue publicam siue priuatam reficiunt, id sine damno vicinorum facere debent. l. qui vias. & l. fluminum. in princ. ff. de damn. infect. Nec tamen prætextu metus futuri vicinus prohibere potest, quin in suas ædes reficiens veniat, rescindat pauimenta, & alia faciat, quæ necessaria sunt ad opus, quod aut extruitur, aut reparatur. l. j. in princip. & §. quod ait. vers. vnde Flauius. ff. de cloac. Et licet ædificiorum etiam priuatorum causa fauorabilis sit siue illa fulciantur. l. in hanc stipulationem. ff. de damn. infect. siue reficiantur. l. si ædibus meis. eo. tit. tamen iure communi multum retulit, an quod, aut fulcitur, aut reficitur publicum sit, an priuatum: quia priuati nomine de damno futuro cautio præstanda est. d. l. fluminum. in princ. Ob publicam autem reparationem factam autoritate aut principis aut prædis vtiliter, nullo modo cauetur: sed vicini debent præstare patientiam. l. si finita. §. si publicus locus reficiatur. eo. tit. secus erit, si id fiat, etiam in publico, ad priuatam tamen vtilitatem. quia tunc cauendum erit. d. l. si finita. §. siue autem quis muniat viam. *Ædificanti quando cauendum est vicino.* Et quamuis iure ciuili per agrum alienum, qui seruitutem non debet, ire vel agere minimè liceat. l. per agrum. C. de seruitu. & aq. & §. feræ. vers. planè. Institut. de rer. diuis. Nec item de iure diuino, si dominus prohibeat: aut etiam si non prohibeat, sed si huic noceat. vt notat. in c. j. distinct. prima. veruntamen plura contingunt, quibus id liceat, etiam inuito domino: id tamen ferè semper cautione prius præstita: nisi cùm via publica fluminis impetu vel ruina amissa est. Eo enim casu vicinus viam *Vicini agrū quā ingredi liceat, extra seruitut.*

gratis

gratis præstare debet.l.si locus.§.fi.ff.quemadmo.seruit.amitt. item & cùm quid publicum in publicam vulitatem reficitur. d.l.si finita. §.si publicus. Quòd si cloaca aperitur & reficitur,vicinum pati oportet, etiam in ædibus suis necessaria huic reparationi fieri , cautione tamen præstita : quæ committi non dicitur , si pauimenta rescindatur,modò paratus sim id restaurare,quod ex necessitate reficiendę cloacæ caussa dirutum est. verba sunt text.in l.j.§.quod ait. ff.de cloac. Alio casu Trebatius refert, cùm Tyberis inundasset, & res multorum multas in aliena ædificia detulisset, interdictum à Prætore datum,ne vis fieret dominis,quominus sua tollerent & auferrent : si modò damni infecti reptomitterent.verba sunt text.in l.hoc amplius.§.de ijs autem.ff.de dam.infect. Item si ædes corruerint in aream tuam,velimq; rudera egerere (quæ sunt fragmenta , siue materia diruti ædificij) id mihi permittendum erit: non tamen aliter,quàm vt futuri damni nomine caueam, & omnia, idest etiam quæ sunt inutilia auferre.text.est in l.Prætor ait.§.vnde quæritur.eod.tit. Item si glans ex arbore mea in fundum tuum decidit, tibi immisso pecore depascere non licet:sed vt aliam materiam delatam in agrum tuum me auferre pati teneris,si damni infecti cauero.text.est in l.Iulianus.§.glans ex arbore.ff.ad exhib. Glandis enim vocabulo cæteros fructus omnes lex intellexit , hosq; colligenti vim fieri vetuit prætor. l.vnica. ff.de Gland.leg. Hic postremò attende, an cùm statuentes his omnibus, quibus lex voluit,reficientem summiserint,præterquam cautioni, an illa peti possit:videriq; rem iuris communis dispositioni relictam,cùm nihil statuto super ea cautum sit: tantum enim constitutum est damni nomine teneri reficientem.

Cloaca reficiendæ caussa vicini pauimenta rescindi possunt.

Rudera tollere ex vicini area licet.

Glans quid.

§. CCCCCXI.

ENTRE vn four & mur commun doit auoir demy pied desspace vuyde , pout euiter le danger de la chaleur & inconuenient du feu.

NON LICET , inquit Proculus, tubulos habere admotos ad parietem communem : sicut nec parietem quoque suum super parietem communem. De tubulis eo amplius ius est , quòd per eos flamma torretur paries. l.quidam Hyberus.in princ.ff.de seruitutib.vrba.prædio. Tubuli enim à tubo, qui fictilis canalis est,per quem aqua deducitur,à tumore dictus ex Cicer.lib.ij.de Legib. Et cùm pluribus alijs vsibus accommodari possint,aut fumo circunducendo, aut igni continendo ad vsus balnearios,ea dictione propriè vsus est Proculus. Furni autem meminit Vlpianus ad statuti nostri casum in l.si seruus seruum. §.si furnum secundum parietem communem habetes.ff.ad leg.Aquil.vbi in factum actio datur, si exustus paries sit. Quòd si nondum damnum datum sit , ob iustum ignis metum de damno futuro satisdatio danda est,aut furni ædificium diruendum est.l.fluminum.§.præterea si furni.ff.de damn.infect. Nec ita cæterarum rerum,quæ periculum non habent, vsus à pariete communi interdicitur. Scalas enim liberè possum ad parietem communem habere,quia remoueri possunt, si ædificandum sit:item & cameram ex figulino opere factam,si non impediat refectionem parietis.l.fistulam. §.penul.& fi.ff.de seruit.vrba.prædio.

Tubuli qui sint.

Furni vicinia noxia.

Communi parieti quæ admoueri solent.

§. CCCCCXII.

IL EST loisible à vn voisin contraindre ou faire contraindre par iustice à faire ou faire refaire le mur & edifice commun pendant corrompu dentre luy & son voisin & den payer sa part chacun selon son heberge, & pour telles pars & portions que lesdites parties ont & peuuent auoir audit mur & edifice moytoien.

Sociorum utriq; licet alterum cogere ad reparationem prorata.

LEX CIVILIS idem edixit, si parietem communem reficere, vel demoliri, vel si quid in eum immittere opus est. l. si ædes communes. ff. commu. diuid. Imo eum, cui ædes cum alio communes sunt, quæ suis ædibus proximæ & ruinæ periculum exhibent, caueri de damno infecto à socio petentem repulit: cùm habeat ius partem suam reficiendi, & socium propria actione cogendi. l. si ædibus meis. ff. de damn. infect. Quòd si socius velit nouum quid ædificare, etiam si vtile sit non admittitur, l. Sabinus ait. ff. commu. diuid. rem tamen communem cessantem nouo ædificio restituere potest, & à socio partem impensæ consequi, l. si fratres. §. idem respondit. j. ff. pro soc. diximus suprà, §. ccccciiij.

§. CCCCCXIII.

QVAND moulin, estang, maison & autres choses sont communs à plusieurs personnes, & il y fault reparations, appoissonnemens ou refections necessaires à faulte desquelles ledit heritage puisse cheoir en ruine & decadance, lun des personniers peult sommer iudiciairement lautre à contribuer esdites reparations necessaires, à fin de les entretenir & remettre en leur nature & vsage: & sil ne le veult et delaye le faire, lautre personnier peult dedens deux moys apres ladite sommation, notification de louurage, accomplir & fraiz quil conuiendra faire & sommation de payer faire ladite reparation, et prendre tous les proufits desdites choses communes, iusques à ce que par les autres communs il ayt esté rembourse de leur part et portion de ladite reparation, lesdits fruits pour rien contez audit remboursement. mais sil faisoit reparer sans faire ladite sommation, les autres personniers ou communs en payant lesdites reparations pour leur portion auront leur portion des fruits sans diminution.

HAEC

HAEC forma de verbo ad verbum per Philip.Imper. præſcripta fuit : in l.ſi vt proponis. C.de ædific.priuat. præterquam quòd loco duorum menſium, quatuor ille dedit ex oratione diui Marci,quam repetit Papinian.in l.ſi fratres. §.idem reſpondit,ſocius qui ceſſantis. ff.pro ſoc. & eo reſpectu lex ciuilis ſtatuto erat benignior. Illa tamen dominio ſocium contumacem,etiam ſi poſſeſſor maneat, excluſit : eſtq́; vnus de caſibus quibus ſine poſſeſsione transfertur dominium. vt per glo.in d.§.idem reſpondit.in verbo,dominium.ibi, item quid de poſſeſsione ? cæteri caſus enumerantur in l.j.§.veteres.& in l.cùm hæredes. ff.de acq.poſſeſſ.& in l.commiſſa. ff.de public.& vectigalib.& in l.j.ff.de iur.fiſc. Hoc verò ſtatuto, dominium ſocius negligens retinet,poſſeſsionemq́; duntaxat amittit vtique reuocandam à ſocio, qui expenſam fecit,quotiens ille indemnis fiet.& in eo ſtatutum lege mitius eſt.ſuprà diximus §.ccccciiij.

Socius quœri gore temporis et pœna repetat impenſa in reparanda re communi.

Dominiũ ſine poſſeſſione quaris.

§. CCCCCXIIII.

ET SI leſdites reparations communes ſont faites en choſes ou il ny ayt aucuns fruits,comme gros murs,et autres ſemblables, & il y ayt eu ſommation iudiciaire de contribuer, apres laquelle lun deſdits perſonniers en refus ou demeure des autres ayt fait faire ladite reparation neceſſaire,ſi vn an apres ladite reparation faite & notification auec ſommation de payer,et certification des fraiz de louurage, leſdits communs nont rembourſé leurſdits perſonniers de leur part & portion deſdites choſes reparees : icelle part & portion eſt & appartient en proprieté à celuy qui aura fait faire ladite reparation,& ſen peult dire ſaiſi & veſtu.

STATVTVM hoc magis iuri communi arridet in eo, quòd dominium reficienti adiudicat,per ea quæ ſuperiori §.notauimus. duntaxat loco quadrimeſtris annus prçſcriptus eſt expenſæ contribuendæ. Hi duo §§.mihi non videntur hic aptè inſcripti , cùm ſuperiori titulo Des communautez magis conueniant. Ea enim quæ lex ciuilis de his diffiniuit,aut titulo de ædificijs priuatis,aut pro ſocio inſerta ſunt.

§. CCCCCXV.

TOVS manans & habitans ou ayans maiſons en villes cloſes ſont tenus dy faire conſtruire & entretenir latrines & chambres aiſees : & à ce ſont contraints par prinſe & exploitation de leurs biens meubles & immeubles,arreſts de louages deſdites maiſons, & autres manieres deües & raiſonnables. Et ſi aucun eſt trouué

portant, iettant, ou ayant porté immundicitez ou ordures deuant la maison dautruy, places ou rues vuydes, il est pour la premiere fois condemné en lamende de sept solz tournois : pour la deuxieme fois quatorze solz tournois: & pour la troisieme fois, en amende de vingt & vn solz tournois. Et le semblable est obserué contre ceux qui iettent immundicitez cõtre les portes desdites villes.

Latrina. Lauatrina. Cloaca.

LATRINAE vocabulum contractum est, cùm Lauatrinæ olim dictæ sint, vt dicit Varro lib. primo de Analogia. Aliàs Cloaca à cluendo, id est purgando, inquit Festus. Horum cura olim publica fuit, cùm de nouis faciendis quæreretur. Aedilium munus fuit id iubere immundè agentibus, & non permittere stercora proijci, aut morticinia aut coria iacere in vijs. verba sunt text. in l. penul. in fi. ff. de via publ. possunt item ædiles ius nouam cloacam struendi concedere petentibus. l. fi. in fi. ff. de cloa. Cætera autem curauit prætor, scilicet, vt illæ purgentur & reficiantur : quorum vtrunque ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cœlum pestilens & ruinas minantur immunditiæ. verba sunt text. in l. j. §. j. versic. curauit. ff. illo tit. Iccirco res publico tributo acta est: quod quidem cloacarium appellatum est. l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct.

Latrina. cura Aediliũ fuit.

Immũditias quæ sequantur.

Fœtida in uias eijci nõ debent.

PRO statuti posteriori dicto de eiectis tex. est in l. penul. ff. de iniur. exponi etenim non debent stercora aut morticinia locis publicis aut priuatis, ne eo odore fœtido fiant pestilentiosa. dicit tex. in l. Prætor ait. §. idem ait si odore. ff. ne quid in loc. publ. & glo. notabilis in l. si opus. §. in opere. ff. quod vi aut clam. in verb. tam soli. ibi, quia aërem corrumpit apponendo stercus. facit tex. expressus in d. l. pen. in fi. ff. de via pub.

Sterquilin. in publico.

ADDO hic sterquiliniũ in publico loco haberi non licere: quòd si contra factum sit, id interdicto, Ne quid in loco publico fiat, tolli solere. l. si quãdo. §. fi. ff. si serui. vẽd. aut alio interd. vt factum tollatur. l. ij. §. ait Prætor, quod in via. ff. ne quid in loc. pub.

§. CCCCCXVI.

ON NE peult faire retrait & aisance contre mur commun dautruy sans y faire contremur de pierre, de chaux & sable dun pied despais, pour euiter que la fiente ne pourrisse ledit mur, sil ny ha tiltre au contraire.

Murus uicini sterquil. aut humore non corrumpendus.

SECVNDVM cuius parietem (inquit Alphenus) vicinus sterquilinium fecerat, ex quo paries madescebat: Consulebatur, quemadmodum poterat vicinum cogere, vt sterquilinium tolleret? respondi, Si in loco publico id fecisset, per interdictum cogi posse: vel si in priuato, de seruitute agi oportere. l. si quando inter ædes. §. fi. ff. si seruit. vendi. facit tex. in l. fluminum. §. idem Seruius. ibi, si autem aqua vitiasset fundamenta, & sic ædificium corruisset. ff. de dam. infect. & l. fistulam. in princ. ibi, sed Neratius ait, si talis sit vsus tepidarij, vt assiduum humorem habeat, & ideo noceat vicino, posse prohiberi eum. ff. de seruitu. vrba. prædio. ad idem tex. est in l. fistulas. ff. si seruit. vend.

§. CCCCCXVII.

SI VNE maison est diuisee entre plusieurs y ayans droit, en telle maniere que lun ayt le bas, & lautre le dessus, celuy qui ha le bas est tenu dentretenir & soustenir les edifices estans au dessouz du premier plancher, ensemble iceluy premier plancher.

HAEC ex textu in l.hoc amplius.§.quæsitum est, si solum alterius sit, & superficies alterius.ff.de dam.infect. & vera sunt, dummodo, qui superius ædificium habet id non adeo eleuet, vt grauiore sarcina inferiora ædificia oneret, quàm pati possint. verba sunt text.in l.cuius ædificium superius est. ff.de seruitu. vrba.prædio. Alioquin autem inferiorum ædium dominus iure seruitutis superiora ferre tenetur: & fundamenta, item & contignationem inferiorem ex assato contabulamento aut ex lutamento factam conseruare, & alia quæcunque sarta tecta habere, quibus superius subsistat.l.cum debere.ff.illo titu.& l.& si forte. §.etiam de seruitute. & §.& Gallus.si seruit.vend. *Ædiũ inferiorũ dominus ad quæ teneatur.*

§. CCCCCXVIII.

ET CELVY qui ha le dessus est tenu de soustenir et dentretenir la couuerture & autres edifices, ensemble le paué & quarclis dudit plancher, s'il ny ha conuention au contraire.

HOC EX superioribus satis consequitur, vt quemadmodum inferiorum ædium dominus ad conseruationem superioris tenetur sua sarta tecta habere: ita & superiorum dominus debet conseruare tectum, suggrundia, tabulatum, siue contabulationem, quæ suprà contignationem solet apponi, & cætera alia quæ sua sunt, & quibus vtitur.d.l.hoc amplius. §.quæsitum est.ff.de dam.infect. Nec ferendus erit, si quid ruptum negligat, quod aut fundamentalem murum inundet, aut quid aliud inferioris ædificij corrumpat.l.fistulas.ff.si seruit.vend.tenebiturq; reficere, aut totas ædes pro derelicto habere, hisq; carere commodo inferiorum domini.l.& si forte.§.& Gallus.& §.Labeo.ff.si seruit.vend.l.Prætor ait. in fi.ff.de dam. infect.& not.in l.si vt proponis. C.de ædif.pri.glo.in l.hoc amplius. §.quæsitum. in verb.mittere.ff.de dam.infect. *Ædiũ superiorũ dominus ad quæ teneatur.*

§. CCCCCXIX.

AVCVNS en place vuyde, soit in vrbano fundo, vel rustico, par quelque laps de temps que ce soit, ne acquierent droit de seruitude, possession et saisine: & iasoit ce que lesgout ou esuier dune maison descende en ladite place, ou que lon aye veüe sur icelle, ou que lon aye passé & repassé, venu, allé par aucun temps, pour-

tant neſt acquis en ladite place ou champ vuyde aucun droit de ſeruitude,quelque laps de temps que ce ſoit, ſinon quil y euſt tiltre au contraire, ou que es choſes deſſuſdites y euſt eu contradiction:& apres icelle iouiſſance de trente ans.

Seruitus nõ quæritur in dirutũ ædificium.

CASVS eſt expreſſus l.ſi aliena res.§.hoc iure vtimur.ff.de vſucap. vbi ſeruitutes per ſe, & ſine ædificio nunquam vſucapi poſſunt: cum ædificio verò poſſunt. Ideo quandiu dirutum manet,ſiue auertendo ſtillicidio, ſiue lumina immittendo, ſiue eundo aut redeundo, alij de nouo ſubijci non poteſt. Seruitus enim non ea leuitate quæritur,vt ſatis ſit ea vtcunque vti:ſed neceſſariò ædes vtriuſq; tam quærentis quàm patientis ſubſiſtere oportet.d.§.hoc iure.& l.quędam.ff.de acq. rer.domi.facit l.& ſi forte.§.hæc autem actio.ff.ſi ſeruit.vend.

Seruitus amittitur diruto ædificio.

NON idem in libertatis quæſtu in quibuſdam caſibus dicendum eſt: vt ſi, cùm ſeruitutem tibi deberem, ne mihi liceret altius ædificare, per longum tempus altius ædificatum habuero,ſublata erit ſeruitus: & mihi quæſita libertas, etiam ſi ædes tuæ ruderibus iaceant.text.eſt in l.ſequitur.§.ſi.ff.de vſucap.

Seruitus nõ amittitũ non vſu.

CONTRA eſt in ſtillicidio. Nam ſi dirutum ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit,& aliquando reſtituatur, vtilitas exigit, vt idem intelligatur. verba ſunt text.in l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§.ſi ſublatum ſit. ff.de ſeruit.vrba.prædio. Idem in cæteris dici poteſt per rationem præclari text.in l.vnus ex ſocijs.§.fi.cum l.ſeq.ff.de ſeruitutib.ruſtico.prædio.qui textus in ruſtico prædio ſpeciales ſunt:vt ſi fons exaruerit, ex quo aquæ ductum habeo,iſq; poſt conſtitutum tempus ad ſuas venas redierit,ductum mihi reſtitui Cæſar Stabilio Tauro reſcripſit.vt in l.& Attillicinus.eo.tit.

Seruitus amittitur aut quæritũ poſt contradict. etiam diruto ædificio.

BOER. apud Bituriges in titul.de præſcrip.§.v.qui idem ſtatutum continet, poſt diffusè tractatam ſeruitutum præſcriptionem, confirmat limitationem quæ hoc noſtro ſtatuto in fi.data eſt in prohibito altius ædificare, aut proſpectum aut viſum ſibi aptare: quia ab ea prohibitione præſcribitur. Idq; aſſerit Accurſ.in glo.in verb.formam.ibi,decennium tamen incipit currere ab eo tempore, quo vicinus cœpit ædificare,& tu prohibuiſti iure huius ſeruitutis.in l.qui luminibus. in princip.ff.de ſeruit. vrba.prædio.text.addo præclarum in l.hæc autem iura. ff.illo titu. Alioquin autem ſtatus & forma antiquorum ædificiorum omnino obſeruari & cuſtodiri debent: dicit text.in l.qui luminibus.ſuprà alleg. Idq; verum eſt, etiam ſi per mille millia annorum ceſſatum ſit à reædificando.vt expreſsè dicit Accurſ.in eadem glo.in fi.

§. CCCCCXX.

QVAND aucun mur eſt commun entre deux voiſins,et lun deſdits voiſins ha terre de ſon coſté plus hault que ſondit voiſin, celuy qui ha ladite terre haulte eſt tenu de faire contremur contre ledit mur commun de ſon coſté de la haulteur deſdites terres, pour euiter quelle ne pourriſſe ledit mur commun.

EADEM


ADEM ferè sunt, murum vicini mei solario meo altiori corrumpere: vt hic,& in l.cuius.ff.de seruitutib.vrba.prædio. Et tam altè fodere in meo,vt paries suus stare non possit.vt in l.fluminum.in fi.vers.si tamen tam altè fodiam in meo,vt paries tuus.ff.de damn.infect. Neuter enim ex sociis parietem communem premere debet.l.ex damni.§.j.vers.quòd si quia alter illo titu. Neque licet in suo secundum vicini parietem sterquilinium facere,ex quo vicini paries madescat. Quòd si actum sit, aut damni infecti, aut negatoria seruitutis agi potest. l.si quando. §.fi.ff.si seruit.vend.

Paries vicinus solario, aut fossa, aut sterquilinio corrumpi nō debet.

§. CCCCCXXI.

LA RAPPORT de iurez deüement fait, & par autorité de iustice parties presentes ou appellees de ce qui gist en leur art & industrie,foy doit estre adioustee,s'il nen est demãdé lamendemẽt.


HI MENSORES sunt,siue machinarij, siue agrarij,non tantum à metiendo dicti, sed ab æstimando: & non semper decempeda aut pertica metiuntur aut diuidunt,sed æstimant sæpius. Metiri enim æstimare est. Sunt item architecti, structores siue redemptores: Item & Tabularij, qui dimensionis rationem solent subducere, quos Accurs.falso putauit Tabelliones esse: Aliiq; similes, quos, si de ædificij mensura,siue itineris latitudine, aut de seruitute immittendi proijciendiq; quæratur,aut quauis alia re,quæ mensura aut iudicio æstimatorio expeditur,solemus consulere: hisq; fidere,si huius, quod referunt, artem ipsi norunt, & inter sui similes coniecerint. Nam, vt inquit Aristotel.lib.iij. Politicor.quemadmodum medicum oportet approbare actiones suas inter medicos tantum: sic & alios artifices inter sui similes.facit tex.in l.si mensor.in fi.cum l.seq.& l.fi.ff.si mens.fals.mod.dix. Solet autem ab his iusiurandum exigi etiam in ea arte iuratis. c.proposuisti.de probat.glo.in c.penul.in verb.pars.eo.tit. facit text.in l.hac edictali. §.his illud. C.de secund.nupt. Ratiocinantur illi duntaxat intellectus iudicio:nec de facto deponunt, aut testes propriè non sunt. Iccirco dicit Bald.in d.c.proposuisti. hos nihil contineri statuto pœnam falsis testibus infligente, cùm falsum propriè referre non dicantur, & credulitatis tantùm,non autem simpliciter veritatis testimonium ferant:per not.in l.j.in princ. ff.de vent.inspic. Quòd si fefellerint,lex ita subduxit negotium. Aut calliditate, aut imperitia, aut negligentia mensoris aut artificis res tractata est: Primo casu, prætor in eum qui dolo rem peregit, animaduerti voluit. Cæteris verò casibus, si imperitè aut negligenter versatus est mensor, subdistinctum est, eum scilicet, in quem partes mutuo consenserunt, à pœna securum esse: quia sibi imputent qui talem adhibuerunt.l.j.§.hæc actio.ff.si mens.fals.mod.dix.& §.fi.Instit.pro soc.& l.prima. §.is quoque. ff.de actio.& obligatio. Quòd si à iudice datus sit artifex, de imperitia aut negligentia tenebitur. l.si duobus mandauero. §.idem Pompo.scribit. ff.si mens.fals. mod.dix. SOLI autem,etiam iuratissimo credi perrarò solet.vt per Abb.& Areti. in d.c.proposuisti. nisi sit electus à partibus. l.si irruptione. §.fi.ff.fin.regundo.& arg. l.Theopompus. ff.de dot.præleg. NOTA postremò, superiorum siue mensorum, siue Tabulariorum sententiam efficacem non esse, nisi prætoris iudicio comprobata sit partibus auditis, quarum altera potest impedire, & petere vt emendetur quod ab his

Mensores machinarij aut agrarij. Metiri quid. Tabularij.

Artifices inter sui similes cōferant.

Mensores nō deponunt vt testes.

Mensores, si fefellerint, quomodo puniantur.

Mensori soli nō creditur. Mensorū sententia nisi à iudice probata non attenditur.

his pronunciatum eſt, aliiq́; committantur. idq́; ſtatutum noſtrum exprimit, ibi, ſil nen eſt demandé lamendement. Quòd ſi ſemel iudex comprobauerit menſorum ſententiam, hanc ſequi neceſſe eſt. hæc probantur in l.inſtar. de iur.fiſc.lib.x. C.vbi tabularios eos eſſe videre poteris, quales ſuprà diximus.

DE PRINSE DE BESTES.

TITVLVS XXXII.

§. CCCCCXXII.

EN PRINSE de beſtes celuy qui les prend en faiſant dommage en ſes prez ou autres heritages, ou les ſuit promptement & incontinent apres ledit dommage, il ſera creu de ſa prinſe & ſuite, en monſtrant la diligence quil ha faite dauoir prinſes les beſtes, comme de les auoir menees & rendues à iuſtice ou à ſon hoſtel, ou auoir prins gage ou pleige: & le maiſtre de la beſte ſera creu du dommage que ſa beſte aura fait. Toutefois ſi le demandeur veult prouuer de plus grand dommage, que le defendeur ne dira, il ſera receu auant le ſerment, ſi le demandeur offre faire ladite preuue, & il afferme le dommage exceder la ſomme de cinq ſolz tournois.

DOMMAGE.

Pecoris depaſcẽtis damnum quomodo æſtimetur.

DAMNI ſuſcepti iudicium non ſemper fit æſtimando tantùm id, quod aut depaſtum aut corruptum eſt: vt ſi frumentum in herbis ſit, non herbæ præſentis, ſed grani, quod ſperabatur, fiet reputatio. l.ſi ſeruus ſeruum. §.ſi oliuam immaturam decerpſerit, vel ſegetem deſecuerit immaturam, vel vineas crudas. ff.ad leg.Aquil. facit optimè in argu. l.ex hac lege.in fi.ibi, & operarum amiſſarum, quaſq́; quis amiſſurus eſſet, inutilis factus.ff.ſi quad.paup.feciſſ.dic.

RENDVES A IVSTICE OV A SON HOSTEL.

Pecus alien. quomodo ſit prehendendum in fundo alieno.

IOAN. FAB. in princ.Inſtit.ſi quad.paup.feciſ.dic.multa huc pertinentia diſſerit. Pet.Iacob.tit.de act.de paup.verſ. Nunc eſt notandum, quòd ſi quis in fundo ſuo inuenerit pecus alienum. circa id enumerat nouem opiniones ſatis diuerſas. Hic non repeto ſigillatim. Illa tantum retuliſſe, quæ excepit vſus, ſatis eſt. Pecus alienum inuentum in fundo meo, mea autoritate prehendere in fundo ipſo mihi licet: extra fundum verò non licet, etiam ſi paulò antè exiit.arg. l.eſt differentia. ff.in quib.cauſ. pign.vel hypo.tac.contrah. Percutere autem comprehendendo, aut conſultò vehementius agere non licet. l.Quintus Mutius. ff.ad leg.Aquil. Neque item in locum anguſtum & difficilem id cogere.l.ſi boues alienos. ff.eo.tit. Retineri illud priuatim poteſt viginti horis.arg.l.capite quinto.ff.de adulte.& infrà horas xxiiij.loco iuris & publico

publico reddi debet.arg. l.interdum. §.qui furem. ff.de fur. Idq́; postremum verum est, si qui prehendit nesciat cuius sint animalia: vt per Bald.consil.35.vol.iiij. quia si dominus pecoris appareat, & petat id sibi restitui, auditur, si de damno dato emendando & de mulcta fisco quæsita soluenda caueat: alioqui autem audiendus non est. Et in simili, de ruderibus tollendis ex area aliena respondit Vlpianus in l.Prætor ait. §.vnde quæritur.ff.de damn.infect.facit l.ratis.ff.de incend.rui.& nauf. Nec tenetur damnum antè receptionem pecoris emendare, siue sit pecus immissum siue non sit: sed id ad iudicem reuocari oportet, cùm fiscus mulcta quæratur. vt per Io.Pet.de Ferrar.ad fi.suæ practicæ. Quidam tenent posse pecus retineri per eum qui prehendit, donec damnum sibi emendatum sit:idq́; innuunt verba statuti,ibi,ou auoir prins gage ou pleige. Iccirco, si pignoris receptio satisfactionis sit species, vt certè est, per statutum retentio permissa est, donec satisfactum sit. Et id probant text. in l.si non sortem.§.centum.ff.de condict.indeb.& in l.in rebus.§.fi.ff.commod. Id tamen non obseruatur, nisi quantum ad cautionem, quam reuera dominus pecoris præstare tenebitur: quòd si non posit, pignus subijcere potest, si pecus velit sibi restitui. In summa tenetur quoquomodo facere indemnes fiscum & prehendentem damni, quod pecus intulit, item & mulctæ fisco quæsitæ: idq́; est quod vulgo dicunt, gager lamende. Alia est via damnum per dominum fundi repetendi, vt scilicet ille animalia expellat è fundo suo, idq́; non vehementer: tum agat de damno dato contra horum dominum.idq́; apertè dicit text.in l.quamuis alienum.ff.ad leg.Aquil.

Pecus ĩ fundo alte. prehẽsum quãdiu posit detineri.

Pecoris prehensi damnum ad qua teneatur.

§. CCCCCXXIII.

PRINSE de bestes en garenne, est pour linterest du Seigneur de ladite garenne, pour la premiere beste sept solz tournois: & pour chacune des autres douze deniers tournois: en monstrant deüement de la prinse faite en ladite garenne, quand il en y ha plusieurs ensemble à vne prinse: & sil ne se veult charger de la preuue, il aura son interest selon larticle precedent, en ce non comprins lamẽde du Seigneur, laquelle est de sept solz tournois. & quand il en y ha vne seule, il y ha tousiours sept solz tournois.

GARENNE.

ID VOCABVLVM, Garene, mihi videtur ab obseruando compositum, quasi, Gardene: quòd in ea cuniculi, vt in aquario pisces, & in columbario columbæ priuatim obseruentur. Hi enim cuniculi ab occultis antris dicti sunt: eaq́; antra cuniculi propriè dicuntur. vt inquit Varro de Re rust.lib.iij.ca.xij. Inde cunicularia, quæ his locis effossis consistit: quæ loca dicuntur vulgo Clappiers: siue etiam ab animali dicitur cunicularia. Io.Fab.in §.feræ.num.2.ibi, hodie verò de consuetudine, per quam tolerantur garenæ. Instit.de rer.diuis.Bened.in repetit.sua in verb.& vxor.no.Adelas.num.869.& seq.& Boër.in addit. ad procemium commentariorum Dyni: in tit.de reg.iur.lib.vj.& alibi idem Boër.in titu.de consue.prædio.

Garene. *Gardene.* *Cuniculi.* *Cunicularia*

Cuniculas aliena cuniculari a prehendere non licet.

§.j.in glos. Nota quòd in septena Biturigum. referunt vsu Franciæ has cunicularias esse permissas : & iccirco in his venari, nisi domino consentiente, neminem iure posse : cumq; magis furari, quàm liberè venari, qui cuniculum surripuerit. Idem refert Guid.Pap.quæst.ccxviij.& Docto.in §.Pauonum.Instit.de rer.diuis. Sed hæc non est materia §.nostri. Hîc enim tantum taxatur plantarum cæduarum egerminantium depastus, qui maximi detrimenti est.

§. CCCCCXXIIII.

TAILLIZ & bois reuenans sont apres la couppe de garde trois ans & vn moys, en telle maniere que la prinse de bestes faite en iceux durant ledit temps, est de telle valeur & estimation comme celle de garenne. Toutefois si en garennes ou tailliz ou ioingnant iceux y ha chemin royal passant, lesdites bestes ne pourront estre prinses en passant seulement, pourueu quelles ny arrestent aucunement : & ne sera le Seigneur tenu faire telles preuues que en garennes. Mais sera creu le premier de la prinse par son serment, en monstrant de la diligence selon le premier article. Ausi si à lissue de villes & villages à vn trait darc aucuns soient nobles ou autres ont bois tailliz & reuenans iusques à deux septerees, ilz seront tenus les tenir clos & bouchez, autrement ilz ne peuuent vser de prinse de bestes, comme en bois tailliz : mais en pourront vser comme en simple gast dautres heritages.

Y HA CHEMIN ROYAL PASSANT.

Pastus aliena herba quomodo æstimetur.



EPOLA in tractatu seruitut.rustic.præd. C.de seruitu.iur.pasc.versi.quintò acquiritur.5.colum.id obuoluto sermone tractat. In summa, dicendum mihi videtur, quòd si herbam aut fructum fundi tui immisso pecore depasco, tempore non permisso : Item & si pecus immissum non sit, sed sine custode relictum fundum alienum ingredi & in eo damnum dare visum sit, vtroque casu damnum debet considerari. l.qui insulam. §.qui mulas. ff.loca.& l.fi.C.de pasc.pub.vel priua. lib.xj.C.Quòd si de via, aut traseundo depastum sit, etiam in fundo, idq; non deliberatè, sed aut necessitate, aut pecoris lasciuia, nihil attenditur : modò id fiat sine euersione & magno damno.vt per Bald.in c.j.§.fi.de pac.tenen. & Alber.de Ros.in l.fin. C.ad leg.Aquil. Item & nisi fundus in consepto sit. Quia si claustra huius reuulsa sint à domino pecoris, aut maiore molimento pecus sepimentum euaserit, id vltra depastum domino fundi iniutium est : secundum Ang.in l.falsus.ff.de fut.facit text. in d.l.fi.C.de pasc.pub.vel priuat. Alioquin autem modici detrimenti ratio non solet haberi, maximè in pastu, si domino pecoris prodest, & fundi domino non nocet. l.in creditore.in fi.ff.de euictio.& l.in summa.§.item Varus.ff.de aq.plu.are.

Pastus herba pecoris transeuntis.

Pastus cum claustri euersione.

§. CCCC

§. CCCCCXXV.

LES prez eſtans en praeries non bouchez ſont defenſables depuis la Noſtredame de Mars iuſques apres la faulx : & les prez portans reuoyeures ſont defenſables depuis ladite Noſtredame de Mars iuſques à la ſaint Martin dhyuer. Et y peult lon vſer de prinſe de beſtes : & de ladite ſaint Martin dhyuer en oultre non. Et au regard des pourceaux, ilz ſont de prinſe toute lannee. Et quant aux prez & praeries bouchees, & qui ont accouſtumé de leſtre, on y peult vſer de prinſe toute lannee.

DE HAC temporis præfinitione tractant Barto. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de no. oper. nun. & Cepo. tractat. cap. de ſeruit. iur. paſc. uerſ. Sed circa prædicta, communiter ſunt ſtatuta, quæ prouident in quo loco & in quo tempore licitum ſit paſcuari. His addo, quòd eo tempore ſi paſcua vtilia eſſe poſſunt animalibus, at certè dominis fundorum inutilia ſunt : & pro incultis & velut eremis eo tempore, quod vulgo dici ſolet mortuum: in hosq; liberè animalia immittere licet ex conſuetudine quæ fauorabilis eſt: vt dicunt Io. And. & Hoſtien. in c. dilecti. de arbit. Item & quæ nemini nocent, prohiberi non debent ei qui commodum conſequitur. l. in creditore. ff. de euict. *Tempus mortuum quo liberè licet in alieno depaſcere.*

§. CCCCCXXVI.

FRVITIERS, iardins, & vergers clos, & vignes cloſes ou non, ſont defenſables en toutes ſaiſons de lan & de toutes beſtes, ſur peine de lamende au Seigneur iuſticier, & intereſts des parties. Et ſi pluſieurs particuliers auoient vignes, iardins, vergers, & fruitiers ſouz vne meſme cloſture, il neſt loiſible à aucun d'eux y mettre paſturer ſon beſtail, quand ores il le vouldroit faire riere luy & en ſon propre heritage.

ID MERITO hortis conceſſum eſt, quæ delicijs & fructu omni tempore commendantur : ſecundum tex. in l. vſum aquæ. in fine. ibi, ad irrigationes agrorum vel hortorum delicias. C. de aq. duct. lib. xj. vbi per Luc. de Penn. Hi enim cùm præparentur in voluptatis & amœnitatis cauſam, ſintq; halantes floribus horti, vt inquit Vergil. Georg. IIII. fruſtra inſtruentur, ſi ab animalium laſciuia tuti non ſint. Solet enim lex delectamentum etiam ſolum conſiderare ſine fructu. l. numiſmatum. ff. de vſuf. Item & amœnitatem. l. æquiſsimum. in fi. ibi, vel inter dietas amœnas. eo. titu. Item voluptatem cum incerto fructu coniunctam. l. vſufructuarium. eod. titu. Illamq; delectationem fructum æſtimauit, etiam ſi plus impendatur, quàm recolligatur. l. ſtatuæ. ibidem. & not. Zaſ. in d. l. numiſmatum. *Hortorũ commendatio.* *Delectamẽtum à lege cõſideratur.*

§. CCCCCXXVII.

SI DEPVIS le premier iour d'Aoust iusques apres vendanges faites sont trouuez aucuns pourceaux & chieures esdites vignes, lesdits pourceaux & chieures sont confisquez, moitié au Seigneur iusticier & moitié au possesseur & iouissant desdites vignes. Et si lesdits pourceaux & chieures ne peuuent estre prinses, il est loisible les tuer: & en ce cas se partiront comme dessus.

Animalis abigendi è fundo suo modus.

LEGE ciuili, si quis in agro pecus alienum deprehenderit, illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset: quum si ex ea damnum ceperit, habet proprias actiones. Debet enim abigere sine damno, vel dominũ admonere, vt suum recipiat. verba sunt Pomponij, in l. quamuis alienum pecus. ff. ad leg. Aquil. facit l. Quintus Mutius. ibidem. Cepola in tracta. seruit. rust. prædio. tit. de seruit. peco. pasc. vers. superest alia quæstio. quæ vi. est tenet statuto posse permitti, pecus in fundo alieno repertum occidere, etiam si lex non admiserit. Benedict. in repetit. sua, verb. & vxo. no. Adel. nu. 870. notat neminẽ posse columbas, quæ ex alieno columbario euolare solent ad innocentis victus quæstum, iure occidere, etiam si in suo repererit. alleg. l. Pomponius scribit. §. idem Pompon. ff. famil. ercisc. Idem tenet, & obseruari solitum dicit Io. Fab. in §. apium quoque. Instit. de rer. diuis.

Animal an in fundo occidi possit.

§. CCCCCXXVIII.

PLANSONS sont defensables & de garde iusques à quatre ans inclusiuement de chieures, moutons, brebis, asnes & autres bestes, sur peine de lamende enuers le Seigneur iusticier, & dommages & interests des parties.

Salicti obseruatio.

QVVM hæc planta breui tempore naturaliter propagetur, curat hodie quilibet frequenti salicto viciniam opplere. Maxima autem cura esse debet, ne à brutis egerminans depascatur. Hoc statuto ea animalia exprimuntur, quæ magis nocent egerminantium depastu. Boër. in §. vij. tit. de consuetu. præd. caprarum expresso interdicto hircos contineri, etiam si specialiter de his nihil dictum sit. alleg. Ias. in l. si quis id quod. col. 5. vers. quid ergo si statutum. ff. de iurisd. om. iud.

Hircus capræ appellatione an contineatur.

§. CCCCCXXIX.

QVAND bestail est prins de iour en garde faite il y ha amende de soixãte solz tournois: de laquelle le Seigneur iusticier ha la moitié: & ha la partie interessee, oultre son interest lautre moitié.

INFRA, §. cccccxxxj. dicturi sumus cumulando materiam trium paragraphorum.

§. CCCCCXXX.

LE BESTAIL prins en garde faite de nuict, est confisqué moitié au Seigneur iusticier, & moitié à celuy qui le prend, oultre les interests & dommages de partie interessee.

SI QVIS, inquit Imper. ouium vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit, fisco illico vendicentur. l.j. de fund. & salt. rei domi. lib. xj. C. facit l. insignis autoritas. de pasc. pub. & priuat. eo. lib. NOTA hic ea grauius puniri, quæ noctu fiunt, cùm præuideri vix possint. c. si quis perfodiens. de fur. & eapropter pœna geminari solet: vt dicit Bart. in l. j. §. hoc Senatus. ff. ad Sylleia. & Salic. in l. fi. C. de his qui ve. ætat. impet. facit l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. Solent enim, quibus vitium in constituto est noctu esse paratiores, iuxta id Horatia. lib. Sermo. ij. *Noctu commissa grauiora.*

Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. Et aliud:
Obscuræ fures tempora noctis amant.

IDEO quædam noctu permittuntur quæ diu vetantur, vt furem occidere ex lege xij. tab. vt per glo. in l. itaque. in verb. vt lumen. ff. ad leg. Aquil.

ADVERTE hîc, An noctis tempus assumendum sit, prout ex Proculi sententia quidam ratiocinati sunt, in text. l. hæc verba. in princ. ff. de verbo. signific. Aut dies, inquit, aut nox est. Quorum posito altero, necesse est tolli alterum. Item sublato altero, poni alterum. Qua ratiocinatione, vbi sol aut nondum exortus est, aut occidit, nox dici debet. Ita notat Bald. in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthu. Sed in pœnis excipiendis & materia odiosa nox ita ampliari non debet, cùm quid temporis intermedij facilè dignoscatur. Nox autem est, cùm lux abijt & tenebræ aduenerunt, cumq; homo facilè cognosci non potest. d. c. si quis perfodiens. de fur. nam vt aurora diem inducit etiam ante solem: ita & tenebræ & caligo noctem etiam post solem. Illaq; fuit opinio Io. And. contra communem in c. si perfodiens. de homicid. Hoc apertè decisum est infrà, §. ccccccxxxiiij. secundum text. d. l. hæc verba. Plura huc pertinentia congessit Ang. in tracta. maleficio. in verbo nocte vt manda. dicturi sumus infrà d. §. ccccccxxxiiij. pro differentia lucis & noctis præclarus est textus in l. si communem. §. fi. ff. quemadmo. seruit. amitt. vbi, si is qui aquam nocturnam habet interdiu vtatur, amisisse videtur nocturnam qua vsus non est. *Noctis tempus quod sit.*

§. CCCCCXXXI.

ET EST dit garde faite, quand celuy qui est commis à la garde du bestail est trouué gardant le bestail en lheritage auquel le dommage est fait, ou que ledit gardien est pres dudit bestail, en maniere quil le puisse voir, & ne fasse diligence de le mettre dehors, ou quil meine & conduit ledit bestail audit heritage, ou quil lha declos & debouché en maniere que sondit bestail y puis-

ſe entrer, & apres au moyen de ladite ouuerture ledit beſtail y entre : Et au contraire, ſi aucun auoit declos & debouché ſon heritage, pour donner occaſion que le beſtail dautruy y entre, il eſt tenu à lamende de ſoixante ſolz tournois enuers le Seigneur iuſticier, & ne peult pretendre intereſt au beſtail qui eſt entré en ſon heritage.

Paſtu animalis quando turbata dici poſſit poſſeſſio.

ILLA eſt ſumma iniuria, quæ ex propoſito infertur. l. data opera. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. & ideo qui pecus in fundum alienum immittit, vt herbam depaſcat ſiue fundi ſepimentum euerſum ſit, ſiue non ſit, delinquere videtur, & ex delicto teneri. In eum item poteſt intentari poſſeſſorium, quod querimoniam vocamus, ob poſſeſsionis turbationem. alioquin autem, ſi animalia data opera immiſſa non ſint, ſed aut mala cuſtodia, aut laſciuia eo venerunt, admitti non debet interdicto agens : & ſe turbatum queri non debet : quia animal tantùm noxiam commiſit, dominus autem nihil in poſſeſsionem commiſit. In eum tamen, ſi animal receperit, propria fundi poſſeſſori competit actio de paſtu pecoris. l. qui ſeruandarum. in fi. à contrario ſenſu. ff. de præſcript. verb. Hodie plures hîc vicinos ſuos temere diuexant eo interdicto ſimplici paſtu fundato : eos tamen ſoleo repellere, niſi animalia ſcienter immiſſa & in paſtu dolo cuſtodita proponantur, aut ſi non immiſſa ſint, ſed cùm depaſcentia dominus viderit & non prohibuit. l. in delictis. in princ. ff. de noxa. actio. His enim caſibus interdicto agentes admittendos putaui hactenus. Turbæ enim, vt dicunt, perſonales ſunt. Animalia autem immittens, cùm ex delicto ſuo teneatur, non liberatur noxæ deditione & animalium traditione. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. ff. ad leg. Aquil. Idq́; tenet Ang. in princ. Inſtit. ſi quad. paup. fec. dic. facit text. in l. qui inſulam. §. qui mulas. ff. loc. Boër. idem tenet in tit. de conſuet. prædio. §. vij. in glo. ſed quid. Io. Fab. apertè contradicit in princ. Inſtitu. ſi quad. paup. fec. dic. num. 11. Sed prior magis æqua eſt, ſecundum Ang. & Boër. pro quibus facit text. in c. fi. de iniur. & dam. dat. Quòd ſi animalia tua, inquit, nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris, niſi ea dando paſsis damnum velis liberare teipſum: quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia, vel quæ conſueuerunt nocere fuiſſent : & quam debueras non curaſti diligentiam adhibere. Alius eſt & grauior caſus, cùm animal brutum liberum hominem occidit, an mori ex iudicio debeat, quem tractat Guido Pap. quæſtio. ccxxxviij. refertq́; ſe vidiſſe brutum reſti damnatum & collo obtorto pendens, quod infantem interemiſſet. Vide l. primam. in princ. & §. cùm arietes. & §. ait Prætor. & l. agaſo. & l. pe. & l. fi. ff. ſi quad. paupe. feciſſ. dic. & l. item ſi obſtetrix. §. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. & l. item Mela. §. item & cum eo. illo titulo.

Animal brutũ ſi occidit hominẽ quid iuris?

§. CCCCCXXXII.

ET QVANT aux amendes de ſept ſolz, et autres que en garde faite, ſi les Seigneurs iuſticiers ont accouſtumé les prendre plus grandes, ilz les auront. Auſsi ſi les ſubietz ont accouſtumé

de les

de les payer moindres, ilz nen payeront ſinon ainſi quilz ont accouſtumé.

HVIVS ſtatuti mentionem facit Io.Pet.de Ferrar.ad fin.ſuæ practicæ. Is qui addidit ad Pet.Iacob.in addit. ad titu.de act.de pauper.verſicul.alij dicunt, quòd ſi dominus pecoris. refert mulctas id genus regulariter ad ſeptem ſolidos taxari ſolere. Cauere autem maximè debet qui prehendit,ne quodam præſenti lucro contentus mulctam hanc fiſco quæſitam ſupprimat: ſciatq́; eum, qui venali diſsimulatione id admiſerit,grauiſsimo ſupplicio ſubiacere.verba ſunt tex.in l.j.in fi. de fund.& ſaltib.rei domini.lib.xj.C. *Mulcta fiſci non ſupprimenda.*

§. CCCCCXXXIII.

SI AVCVN heritage neſt ſuffiſamment clos & bouché pour empeſcher lentree du beſtail des circonuoiſins, leſdits circonuoiſins peuuent denoncer au Seigneur de les clorre dedens quarante iours. Et à faulte de ce faire, ilz peuuent de leur autorité clorre ledit heritage aux deſpens deſdits circonuoiſins.

PARIA ferè ſunt, ſi malitioſè in vicini inuidiam eius animalia in fundum meum abegero, vt capta in paſtu detineam: Aut ſi negligentius fundi conſeptum non refecero, vt ab animalibus tutum ſit: cùm horum nihil magis proprium eſt & naturale,quàm vagari. l.prima.§.in beſtijs. ff.ſi quad.pauper.fec.dic. & §.j.Inſtitut.eod.tit. Nec enim illa ſemper cuſtos retinere poteſt,cogereq́; viam ſequi. Ideo ſi conatu probabili vetuit,obſeruauitq́;, quæ eum obſeruare oportuit, non tenebitur.l.ſi ſeruus.§.is qui non prohibuit.à contrario ſenſu. ff.de noxalib. idq́; magis verum eſt, etiam ſi cuſtos præſens non ſit. l.falſus creditor. §.ſed ſi is qui indebitum.ff.de furt.ſibi enim debet imputare prædij dominus, qui id brutis patere voluit: quia occaſionem damni ſibiipſi dediſſe videtur: & iccirco damni æſtimationem ab alio conſequi eſſet iniurium. l.qui occidit. §.in hac. ff.ad leg.Aquil. Solet enim attendi in his dolus aut culpa: quæ ſi abſint, vtpote ſi prædium viam attingat, conſeptoq́; careat, loci iniquitati & vitio magis quàm animalium cuſtodi damni euentus debet imputari. text.eſt in d.l.j.§.j. ibi, quòd ſi propter loci iniquitatem. ff.ſi quad. pauper.feciſſ.dicat.vtrunque igitur tam dominum prædij, quàm cuſtodem obſeruare oportet,ne id contingat.Nam vtriuſque gratia hoc ſtatutum conditum eſt. *Animalia in ſuum fundũ dolo abegere, et fun. clauſum nõ habere, paria.* *Cuſtos animalium quã non tenetur.*

§. CCCCCXXXIIII.

EN LA ſaiſon que les bledz & autres grains ſont en terre & non cueillis,il eſt prohibé mener les beſtes paſturer es chemins & voyes publiques prochains deſdits fruits & bledz auant le poinct du iour:et de les y tenir apres le Soleil couché,ſur peine damende arbitraire.

IDFVIT ex omnium ferè sententia in l.hæc verba. in princ. ff.de verb.significat.& in c.si persodiens.de homicid.suprà diximus,§.cccccxxx.qui per præsentem declaratur: vt scilicet eo tempore, quo frumenta aut in herbis aut in aristis,siue maturis,siue immaturis,sunt,dient naturalem,non ciuilem dicemus

Dies naturalis quid. attendendum. Naturalis autem ille est, vt Censorinus tradit, ab ortu ad occasum. Ideo,nox incipit,vbi sol occidit, tametsi aliqua lux supersit. Item & dies tantum vbi sol exoritur, etiam prius albescente cœlo. idq; ita Bartolo visum est, in l.aut facta. ff.de pœn.& Alciat. in d.l.hæc verba. Post illa verò dissecta, ius commune erit sequendum,cùm statutum de eo nihil præscripsit.l.si cùm dotem.in princ.ff.sol.matri.& c.susceptum.de rescrip.lib.vj. Iudicis arbitrio concessum esse, quando in materia delicti dies aut nox incipiant,dixit Angel.in tractat.maleficiorum. in verb.de nocte.

Dierũ quot species. in ij.glo. Non congero hic quot sint dierum species,vt naturalis,vulgaris,artificialis, legalis,emergens,conuentionalis,& ecclesiasticus. lectorem remitto ad Tyraq.in titu. de ret.lig.§.j.glo.xj.num.3.vsque ad vij.

Fructus quã tẽpore obseruandi à pastu pecorũ. NOTO hic fructus maturos obseruatione maxima commendari. A vicinis autem à quibus liberi sunt,non tantùm tuti esse debent, sed & ab his etiam qui ius viæ, pecoris pascendi, aut ad aquam appellendi habent. nam his seruitutibus, maturitatis tempore ita liberè vti non licet. Cumq; siue noctu, siue interdiu alio tempore vti liceat,nisi specialiter nocturna duntaxat aut diurna sint ex constituto.l.si communem. §.fi.ff.quemadmo.seruit.amitt.& l.iter nihil.ff.commu.prædio.tamen fructuum conseruandorum causa interdiu agendum est, quod iure seruitutis agi potest siue ad depascendum, aut ad aquam appellendum, aut aliter circa fundum alienum eundum. notatur in l.pecoris pascendi.ff.de seruitutib.rustico.prædio.facit.d.l.iter nihil.

DES MOVLINS ET FOVRS.

TITVLVS XXXIII.



Molẽdinum unde dictũ. SVPRA in §.cclxxxij. satis abundè diximus, quot moletrinarum sint species,quot item molæ:à quibus & à molendo molendini vocabulum compositum est:vt dicit Alciat.in l.inde tabernacula.ff.de verb.significat.post Bal.in c.j.§.si quis de manso.de controuers.inuestit.vbi idem Bald.quærit, an legato molendinorum, ea videantur legata quibus aut vetustate molæ, quas macinas vocat, sublatæ sint, aut quibus molæ nondum sint appositæ,vtpote rudibus & nondum perfectis?se remittit ad vsum loquendi commu-

Molendi forma. nem. Licet enim eadem non sit molituræ forma, sed quædam asinaria, alia iumentaria,alia ventosa, manualis, aquaria alia : & prout aut hominum tulit necessitas, aut commodum visum est : adeo vt Plinius lib.Nat.histo.xxxvj. cap.xviij.retulerit apud Volsinios molas quasdam trusatiles inuentas, quæ sponte mouerentur aut prodigio,

Molæ sponte se mouentes. aut hominum artificio: Tamen nondum auditum est molitum fuisse aut molituram exercitam sine mola,postquam,huius compendio recepto,à pistrini vsu recessum est, quo tempore tundebantur frumenta, non autem molebantur: secundum Nonium: etiamsi Plin.lib.vij.cap.lvj.asserat, Cererem frumenta inuenisse, quum antea glandibus vescerentur,item & ea molendi & conficiendi artificium in Attica.

Furnus qd. FVRNVS, locus est in quo panis decoquitur: ita dictus à furuo colore, id est nigro,quo solet necessario contegi. Vnde furnarius, qui huic præest.& ita vocat Iuriscons.in

conſ.in l.fluminum.§.præterea.ff.de damn.infect.alibi fornacarium vocat in l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornacarius.ff.ad leg.Aquil.

§. CCCCCXXXV.

DROIT de moulage eſt tel, que quand on baille aux meuſniers le bled nettoyé, ilz doiuẽt rendre du boiſſeau de bled raz, vn comble de farine bien & conuenablement moulu, oultre le droit de moulture.

PERICVLVM fuit, ne ſi molituræ modus in molitorum arbitrio crediteur, magis compilent, quàm conterant: cùm eo nomine peſsimè audiant. Ideo æquum fuit, eos ſpecialiter his regulis ſummittere, curamq́; agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum. vt dicit in ſimili Iuriſconſ.in l.& ita de facto. §.j.verſic.miratur.ff.naut.caup.ſtabul. *Molitores male audiunt.*

§. CCCCCXXXVI.

ET PEVVENT leſdits meuſniers, ſi bon leur ſemble, faire meſurer en leur preſence les bledz qui leur ſeront baillez & portez à mouldre, autrement ilz ſeront tenus en rendre tel nombre de bled que celuy ou ceux qui lauront porté affermeront, ſilz ſont gens de bonne renommee, dedens le iour de leur farine rendue: & ſont contraints leſdits meuſniers à rendre ladite meſure par detention de leurs beſtes & autres leurs biens.

IVRE, hîc ſubnotatum eſt, affirmantem molitorem tantùm admitti, ſi probatæ famæ ſit: quòd ſi ſuſpicionibus, etiam leuioribus prægrauetur, non admitti. vt per text.in l.non omnes.§.à barbaris. ff.de re milit. & gloſſ.in c.in lectum.xxxiiij.quæſt.ij. Et quia caſus huius §.quantum ad fidem molitoris probè famati perraró, aut ferè nunquã contingere viſus eſt, ex Theophraſti ſententia ius conſtitui nihil oportuit.l.iura conſtitui.cum duabus ſeq.ff.de iuſtit.& iur. *Molitoris probatæ famæ cauſa nihil erat ſtatuendum.*

§. CCCCCXXXVII.

ET EST tenu le Seigneur ou ſon meuſnier tenir ſon moulin apoint rond & bien clos, ſur peine damende arbitraire. Et ſont tenus ceux qui ont moulins quarrez, ſoient bãniers ou autres, de les faire faire ronds dedẽs trois moys apres la publication des preſentes, ſur peine de dix liures damende, & de demolition de leurſdits moulins ſilz ſont trouuez quarrez ledit temps paſsé.

§. CCCCCXXXVIII.

LE MEVSNIER du moulin bannier eſt tenu de rendre la farine moulue bien & conuenablement dedens deux iours & vne nuict, ou deux nuicts & vn iour, qui ſont trenteſix heures, autrement le ſubiet pourra prendre ſon bled & le mener mouldre ailleurs.

§. CCCCCXXXIX.

ET SI ledit moulin neſtoit en eſtat de mouldre, comme ſil eſtoit rompu, quil ny euſt point deaue ou autrement, parquoy fuſt notoire q̃ la farine ne pourroit eſtre moulue dedens le temps deſſuſdit, ledit ſubiet peult prendre ſondit bled, & faire mouldre ou bon luy ſemblera.

Mola, quandiu diruta iacet aut reſtituunt, an iuri banni præſcribat.

CHASSANAEVS in titu. Des foreſtz, paſtur. & riuieres. in gloſ. lon ne peult auoir. §. ij. nume. 8. ſuper hoc caſu poſt dubitationis quendam ambitum ſibi videri dicit ea ceſſatione neceſſaria iuris cogendi poſſeſsionem amitti. vſu tamen huius prouinciæ contra eſt, vt infra ſeq. §. quod mihi videtur iuri conforme, Chaſſanæiq́; ſententiæ reclamo. cùm eo tempore durante quo aut ruina aut reſtitutio ædificij neceſſaria ceſſationem molendi inducit, nihil aut proprietati, aut poſſeſſioni præſcribatur. l. ſi vſusfructus. ij. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. & l. & Attilicinus. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio. ſupra diffusè diximus, §. lxx. & in ſimili Alberi. de Roſ. in d. l. ſi vſusfructus. ij. refert excubiarum ius exigi nō debere, ſi caſtrum dirutum ſit, eo tamen reſtituto poſſe exigi, nec interim præſcribi per non vſum: dixi ſupra §. v.

§. CCCCCXL.

ET LEDIT moulin mis en eſtat de mouldre, le Seigneur dudit moulin eſt tenu le faire denoncer & declairer au proſne de la meſſe parrochialle, ou à ſon aſsis ou eſt ledit moulin aſsis: apres laquelle denonciation, les ſubietz dudit moulin ſont tenus mouldre audit moulin comme parauant.

MATERIA eſt §. ſuperioris, vbi dixi.

§. CCCCCXLI.

MEVSNIERS ou fermiers de moulins & fours pour mouldre &

dre & cuire comme il appartient, sont tenus de desdommager le moulant ou cuisant interessé iusques à cinq solz tournois, en iurant par ledit interessé, sil est de bonne renommee, ledit interest, pourueu quil vienne huit iours apres ledit dommage fait. autrement ny est receu. mais si ledit dommage excedoit ladite somme de cinq solz tournois, ledit interessé est receu à le prouuer, & ledit meusnier à prouuer le contraire.

§. CCCCCXLII.

SI LE subiet est boulenger publique, & le moulin de son Seigneur ne soit propre à faire farine & pain blanc, declaration premierement faite par la iustice du lieu, il peult mouldre ailleurs, car le bien public est preferé au particulier.



D FVIT sancitum per Imper. in l. vtilitas publicā præferenda est priuatorum contractibus. C. de primipil. Nota hîc fiscum loco reipub. nihil haberi hoc statuto, quo illi nihil delatum est, sed publicæ vtilitati: prout, neque lex ciuilis ærario Imperatoris detulit, sed huic commune commodum prætulit. l. vnā. §. fina. ibi, sed quod communiter omnibus prodest, hoc rei priuatæ, & nostræ vtilitati præferendum esse censemus. C. de cadu. tollen. facit l. actione. §. labeo. versicu. semper enim. ff. pro socio. *Vtilitas publica primæ præferē.*

§. CCCCCXLIII.

LES subietz ne se peuuent exempter de non aller au moulin, four ou pressoer bannier ayant droit dudit bannage, par possession dauoir esté mouldre ailleurs, pour moins de temps que de trente ans contre les lays: & quarante ans contre leglise.



AEC iura singularia sunt, quæ Bannalia rudi vocabulo appellamus. Alia plura in vsu sunt, quæ hic expressa non sunt: & quorum eadem est ratio. Molendinorum & furni vsus magis frequens est: Torcularis autem non ita. De his multa disseruit Ias. cons. 161. vol. ij. Vltra hæc, quartum est, quod dicitur Carnarium, cùm lanionibus alibi carnarium exequi non licet, quàm in taberna huic rei certo destinata, commodo horum, quorum locus tabernæ est. Cuius mentionem facit tex. in c. significante. in princ. de appellatio. & Boër. decis. cxxv. num. 4. ibi, vbi decanus & capitulum. prima part. Aliud est & quintum, quando eodem iure banni, domino iurisdictionali licet certo mense vinum suum publicè & minutatim vendere: quod ius cum regali autoritate niti oporteat, liberum esse debet à tributo vinario. Ideo tandiu neque alij vendere, neque ab alio minutatim emere in eo loco licet, *Bannalium plures species. Carnarium bannum. Vinarium bannum.*

 nisi

nisi domino concedente.soletq; id tempus aut esse menstruum, aut sesquimestre: bimestre autem tolerari non solet. Sextum est, & prohibitiuum iuris piscandi in fluminibus, aut venandi in nemoribus, quæ hodie in Francia bannalia sunt prohibitiuè ex regni consuetudine: vt dicit Ioan.Fab.in §.flumina.Institut.de rer.diuis.quæ iura communia omnium iure communi habita sunt: & sepissimè rescriptum est, non posse, quem piscari prohibere: sed nec aucupari: nisi quòd ingredi quis alienum agrum prohiberi potest.tamen antè ædes meas, vel prætorium meum, aut in lacu qui dominij mei est, vtique piscari aliquem prohibere possum. verba sunt Vlpia.in l.iniuriarum actio.in fi.ff.de iniur.Chassa.in tit.Des forestz pastu.& riui. §.ij.glo. lon ne peult.num.13. id ius piscandi priuatiue ex consuetudine longissimo tempore quæsita duntaxat quæri non posse tenuit, sed necesse esse piscari volentes ab eo prohibitos qui iurisdictionalis est: illosq; prohibitioni aut sponte, aut ingratis succubuisse, & ab eo tempore cessasse: eoq; casu præscriptum esse, si tempus seculare, idest, cuius initij nemo viuens quantumuis plenus annorum meminisse posit. Nam audiendus non erit, qui iccirco quòd in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit alterum eodem iure vti velit prohibere. verba sunt text.in l.fi.in princ. ff.de vsucap. Quòd si semel prohibuit, & in posterum prohibendi ius habet.textus est expressus in l.si quisquam. ff.de diuers. & tempo.præscr. Dominus igitur eo iure præscripto ius piscandi aut venandi solet concedere vectigali constituto.per l.via. §.j.ff.de seruitut. rustic.prædio.solet item cæteris quibus non concessum est, interdicere, & ab eius interdicti iure abeuntes pecunia mulctare. Alioqui autem sine hac præscriptione liberè & gratis id licet cuicunque de iuregeutium.d.§.flumina.vbi id examinant Fab. & Aret.& d.l.fin.de vsucap. Sunt qui multum referre putent, an sint flumina nauigio apta, an simplicia. & cùm illa sint, vt ita loquar, de regalijs, & ad regem pertineant, non licere in his piscari, nisi rege permittente, aut eo cui in feudum à rege concessa sunt, si nominatim in inuestitura id regaliorum ius expressum sit: vt dicit Bald.in princ.tit.quæ sint regalia. ibi, Item omnia flumina nauigabilia, & alia ex quibus nauigabilia fiunt. & Guid.Pap.quæst.cccccLxxvij. cum additione, in verb.pertineant. qui cuilibet Baroni in districtu suo id ius regal. fluminum competere asserit. Desiderat tamen, qui addidit, id ius prohibendi piscaturam aut præscriptum esse aut ex priuilegio concessum esse. & ita in Francia obseruari dicit idem Fab.in d.§.flumina.vers.quid ergo. Aliorum autem fluminum, quibus non nauigatur, eadem ratio non est, cùm in his liberius piscari liceat, nullaq; causa id prohibendi subsit, quàm quæ aut consensu populi, aut maioris partis, aut consuetudine legitimè præscripta, quæsita est, per text.in l.prima.cum ibi not.per eundem Fab.C.quæ sit long.consuet. aliàs huic resistitur.d.l.fi.in princ.ff.de vsucap. Quantum ad venationem cùm passim liceret etiam vasallis, baronibus, & cæteris in suis territorijs id concedere subditis suis, tributo certo annuo, quod aut perdice, cuniculo, lepore, aut alius animalis specie pendi soleret, quo significetur ex causa venationis præstari, Regum FRAN. defuncti & HENRI. nostri constitutionibus seuerissimè repetitis, omnibus prorsus venandi ius sublatum est. Et licet hi, quibus antea ob præstationem tributi venatorij id liberum erat, sua intercessione petierint, alterum horum sibi dari, vt aut tolleretur tributi exactio, aut suis concessionibus staretur, nihil obtinuerunt: ea forte causa, quòd illud tributum vasallis debeatur, quibus Rex id damnum inferre distulit hactenus. Aliud & septimum ius simile prohibitorium in vsu est, nemini scilicet licere aquam ex riuo pu

Piscari an bannale. Venari.

Piscandi uectigal.

Flumina publica de regal.

Piscandi ius in riuis liberius.

Venandi uectigal.

Aquam ex publ. riuo deducere an liceat sine domi. concess.

uo pu

